tur perfectā bonitatē sed multis motib⁹
⁊ hec tenet ꝫm gradū Alia his superiora
sunt q̄ adipiscunt̄ perfectā bonitatem et
paucis motibus : et hec sunt perfectiora
⁊ tenet terciū gradū. Quartus autē gra-
dus est ꝙ aliqd absqꝫ aliquo motu perfe
ctam bonitatem possidet: et ille est sum-
mus ⁊ supmus gradus: et dat̄ exemplū
istorū quatuor graduuꝫ:aliqs eñ potest
tenere infimum gradum bone dispositio
nis:intm̄ ꝙ nō potest cōsequi perfectā sa
nitatem sed modicam consequitur pau-
cis remedijs.Alius autem melius dispo
situs:potest consequi perfectam sanitatē
sed multis remedijs. Aliquis aūt adipi-
scitur perfectā sanitatem remedijs pau-
cis.Aliqs aūt possidet perfectam sanita
tem sine aliquo auxilio vel remedio. Ap
plicando ergo ad ꝓpositum: dicendū est
ꝙ ipsa entia inferiora homine: cōsequun
tur quandā impfectionē bonitatē ⁊ pau
cis motibus:et ideo paucas ad illas de-
terminatas habet potētias: ⁊ ꝑ ꝯñs pau
cas opatiōes:⁊ ista tenent inferiorē gra-
dum:vt bruta.Homo aūt ē supioris gra

dus ⁊ scḋi: q̄ consequit̃ pfectam bonitatem. scʒ beatitudinē: tamē in infimo gradu istoꝝ entium q̄bus ꝯuenit beatitudo ⁊ ideo multis ⁊ diuersis opationib⁹ indiget: ⁊ p cōseq̄ns diuersis potentijs ad illas opationes. Angeli vero sunt in sublimiori gradu: q̄ adipiscunt̃ ipam beatitudinem paucis motib⁹: ⁊ ideo paucis potentijs indigent. scʒ intellectu ⁊ volūtate Deus aūt gradū supremū tenet oim entium: qui absq̧ quocūq̧ motu pfectam beatitudinem possidet: et ideo in deo nulla est virtus vel potentia que differt a sua essentia: ⁊ ita patʒ q̄ homo indiget pluribus virtutib⁹ ⁊ potentijs q̄s oportet in eo ponere: q̄ sunt tanq̄ q̄dam auxilia: q̄dam organa: q̄dam instrumēta suarū opationū. Sctūs etiam Bonaueñ. in. ij. sentē. distin. xxiiij. pbat sic inquiēs. Potentia creature artata est: non potuit creatura habere posse pfectū: nisi esset in ea potentiaꝝ multitudo: ex quarū collectione siue adunatione (vna supplēte defectū alteri⁹) resultaret vnū posse cōpletū: sicut manifeste aiaduerti potest in organis hūani corporis: quoꝝ vnū q̄dq̧ indiget virtute alteri⁹ adiuuari. Et ideo magis est completū posse anie ex multis potentijs collectū: q̄ si esset vnū simpliciter Uerūtamē q̄a vna potentiaꝝ alteraʒ nō diminuit sed adiuuat. Ad pfectū eñ posse anie: oēs cōcurrūt potentie: sicut ad pfectam habilitatiōem oēs virtutū habitus. Incidentaliter hic q̃rit̃: an potentie anie sint eedē cū essentia aie realiter. Respondet sctūs Bonaueñ. in. ij. dist. xxiiij. q̄ hec questio plus ꝯtinet curiositatis q̄ vtilitatis. Ibidem sctūs Bonaueñ. recitat tres positiōes doctoꝝ de ydemptitate potentiaꝝ anie: quarū q̄libet suos habet preclaros defensores. Una est q̄ potētia enime est ipsa essentia anie relata ad actum. Secūda est potentie anime differunt realiter a substantia anime: et sunt in scḋa specie q̄litatis. Tertia est media quā sctūs Bonaueñ. tenet in primo sen. distin. iij. ⁊ est q̄ potentie anime nō sunt adeo eedēm essentie anime sicut eius pncipia essentialia: nec adeo diuerse vt cadant in aliud genus. Sed sunt in genere substantie p reductionē: ⁊ illam positionem dicit sctūs Bonaueñ. plus concordare vi cōmuni: ⁊ auctoritatib⁹ sanctoꝝ ⁊ magis eē sobriā ⁊ rōni ꝯsonā. Dicit etiā in. ij. sen. Quecūq̧ positionū teneat̃: nullū preiudiciū: nec fidei: nec moribus gñat̃.

¶ De potentijs aie in speciali. Ca. vij


A De potētijs aie in spāli.

m Odo videndū est de potētijs aie specialiter. Et cōsiderandū q̄ oē pfectū ꝯtinet nobilitates cuiuslibet impfecti eiusdē gñis: ⁊ eminētius: sic deus q̄ est pfectissimū q̄d in genere entiū (si tñ ens dici debeat: s̄ q̄n poti⁹ oim entiū superexcellentissima: vniuersalissima ⁊ sufficiētissima cā) ꝯtinet pfecti⁹ oēs pfectiones oim entiū q̄ sunt impfecta respectu ei⁹ ⁊ eminētius. Tres aūt sunt aie. s. vegetatiua q̄ tenet pmū ⁊ ifimuʒ gradū: que est herbaꝝ ⁊ plantaꝝ. Scḋa est anima sensitiua: que est aialiū: pisciū ⁊ volatiliū: q̄ tenet scḋm gradū: ⁊ est aia vegetatiua supior ⁊ nobilior. Tertia est aia rōnalis: que tenet tertiū ⁊ supmū gradū ⁊ est hoim solum: ⁊ hec est alijs duab⁹ pfectior ⁊ supma simplr. Hic igit̃ ordo est inter illas: q̄ q̄cq̄d pfectōis hʒ aia vegetatiua: totum illud habet aia sensitiua ⁊ eminētius: ⁊ quicq̄d pfectiōis habet aia sensitiua ⁊ vegetatiua: totū hʒ aia rōnalis eminēti⁹ ⁊ vltra: q̄ꝛ sensitiua ꝯtinet v̄tute vegetatiuā: ⁊ rōnalis vtrāq̧. Et h̄ expsse dicit Aristo. ij. de aia: ponēs exemplū dicens. Qꝛ sicut tetragonū ꝯtinet trigonū: hoc ē figura quatuor angeloꝝ: continet figurā triū angulorum: quia quadrāgulus ducta linea ab angulo ad angulū duos facit triāgulos: sic aia sensibilis duos

Pēthagonū



Trigonū Tetragonū in penthagono



facit triangulos potentiaruz. Ubicunqꝫ enim anima est sensibilis ibi vegetabilis inuenit: sed nõ ecõuerso. Et sicut pentagonum .id est figura quinqꝫ angulorum continet tetragonũ et trigoniũ: ita rõnalis ania cõtinet sensitiuã et vegetatiuã. Igitur in homine est vegetatiua: sensitiua et rõnalis: nõ quod sint res distincte in eo anime: sed vna cõtinens virtute alias duas: videlz rõnalis cõtinens sensitiuã et vegetatiuã. Tam igit anima rõnalis cõtinet virtute alias oportet quod vires et potentias aliarũ similiter habeat: tam vegetatiue quam sensitiue. Et ita omnes potentie aie reducunt ad tres modos: quia vel respiciũt vegetatiuã vel sensitiuã vel rõnalem. Notandũ etiam quod quedam sunt vires siue potentie anie sepate a corpe: vt ratio et voluntas: sm quas anima non vtit organo corpis sed vtit vtente corpore scz fantasia. Quedam enim sunt vires insepabiles a corpe: scz vegetabilis et sensibilis: et quãtũ ad essentiam et quãtum ad opationem: sed in homine sepantur iste vires a corpore quantum ad essentiam: licet anima opationes earum exercere nõ possit extra corpus. In brutis vo simpliciter pereũt quãtuz ad vtrunqꝫ. ¶ Embrio quomodo organisatur. Hic oritur qõ. Cum dictum sit quod in homine vegetatiua et sensitiua sint due potentie anie rõnalis. Cũ dicat philosophus. xvj. de anialibus: embrio pmo viuit vita plante: deinde vita anialis: deinde vita homis. In semine enim siue embrione ante infusionem anie rõnalis: precedit quedam potentia qua vegetat et sentit: sed illa potentia nõ est sine substantia anie vegetabilis et sensibilis. Respõdet Alexander de hales li. ij. q. lxij. quod illa substantia cuius est hec virtus nõ habet se p modum pficiẽtis: sed p modum artificis prepantis ipsum corpus anialis et etiam hominis: qd debz esse organũ ipsius aie que est pfectio corpis organici: neqꝫ dicet anialis ante vltimã pfectionẽ. Anial enim a pfectione dr nõ a pparatione. Dicit etiaz sanctus Bonauentura in. ij. in multis questionibus: qd illud qd format mẽbra aialium in embrione ante anie infusionẽ: est ratio seminalis: siue potẽtia actiua intriseca indita mãe. Transfundit etiã simul cum semine virtus aie patris et matris: quoniam in semine decidunt calores et spũs: qui sunt in semine sicut in subiecto deferẽte: sicut virtus motoris defert simul cuz lapide piecto: et hec virtus simul cum virtute matricis ptinentis embrionẽ: organisat membra: quo organisato inducitur subito ania sensitiua brutorum: de potentia materie actiua: seminaliter: sed nõ materialiter. Seminaliter inquã: quia anie pure sensitiue sunt gñabiles et corruptibiles p naturã. Et idcirco sicut alie forme nãles nõ ex nihilo pducunt: sed ex aliqua potentia actiua in materia. Nõ inquã mãliter: quia cum aia sensitiua sit forma nõ hz ptes sui: sed solum fit ex potẽtia actiua materie: que ab agẽte excitat et pficit quousqꝫ fit aia sicut globus pficiẽdo: fit rosa. Et hoc quo ad aialia pfecta habet veritatẽ: que sunt maioris pfectionis in duratiõe et organisatiõe: et generãtur p ppagationẽ ab agẽte pticulari et vniuoco eiusdẽ spẽi. Aialia vero impfecta in organisatiõe duratione et ppagatione nõ indigẽt agẽte tante virtutis: sed lex diuina instituit virtutẽ pductiuã ipsorum: terre tanquam matri: et soli tanquam patri: cũ adiutorio aliorum corporum simpliciũ: taz elementorum quam celestiũ: que quia gñant ex putrefactiõe et sunt impfecta duratione: et quãqꝫ peunt: ideo optuit cõicare eorum organisationẽ et pductiõez agẽti equoco .i. alteri⁹ nãe: quia ad hoc data ẽ vis gñatiua nature: vt dicit phus vt ppetuent in esse. Hoc etiã sentiendũ est de aia vegetatiua. Ait enim August. ad orosiũ: semẽ cuiuslibz arboris quandam vim habet: vt cuz corruptum fuerit in terra oriat: et virgultũ pducat: deinde ramus: nihilominus pstipata dilatet in frondibus: deinde in eisdem in floribus decorata: fructificat. Secus ẽ de anima rõnali. nam cũ vegetabile: sen-

B Embrio quomodo organisatur.

sibile ⁊ rōnale sunt in hoīe eiusdē substantie: nō nomināt diuersas substātias: sed diuersas potētias eiusdem substātie: q̄ pficit hoīem dans ei⁹ tam sensum ⁊ intellectum: ab eodē principio habet educi in esse ꝯm suā substantiā ⁊ oēs suas potentias. scꝫ a creatore. nam anie rōnales non pducunt̄ p traductionē: vtcꝫ vt aīa traducat̄ ex aīa: sicut caro ex carne sed formatis corpibus virtute rōnalis seminales: ⁊ virtute aīe patris ⁊ matris a deo creantur: ⁊ creando infundunt̄: ⁊ infundendo pducunt̄. Animaꝝ eñ creationem deus sibi soli debuit reseruare pter animaꝝ dignitatē: quia cum aīa sit imago dei: ⁊ nata immediate ferri in deū ⁊ beatificari in ipso: diligendo ip̄m ex toto corde: ⁊ totū suū esse immediate debuit ab ipso habere: vt ip̄m ex toto corde teneret̄ diligere. ¶ Potentie anime reducunt̄ ad quatuor genera potentiaꝝ. Potentie aīe oēs reducunt̄ ad quatuor genera respectu suoꝝ obiectoꝝ: qđ fieri potest respiciendo diuersitatē obiectoꝝ. nā dicit̄ .ij. de aīa: q̄ potētie anie distinguūtur p actus ⁊ obiecta. Sunt igit̄ quedaꝫ potentie q̄ solum exercent actum suū circa corpus sibi vnitū ⁊ ꝯiunctū: ⁊ hee sunt potentie vegetatiue. Quedā v̄o circa corpus q̄ habet sensibile sibi vnitum vel nō vnitū: ⁊ hee sunt potētie sensitiue apprehensiue: ⁊ sic habent̄ tria genera potentiarum anime: quarū vegetatiua est inferior: sensitiua supior: intellectiua sup̄ma: apprehensiua virtus: tanq̄ alicui⁹ finis vel vtilis indiget aliis duabus ad hoc vt possit vtile vel suū finem ꝯsequi. Primo indiget aliqua potentia imp̄ante motuꝫ ad illud: ⁊ hec vocat̄ appetitus qui ē motū imp̄ans. Et hic est duplex. Unus sensitiuus: alius intellectiuus. Scđo indiget potentia executiua et exequente motum imp̄atum: ⁊ hec vocat̄ motiua. Ex his igitur habemus potentias anie in generali scꝫ vegetatiuas ⁊ apprehēsiuas: siue q̄tū ad sensum: siue q̄tum ad intellectū. Appetitiuas similiter q̄tum ad sensum ⁊ q̄tum ad intellectū: ⁊ motū executiuas: et sunt quatuor genera potentiaꝝ: quaruꝫ quedam sunt in anima sicut in subiecto: quedā vero in toto ꝯiuncto. Nam q̄daꝫ sunt op̄ationes aīe que exercent̄ sine corporali organo: vt intelligere velle. Unde potētie que sunt harū op̄ationū pncipia sunt in aīa sicut in subiecto: quedaꝫ sunt op̄atōnes aīe que exercent̄ p organa corporalia: sicut visus p oculum ⁊ auditus p aurem: ⁊ simile est de oībus aliis sensitiue ⁊ nutritiue partis. Et ideo potētie que sunt haꝝ op̄ationū principia sunt in coniuncto sicut in subiecto. Correlarium sequit̄ ex dictis distinguēdo potentias anime ꝯm obiecta: solum sunt quatuor genera potētiaꝝ anie: nam vt sic appetitiua ⁊ motiua ꝯm locū: cum vnū habeant obiectū: non distinuunt̄. Obiectū eñ appetitiue est bonū vtile vel delectabile cuꝫ suo malo opposito: ⁊ ad tale bonum ꝓseq̄ndum ⁊ malum fugiendū: data est appetitiue vis motiua executiua: vt dicet̄ infra ca. xxv. ⁊ xxvi. Distinguendo v̄o potētias p actus ꝯm quos immediati⁹ distiguunt̄: sic appetitiua ⁊ motiua sunt diuerse potentie: naꝫ appetitiua inclinat ad motū ip̄m imp̄ando. Motiua vero motum exequit̄. Inclinare aūt ad motū: ⁊ motū exequi diuersi sunt actus: ⁊ per ꝯsequēs diuerse potētie a q̄bus illi actus egrediunt̄. Et sic dicit phus .ij. de aīa. Or quincꝫ sunt potētie aīe scꝫ vegetatiuū: sensitiuū: appetitiuū: ꝯm locū motiuū ⁊ intellectiuū. De q̄bus in sequētib⁹ ꝓsequendum est. ¶ Potentie anime distinguunt̄ p actus ⁊ obiecta. Hoc verbū phi in .ij. de aīa exponit sctūs Thomas: p̄te .j. q. lxxvij. ar. iij. dicens q̄ oīs actio pcedit ab aliq̄ potentia: ⁊ est circa aliqđ obiectū. Potentia eñ ꝯm id qđ est potētia ordinat̄ ad actū: ⁊ diuersificat̄ ꝯm diuersam rōnem actus: ⁊ actus diuersificatur ꝯm diuersam rōneꝫ obiecti. Quia .n. alius est color inq̄ntum obiectum visus:

C ...tie aie ...cūt ad ...gene ...tētiarū

P Potētie aie distinguunt̄ per actus et obiecta.

aliud sonus inq̄ntum obiectum auditus
ideo diuersa oino actio est videre ab au-
dire. Et qꝛ diuersa ratio actiōis vtriusq3:
ideo potētie etiam diuerse sunt vnde ꝓ-
cedunt illi actus. Sequit̄ corꝛelarie ex di
ctis: ꝙ potentie passiue distinguunt̄ per
actus ꝛ obiecta: ꝛ actus distinguunt̄ per
obiecta. Ratio primi ē: qꝛ quelibet poten
tia habet alium ꝛ alium actū: ꝛ per conse
quens capit distinctiōem ab actu. Dicit̄
eñ .ix. Metaphi. Oīnis potētia est essen
tialiter ad actū. Ratio secundi: q̄a q̄libet
potētia habet speciale obiectū formale ꝑ
qḋ distinguit̄ ab alia potētia. Ratio ter-
tij: qꝛ effect⁹ distinguit̄ ꝑ cās: mō obiecta
sunt cā actuū. Dr̄ notan̄ potētie passiue
nam potentie anime duplices sunt. Que
dam actiue vt potētie anime vegetatiue:
obiectu3 illius potentie actiue cōpat̄ ad
potentiam in genere cause finalis: qꝛ po
tentia actiua ordinat̄ in obiectu3 sicut in
eius finem ꝛ terminū: vt potētia digesti-
ua in cibū digerendū: sicut in eius finem
Quedam sunt potentie anie passiue: vt
sensitiue ꝛ intellectiue. Dicit̄ eñ in .ij. de
aia ꝙ sensus est virtus passiua. Et in .iij.
ꝙ intellectus est virtus passiua. Obiectū
eñ potentie passiue compat̄ ad potētia3
in genē cause efficiētis: q̄a agit in potētiā
imprimendo ei spēm. Intellectus eñ no
ster de se est pura potentia respectu intel
ligibilium: ꝛ exit in actū per spēm intelli-
gibilem: sicut materia prima exit in actū
ꝑ formam. Dicit tñ Alexander de hales:
pte .ij. q. lxv. ar. iij. Qꝛ potētie anime non
solum dr̄ñt per actus ꝛ obiecta: sed etia3
per organa ꝛ materias. Differētia eñ vi
rium pua dicit̄: alia est naturalis: alia vi
talis: alia animalis dinosci potest ꝑ orga
na. Organū nanq3 naturalis virtutis est
epar: vel qḋ tenet locum epatis: vitalis ē
cor: vel qḋ tenet locū cordis. Aialis v̄o
virtutis est cerebrū: vel qḋ tenet locū ce-
rebri. Tres eñ vires aie vegetabilis dif-
ferūt ꝰm m̄as. Nutritiua eñ opat̄ super
alimentū: augmentatiua sup q̄ntū in ali-
mēto: gñatiua sup residuū vtriusq3. Sen
sus aūt distinguunt̄ ꝰm organa actus et
obiecta. Vires aūt: siue potentie rōnales
dr̄ñt ꝑ actus ꝛ obiecta. Nam rō siue in-
tellectus cognoscit verum sub rōne veri:
volūtas siue affectus amat bonū sub rō-
ne boni. Dicit tñ sctūs Bonauentura in
.ij. di. xxiiij. q. j. Qꝛ potentie imediati⁹ di-
stinguunt̄ ꝑ actus q̄ꝫ ꝑ obiecta. Ad diffe
rentiā aūt potentiaꝝ essentialē sufficit di
uersitas obiectoꝝ ꝰm rōnē: ꝛ iō q̄uis ve
rū ꝛ bonū q̄ sunt obiecta rōnis ꝛ volūta-
tis nō dr̄ñt essentialiter. nā eadē est essen
tialiter veritas ꝛ bonitas substātial̄ crea
ture. Nihilominus tñ: quia cognoscere ꝛ
amare absq3 dubio sunt act⁹ dr̄ñtes: po-
tentie q̄ sunt ad hos actus ꝑ seipsas di-
uersitatē habent. Est tñ ꝰm Alexan. vbi
supra: in oībus potentijs ꝛ viribus ꝓma
dr̄ñtia eaꝝ inter se: q̄ p̄cedit oēm dr̄ñtia3
iam dictā. ¶ De anima vegetatiua ꝛ ei⁹
potentijs. Caplm̄ viij

Nima vegetatiua tres habet po
tentias. Prima ē generatiua: se-
cunda augmentiua. tertia est nu
tritiua. Haꝝ aūt talis est distinctio: quia
ania vegetatiua h3 ꝓ obiecto corpus vi
uens sibi vnitum. Ad hoc v̄o corpus: tri
plex opatio potētie anie vegetatiue ē ne-
cessaria. Vna q̄dem ꝑ quā esse acq̄rit: et
ad hoc ordinat̄ potentia Generatiua: q̄
nccaria ē ad multiplicationē spēꝝ: nā ge
neratiua ꝑ multiplicatōem ꝛ successiōe3
indiuiduorū: conseruat spēm in diuersis
indiuiduis. Alia est potentia anie vegeta
tiue ꝑ quā corp⁹ viuū acq̄rit debitā q̄nti
tatem. ꝛ ad hoc ordinat̄ potentia seu vir
tus Augmentatiua: cui⁹ est generatū ad
debitam q̄ntitatem ꝑducere: alia est per
quam corpus viuēs saluat̄ in esse ꝛ in de
bita q̄ntitate: ꝛ ad hoc ordinatur virtus
Nutritiua: cui⁹ est deperditū restaurare
vt sic indiuiduum in esse ꝛ debita q̄ntate
conseruet̄. Est ꝛ alia differētia inter istas
potentias: q̄a potentia augmentatiua: ꝛ
nutritiua effectū habent in eo in q̄ sunt.

q2 in ipm corpus vnitū anie qd augeť et conseruať per potētias augmentatiuā & nutritiuā in eadē aīa existens. Sed vis generatiua hʒ effectū suū nō in eodē corpore sed in alio: q2 nihil generat seipm: ꝫ alium. Et ideo vis generatiua appropinquat quodāmō ad dignitatē aie sensitiue: q̄ habet operationes in res exteriores non sibi cōiunctas: sed nobiliori mō. Est et alia positio mgr̄alis de obiecto potentie vegetatiue: obiectū idē mȧle habet potētie aie vegetatiue sed nō formale: oībus tribus potētijs aie vegetatiue obiectum est nutrimentuʒ cōe & mȧle: ꝫ sub alia et alia rōne speciali & formali Nutrimentū eñ inquantū est in ꝓpinqua trāsmutatione in subam aliti vel in ꝓxima potētia: vt scʒ est nutrimentū potētia caro vel os tunc est obiectū potētie nutritiue. sed inquantū nutrimentū est potētia caro quāta & os q̄tū: est obiectū potētie augmentatiue. inquantū vero nutrimentū est superfluum alimēti: tūc est obiectū potentie generatiue. Semen eñ est superfluū alimenti: cū virtus nutritiua plus cōuertit & assimilat de nutrimento q̄ indigeat ad nutritionē & augmentationē: tunc superfluū seruat ad opus generationis: & hoc vocatur semē. Et sic patet q̄ aie vegetatiue cuiuslibet sensibilis & rōnalis inquātum sunt vegetatiue sunt tres potētie. s. generatiua: augmentatiua & nutritiua: q̄ inueniunť & in plantis & in aialibus & in hoibus: q2 hec oīa vegetatiuā participāt. He aūt potentie sic se habēt. q2 generatiua est alijs nobilior: q2 ei deseruiunt augmētatiua & nutritiua: augmentatiua est nutritiua nobilior: q2 nutritiua augmentatiue deseruit: de quibus singulariꝰ nūc
B dicendū est. Generatiue Actus & operatio est generatio: que est substātie hūo-
ratiue ris vel rōnis seminalis: in subam plante
ctus vel aialis operatione nature facta mutatio: et hec virtus incipit operari tpe generationis vsq3 ad pfectionē plante vel aialis. Hec aūt potentia generatiua hʒ tres vires. i. virtutes seu potētias ꝫm Auicē nā sexto de aialibus. Prima est seminatiua q̄ in masculis & feminis semen ordinat & generat: hoc mō ꝫm Ysidorꝫ. Nam ab epate quedā vene egrediunť: quibus humor aquaticus et sanguineus i tercia digestione superfluus deferť ad renes: & ille humor ibidē depurať: et supfluū eius scʒ colamentū est vrina: q̄ trāsmittiť per vias vrinales ad vesicā: residuꝰ autē liquor purus a renibus calore venereo resolutus recurrit ad loca genitalia. qui ꝑ virtutē seminatiuā aie vegetabilis vertitur in humorē seminalē. Scda vis potentie generatiue subministrās est vis inmutatiua: & illa subam seminis trāsmutat & ꝯuertit in subam singularū partiuʒ plāte vel aialis: v̄tus ista facit trāsmutationē mediātibꝰ quatuor p̄mis q̄litatibꝰ scʒ calido: frigido: hūido & sicco: nā p calidum & humidū operať subam molliorem: vt carnem in aialibus: florem et medullā in arboribꝰ: per calidum & siccum operať cor in animalibus: radices in vegetabilibus. Per frigidū & humidū operať in aialibus pilos: opať folia in plantis. Per frigidū & siccū: opať in neruis & ossibus aialiū: trūcis & corticibus arborꝫ et plantarū. Tercia vis generatiue est formatiua: q̄ ex seminibus permixtis mēbra format & figurat. Hec nāq3 vis perforāda pforat: vacua cōcauat: aspera lenificat: et nimis lenia asperat: et vnicuiq3 particule superficiem perficit et figurat. Hec etiam virtus formatiua cum virtute anime patris et matris vt dictum est embrionē ante anime rationalis infusionem: vegetat: sensificat: figurat & organisat. Quo facto: anima rationalis creando infunditur & vnitur corpori vt perfectio naturalis: cui naturaliter appetit copulari: adeo vt sine illo pena sit esse & ab illo sequestrari. Unitur etiam anima corpori vt motor mobili: ita q̄ sine ipso non potest mereri nec demereri.

Et si queritur quando anima rōnalis

corpori infunditur. Rñdet Aristoteles.ix. de animalib⁹. Qꝫ maris pceptus vsqꝫ ad quadragesimũ diē. Femine autē vsqꝫ ad nonaginta: vel ſm alios vsqꝫ ad octoginta: sed tñ in cōpletione corporis mascu.i videtur Aug. sup addere sex dies q̄ sic ſm eũ distinguunt in ep̄la ad Hiero. Semē patris sex dieb⁹ p̄mis quasi lactis bꝫ similitudinē: nouē diebus ꝯuertit in sanguinē deinde duodecim diebus solidat decem octo diebus formatur vsqꝫ ad pfecta mēbroꝝ liniamenta. A die ergo ꝯceptionis vsqꝫ ad diem cōpletionis ꝛ viuificatiōis fetus sunt dies quadragintasex. Ita ꝙ p̄mus ꝛ vltimus inclusiue teneant. Unde

Versus. versus. Sex in lacte dies ter sunt in sanguine trini. Bisseni carnē: ter seni membra figurāt. Tempusqꝫ sequens ꝑducit ad ortum. In xp̄i vero cōceptione aliter fuit. Nam sp̄ũssanctus qui nescit tarda molimina: sua virtute inenarrabili: mira qꝫ artificiositate: in sacrosancto virginali vtero: voto ꝯtinentie clauso: vinius humilis ꝛ abiecte i oculis suis puelle. Dulcissime vicꝫ Marie matris virginis in instanti (quod in alijs natura successiue) perfecit: ita ꝙ hec quatuor fuerũt simul tpe nō natura scꝫ cōuersio sanguinis virginei: in carnem ꝛ in alias partes corpis xp̄i: et formatio membroꝝ organicoꝝ: et animatio corporis organici: et assumptō corporis animati in vnitatē diuine psone

Sed hic notandũ ꝙ Aug⁹. in glosa super Ioh. ca. ij. (vbi dicit quadraginta ꝛ sex annis edificatũ est templũ hoc) dicit ꝙ numer⁹ templi cōuenit formationi corporis xp̄i: sed hoc intelligendũ est. Licet enim ab instanti cōceptionis corpus xp̄i fuit formatũ: tamen corpus ita paruum erat ꝙ ipsius liniamēta non apparebāt in ipso: vsqꝫ ad. xlvj. dies. Et ideo cuꝫ sit duplex perfectio: scꝫ existētie ꝛ appentie. Primam perfectionem habuit corp⁹ xp̄i ab instāti. Sed scd̄am q̄tum ad augmētum habuit post. xlvj. dies. ¶ Nutritiua et augmentatiua Uires generatiue sub-

¶ Nutritiua ꝛ augmētatiua.

ministrant. Nam vires generatiue scꝫ seminatiua: immutatiua: ꝛ formatiua non diutius operant nisi quousqꝫ res generata vt animal vel planta: inesse nature cōpleat. Et idcirco necesse fuit vt virtus nutritiua ꝛ augmentatiua continue sequerent: quia in longitudine latitudine ꝛ profunditate augmentāt ꝛ extendũt ip̄m generatum. Pascitiua quoqꝫ virtus nutritiue ꝛ augmentatiue ministrat: qꝛ cibum ab animalib⁹ assumptũ: in membris assimilat: si enim cibus non assimilaret mēbris: nunq̄ in eoꝝ naturā ꝯuerteret. Et qd̄ dissolutum est ac deperditum vi caloris: vel aliqua passione aeris: reparat et restaurat. Huic ergo ꝟtuti pascitiue q̄tuor vires particulares deseruiunt Prima est appetitiua siue attractiua: que nutrimentum conueniens attrahit ip̄is membris. Ad nutrimentum carnis: attrahit tpamentum sanguinis. Ad nutrimentũ cerebri ꝛ pulmonis: attrahit temporamētum fleumatis: et sic de alijs.

Virtus [pa]scitiua

Attrac[tiua]

Scd̄a vis est Digestiua que conuenientia ab inconuenientibus nutriendo separat: ꝛ diuidit purum ab impuro.

Digest[iua]

Tercia vis est Retentiua que scꝫ purum nutrimentũ custodit ꝛ quod actione nature excoctum est: singulis mēbris incorporat assimilat atqꝫ vnit. Quarta vis est: expulsiua: que superflua et nature nociua expellit. Et ideo sicut vis appetitiua opat cũ calido ꝛ sicco: ꝛ digestiua cũ calido ꝛ humido: ꝛ retentiua cũ frigido ꝛ sicco: sic expulsiua cũ frigido ꝛ hũido operat. Nutritiue actio est nutritio: que sic describit. Nutritio est cōuersio alimēti in subam aliti: facta ab anima per calorē naturalem: ꝓpter salutē ip̄ius indiuidui: vt ipsum indiuiduum maneat inesse: que diffinitio est causalis. Cum enim dicitur conuersio tangitur formalis. Cum dicit in subam aliti tangit materialis. Cũ dicit facta ab aīa: tangit causa efficiens. Cum vero dr̄ ꝓpter salutē: tangitur causa finalis. Sequitur corro-

Retē[tiua]

Expu[lsiua]

Nut[ritio]

larie. Qꝛ ad intētionē: q̄tuoꝛ ꝯcurrunt
Primū, virtus nutriens pꝛincipalis. Et
hec est aīa q̄ dat speciem nutrito. Scōm
est instrumentū virtutis nutritiue: ꝛ hec
est caloꝛ naturalis digerēs nutrimentū.
Tertiū est receptaculuꝫ nutrimenti: ꝛ h̄
in aīalibus est venter ꝛ stomachus. In
plantis poꝛi intercepti. Quartū est spon
giositas ꝛ poꝛositas coꝛpis per quas su-
gitᷣ ꝛ attrahitᷣ succus ad oīnes ptes coꝛ-
ētatō poꝛis. Augmētatiue actus ē Augmē-
tatio q̄ sic describitᷣ. Augmentatio est cō
uersio alimenti in substantiā aliti: ad re-
staurandū postq̄ fuerit dep̄ditum: facta
ab aīa: mediate caloꝛe naturali. vt ipsuꝫ
viuens debitam attingat q̄ntitatem. In
hac diffinitione tangunt̄ q̄tuoꝛ cause ipi
us augmētatiōis. Cause foꝛmalis: m̄lis
ꝛ efficiens: eatenus hic tangunt̄: sicut in
diffinitōne nutritiue. Sed in eo qđ dicit̄
ad restaurandū postq̄ fuit dep̄dituꝫ: vt
ip̄m viuens debitā attingat q̄ntitatē: tā-
git̄ finis augmētatōis. Sequit̄ coꝛrola-
rie q̄ ad augmentationē q̄tuoꝛ ꝯcurrūt.
Pꝛimo motus localis: vt ē attractio nu
trimenti. Scđo alteratio: inq̄tū nutrimē
tum coquit̄ ꝛ digerit̄ ꝛ ꝯuertit̄ in substā
tiam aliti. Tertio ꝯcurrit coꝛruptio: q̄a
anq̄ nutrimentū in substātiā aliti ꝯuer-
tit̄: opoꝛtet q̄ ip̄m spoliet̄ ꝓpꝛia foꝛma: ꝛ
ꝑ ꝯsequēs erit ibi coꝛruptio. Quarto cō
currit ibi gn̄atio: qꝛ in ipso alito generat̄
maioꝛ q̄ntitas q̄ ibi fuit. Ad ampliorē
aīe vegetabilis potētiaꝝ cognitionē h̄ in
cidunt dubia: nō paꝝ theologie subuīe
tia. ¶ Pꝛimū dubiū. Quare generatiua
du- inter oēs potētias aīe vegetatiue magis
est coꝛrupta ꝛ infecta ꝑ oꝛiginale. Iuxta
hoc etiā querit̄: quare inter oīns sensus
tactus plus habet de coꝛruptione. Rn̄-
det sanctus Bonauētura in. ij. dist. xxxj.
arti. j. q. iij. Qꝛ vis gn̄atiua non soluꝫ est
deseruiens persone: sed etiaꝫ nature. Et
ideo oꝛiginalis coꝛruptio siue vitium qđ
inest nature ex coꝛruptiōe ꝑsone: ꝑ pꝛiꝰ
respicit illā potētiā q̄ aliā. Deseruit aūt

vis generatiua nature: inq̄ntum ꝑ ip̄aꝫ
fit trāsfusio seminis in ꝓlem. Et q̄m in il
lo semine est radix infectionis ꝛ coꝛrupti
onis: hinc est q̄ illa vis q̄ est illius semis
administratiua: plus habet in se de infe-
ctione oꝛiginali. Et rursus: qꝛ potētie
generatiue in nobis iūctus est sensus: et
potentia sensitiua respicit hominēꝫ in se
quodāmodo hꝫ vis illa deseruire ꝑsone
Et q̄m inter oēs sensus: tactus est magis
materialis ꝛ app̄hendēs cum maioꝛi ad
herentia sensibilitatis ad sensuꝫ. Et hoc
maxime viget in membꝛis genitalibꝰ rō
ne multitudinis neruoꝝ. Et ꝓpterea i ge
neratiua maxime viget pꝛuritus ꝛ cōcu-
piscentia. Et qꝛ post sensum tactus: sen-
sus gustus est maxime materiales inter
alios: hinc est q̄ inter alias vires magis
sentit̄ inoꝛdinatio ꝯtra actum nutriti-
ue seu gustatiue. Augmentatiua aūt po-
tentia pure mouet nāliter: nec subiacet
voluntati: ideo ꝑ pctm̄ nō habet deoꝛdi-
nari. Rursus: qꝛ sensum nō habet cōiun
ctum. hinc est q̄ non est in ea delectatio
ꝯcupiscētie. Utraq̄ aūt potētia generati
ua ꝛ nutritiua: subiacet voluntatis im-
perio: vtraq̄ tn̄ hꝫ sensum adiunctuꝫ
Et qꝛ sensus tactus q̄ maxime est imma
terialis viget in oꝛgano generatiue: hinc
est q̄ in ea maioꝛ est coꝛruptio. non solū
respectu potentiaꝝ aīe vegetabilis: ſ et
respectu potentiaꝝ aīe sensibilis. Et ꝑ h̄
ptꝫ q̄ inter oīnes sensus tactus plus ha
bet de coꝛruptione. ¶ Scōm dubium. E
Utrū aliquod extrinsecū vicꝫ de supflui Scōm du-
tate vltimi nutrimēti transeat in materi bium
am seminis ꝓlis generāde ꝑ actū virtu-
tis generatiue. Rn̄det sctūs Bonauētu
ra in. ij. sen. dist. xxx. arti. iij. q. j. Qꝛ aliq̄d
de supfluo nutrimēti trāsit in semē: nec
tamē semen est oīnino de supfluo nutri-
menti: imo aliq̄d est ibi de humido radi-
cali: et ex vtroq̄ habet semen ꝓpagari.
Unde sicut videmus circa nutritiuā: q̄
est humiditas radicalis ꝛ nutrimentalis
vtpote illa que fluit: sic intelligenduꝫ est

etiam circa vim generatiuam: q in ipsa
est aliqua hūiditas radicalis: ⁊ etiam est
aliqua fluens ⁊ refluens: in generatione
ꝓlis vna currit cum alia. Transmisit igi
tur adam quando generauit primū filiū
aliquid de illa radicali humiditate: ⁊ il-
lud modicū per virtutem generatiue to
ti corpori filij fuit cōmixtuz: cōmixtione
perfecta: quia nullam ptem erat signare
in corpore filij: in qua non erat aliqd de
illo humido: qd a pre traduxit. Si igitur
filius ade in generando ꝓlem similit ali
quid transmisit de suo humido radicali:
necesse erat q aliquid transmitteret de
eo qd sumpserat a patre: ⁊ sic deinceps.
Et ꝓ tanto dicimur omnes fuisse in adā.
Nō quia fuerit ibi totaliter materia om
nium nostrorum corporum: sed qr erat ibi ali-
quāta materia ⁊ ratio seminalis siue po
tentia ꝯuertēdi ad se aliā materiā: ita vt
sufficeret ad oim ꝓcreationē: addito sibi
illo in quo posset se multiplicare: ⁊ ē exē
plum. Si aliquis haberet fermentuz qd
cōmisceret cōmixtione pfecta toti paste:
nihil fieret de illa totali pasta fermenta-
ta: qd non diceret fieri de illa pasta. Et
similiter si illa pasta cōmisceretur adhuc
alij maiori paste. Et sic procedendo qua
si innumerabiles panes fermentati pos-
sent fieri ex modico fermento p apposi-
tionem rei fermentalis: sic et in ꝓposito
ex modico semine p appositionem hūo-
ris susceptibilis rationis seminalis: pūt
innumerabiles homines ꝓpagari. Ex
dictis potest intelligi qd dicit August. ix.
sup Genesim ad lraz. Qr nos fuimus in
adam hm corpulentam substantiā: ⁊ hm
rōnem seminalem. Caro aūt xpi fuit so-
lum hm corpulentā substātiam. Et quō
Leui in lumbis erat abrae quando deci-
matus fuit ad heb. vij. Quia leui erat in
lūbis abrae nō solū hm corpulentā sbam
sed etiam hm rationem seminalem. id ē.
libidinosam ꝓpagationem: ⁊ virtutē acti
uā ⁊ generatiuā seminis quā habēt a ge-
nerante. Xp̄s aūt solū fuit in lūbis abrae
hm corpulentā substātiā. id est. materiā
seminis ꝓpagatam ab adam: s virtutem
actiuam rōnis seminalis: opatus est spi-
ritussctūs. Naz decimatio est prefigura-
tio creationis morbi: s qa xp̄s morbum
non habuit: ergo curatione ⁊ decimatio-
ne non indiguit. ¶ De immaculata con
ceptione virginis. Occasione sumpta ex
dictis de decimatione. Hic mouent que
dam argumenta ex quorum solutione ma-
gna difficultas ꝓblematis de ꝯceptiōe
virginis matris terminabit. Et ꝓ maio-
ri parte argumenta sunt extracta ex Sy
mone Cancellarij pisien. de cōceptōe: fa-
cto in synodo Basilien. Primo arguit
Maria ꝓpagata est. ⁊ fuit in adam: non
solum hm corpulentā substātiam: s etiā
hm seminalē rōnem: ergo cuz leui fuit de
cimata in lumbis abrae. Sed ideo: quia
in originali ꝯcepta ergo ⁊c. Añs ptz per
magrm. di. iij. tertij rñdet Cancel. pisien.
Qr oportet distinguere inter solutionem
decime ꝓpter grām pseruantē ⁊ a culpa
eleuantē: vt dr p multos doctores: in. iij.
distin. iij. c. ij. Maria soluit xp̄o decimas
ꝓpter grām preseruantē: non a casu et a
culpa eleuantē. Scdo arguit. Maria
fuit redempta a filio: sed non nisi a capti
uitate ⁊ a pctō. Rñdet Qr hic oportet di
stinguere sicut in primo argumēto inter
redemptionē eleuantē: ⁊ redemptionem
pseruantē. Sicut distinguit sctūs Ber-
nardus sup Cantica Sermoñ. lv. Primo
modo redempta est hūana natura. Se-
cundo mō angelica. Et sic de Maria cre
dimus: ptz ergo q non ois redemptio ē
a culpa. Tertio arguit. Maria habuit
fomitem: s fomes est sequela pcti origina
lis: ergo ⁊c. Maior ptz: iij. sen. dist. iij. ca.
.ij. Minor ptz p sctm Ambro. q ita diffi
nit fomitez. Fomes est qdam morbidus
affectus: q cōmonet ad illicitū desideriū
qtum ad actum generatiue ⁊ nutritiue.
Nam fomes hm Allexā. de Ales: in ter-
tia parte summe: inficit naturā humanā
prout est principium ad carnem aliā ꝓpa

F
De i
ta cō
virg
Fo

gandā: inficit ꝛ ꝑsonā quā facit pronam ad malū ꝛ difficilē ad bonū: sed illa infectio ꝛ feditas fomitis est a peccato originali: q2 fomes est causa materialis fouendi ꝛ ꝯseruādi pctm̄ in carne. Rndet ꝙ oportet hic distinguere inter rōnem causalem ꝛ rōnem formalē: sicut distinguit ꝑ san. Ambro. xxxi. dis. ij. c. finali. Nā ratio causalis nō includit simpliciter rationem formalē. Et sic magr̄ vbi supra. ponit in primo conceptu puerperiū habere rationē causalē pcti originalis ꝛ non formalē. Sic intelligit dictū Anshelmi. Si qd originalis pcti in ꝓpagatione matris dei extitit: illud ꝓpagantiū non ꝓpagate fuit: sic etiā pōt intelligi dictum magistri Mariā habuisse fomitem peccati scʒ in primo cōceptu: quo ad legē ꝓpagantium parentū sub qua cōcepta fuit: sed nō habuit fomitē formaliter scʒ in se in primo cōceptu seminis: nec in scdo: cum figurationem et lineationem corporis recepit: nec in tertio cōceptu: vt in infusione anime rōnalis: habuit fomitem formaliter: vñ ꝫm legem ꝓpagantiū tam caro xpi ꝙ ꝟginis fuit subiecta peccato: vt pʒ in. iij. sen. dis. iij. c. j. Sed ꝫm legē ꝓlis ꝓpagate: nec caro xpi: nec caro ꝟginis fuit subiecta peccato. Sed quid tñ infectionis fomitis in Embrione effigiādo in corpusculū matris dei ex parte ꝓpagantiū infuisset. Postꝙ fuerit formatum corpus organicū phisicū in vtero matris gloriosissime virginis: ꝟtute spūssancti illud sacratissimū corpus añ infusionē aīe intellectiue fuit mundatū atqȝ purificatū: vt esset vas aptissimū ad recipiendū aīam illā sacratissimā: q̄ fuit postea creata plena dei gratia atqȝ sanctitate: vnitaqȝ corpori suo: ꝟgo scā ꝛ immaculata ꝯcepta Hinc est ꝙ san. Job intuitus incarnationē ꝟbi i vtero marie dixit de illa. Quis pōt facere mundū (scʒ indiuiduū) de inmūdo ꝯceptū semie: nōne tu q̄ solus es. scʒ deꝰ. a. d. ōndendū ꝙ si q̄ creatura per ꝯmixtionē seminū inmūdoꝝ ꝯciperet: adhuc deo esset possibile ꝓducere aīam intellectiuā plenā grā ꝛ infundere illam corpori organico: mūdato ꝑ potentia di anteꝙ introduceret aīa intellectiua in illo: ꝛ isto mō creatura illa esset in cōceptione mūda. Quarto arguit. Si maria fuisset mortua añ filiū iuisset ad lymbuʒ patrum: sed nō nisi ꝓpter pctm̄: ergo ꝛc. Maior pʒ: q2 ianua celi (.i. clara aperta ꝛ nuda dei visio) nō fuisset aperta nisi ꝑ passionē filij: di. x. iiij. c. fi. Rndet cancellarius parisieñ. ꝙ oportet distinguere inter legē ꝑuatā ꝛ cōmunē: sicut in. c. Due sunt inquit leges: xix. q. ij. in decretis. Jōcū dicit. Si maria fuisset mortua ante filium de iure cōi iuisset ad lymbū sed nō de facto: nec ei minus potuit aperiri porta celi vt tunc: ꝙ in via vt credit a nonnullis vidisse in hac vita deum clare per essentiā. Hoc etiā dicit petrus de aquila in suo scotello: ꝙ non est inconueniēs ꝙ xp̄s sue matri tantā grām cōtulerit: ꝙ si mortua fuisset ante passionē iuisset ad celum. Scotus tñ aliter dicit in. iij. dis. iij. q. j. In hec verba. Si querat: vtrū si fuisset mortua añ passionem filij sui fuisset beata. Dici pōt. ꝙ sancti patres in lymbo purgati fuerunt a peccato originali: ꝛ tamē clausa fuit ianua vsqȝ ad solutionem pene debite: ita em̄ determinauerat deus: ꝙ licet acceptaret passionē xpi preuisam ad remittendā culpā originalem omni credenti ꝛ credituro illā passionē. Nō tamē remittebat penam illi peccato debitā: scʒ carentiā visionis diuine propter passionē ꝑuisam: sed ꝓpter ipam exhibitā: ꝛ ideo sicut illis p̄ribus nō patuit ianua quousqȝ passio xpi fuit exhibita: ita ꝓbabile est: ꝙ nec btē ꝟgini hec Scotus. Ex q̄bus ꝟbis doctoris subtilis claret ꝙ passio xpi exhibita ꝛ ꝯsūmata aperuit ianuā celi (hec vero ianua est clara visio diuine essentie: que vt dicit in glosa sup illud ps̄. ostendam illi salutare meum) Est tota merces beatoꝝ vicʒ ꝑ cōcomitantiā: propter cōnexionē ꝛ eq̄lita-

tem in dotib⁹ gloriosis: qm̄ alie dotes etiam pertinēt ad aptionē ianue celi: et etiā dant in premiū beatoꝝ: qm̄ clara visio: secura tentio: et perfecta dilectio inseparabiliter se habent. Passio vero xp̄i preuisa remittebat culpam originalem sanctis in limbo omnibus detentis: et virginem matrem a peccato originali et morbido fomite preseruauit: et hoc innuitur in oratione celebritatis immaculate cōceptionis: in qua dicit: vt sicut ex morte eiusdem filij sui p̄uisa eam ab omni labe p̄seruasti etc. Huius tādē celebritatē immaculate cōceptionis virginis: cum officio nouo edito a Leonardo notario apostolice. Sixtus quartus (in p̄uilegio qđ incipit: Cū precelsa meritoꝝ) ꝯfirmauit in eodē oībus festū celebrantibus cum octaua: officiūq; nouum dicentibus vel eidem inter essentibus: eandez concessit indulgentiā q̄ Urbanus quartus martinus quintus et alij sui p̄decessores romani pontifices cōstituerūt in die et per octauas festiuitatis corporis christi.

Concilium itē Basiliēse indulgētias pariformiter celebritatis corpis xp̄i: huic festo elargitur. Sermoniq; vbi dei ea festiuitate interessentibus Centū quinq̄ginta dies cōdonauit virginisq; gloriose immaculatam conceptionē (in decreto qđ incipit. Elucidātibus gr̄e diuine etc) declarauit sub hisverbis. Illā doctrinā differentē: gl'iosam virginem dei genitricem: p̄ueniēte et cooperāte diuini muneris gr̄a singulari: nunq̄ actualiter subiacuisse originali peccato. Sed immunem semp̄ fuisse ab omni originali et actuali ruga: sanctāq; et immaculatā: tanq̄ piā et consonam cultui ecclesiastico: fidei catholice: recte rōni: et sacre scp̄ture: ab oībus catholicis approbandā fore tenendam et amplectendā diffinimus. Nulli decetero licitū esse in ꝯtrariū p̄dicare vl' docere: hec in decreto Basiliensi.

Pro clariori immaculate conceptionis sup̄ b̄ndicte m̄ris v̄ginis intelligētia notent' he due sequētes veritates quas cancellarius parisiensis ponit in epistola de susceptione humanitatis christi.

Prima veritas. Christus voluit dilectissimā matrē suam dolores et penalitates huius vite destitute suscipere: nedū volūtarie pure sicut suscepit: sed ex conditione natureviatricis descendentis ab adam: et cum necessarie cōtrahēdi originale pctm̄ sicut alij p̄ generationē viri et mulieris concepti: nisi gr̄a supnaturalis p̄uenisset casum in hoc originalis culpe p̄cipiciū. Factum est p̄inde cōsequēter in maria q̄tum ad nature debitas ex originali: sicut in alijs sanctificatis aut baptizatis: nisi q̄tum ex p̄uilegijs et gratijs sp̄ualibus fuit adiuuata. Ueritas hec p̄babili pietate cordis credi pōt. Scđa veritas. Christus p̄seruādo matrē suaz ab originali: nō ob hoc dedit dignitatem equalē si hūpsi etiā s̄m humanitatem viatricē. Ratio: quia nunq̄ xp̄s habuit necessitatē originale pctm̄ ꝯtrahēdi: q2 nō descēdit per naturalē ꝓpagationē: ꝓpterea rō sumpta ex hac equalitate: q̄ Maria ꝯtraxit originale ꝓrsus est inualida. Similiter et altera q̄ maria nō indiguisset redemptione. Nec valeret apl'i consequētia: xp̄s pro omnibus mortuus est ergo oēs mortui sunt. Hoc inq̄ argumentum potius est ad oppositū. Q2 si xp̄us fuit oīm p̄fectissimus redēptor mortem pro omnibus sustinens: decuit q̄ matrē p̄fectissime redimeret: hoc aūt nō potuit cōueniētius fieri q̄ p̄seruando ne caderet: potius q̄ iam lapsam releuaret. Ueritas hec ꝓbabilis est et pia: super q̄ mirum est q̄ nōnulli volētes virginē benedictā supra limites honorare: p̄dicāt nihilominus q̄ cōtraxit originale. Omnes igitur iubilando cū ecclesia cātem⁹. Sancta et immaculata virginitas q̄bus te laudibus efferam nescio: q2 quem celi capere non poterant: tuo gremio cōtulisti. Sanctū nanq; gregoriū corā imagine virginis: imago alloquit' Gregori.

q̄d de medicis. Mox sanct⁹ diuino afflatus spū ꝓrupit in huius cantica verba. Sancta ꝛ immaculata ꝛc. Oremus et pariter. ¶ Oratio. Omnipotens sempiterne de⁹ qui gloriose ꝟginis matris marie corpus ꝛ aīam: vt dignū filij tui habitaculū effici mereretur: spūsctō ꝑseruante absq̧ originali macula concipi voluisti: da vt cuius conceptione letamur: ei⁹ pia intercessione (Concupie in nobis diminuto fomite) ad declinandū malū: et ad faciendū bonū ꝓniores efficiamur. Per eundē In vnitate eiusdē Amē. ¶ Tercium dubium. Quia in scdo dubio tactū est de humido radicali ꝛ nutrimētali: ex quo semē generationis ꝓpagat̃. Queritur ergo de differētia humidi radicalis ꝛ nutrimentalis. Rndet̃ ꝙ sicut colligit̃ ex lectura san. Bonauen. sup. ij. sen. dist. xxxj. Et ex dictꝭ Alberti magni sup Missus est. Qꝛ duplex est humiditas siue sāguis in corpore: vna nutrimentalis: que venit ex cibo: ꝛ hec nō est corpus: vl' corporis pars: sed pōt bene vniri ꝛ pars fieri vel trāsmitti ad generationē corporis alteri⁹. Alia est humiditas radicalis vel subalis q̄ est actualiter in oībus mēbris: ꝛ est pars essentialis corpis: vel essentialib⁹ partib⁹ cōiuncta: vl' ꝑ nutritiuā i corpus cōuersa ꝛ illi vnita. Et ex hisvtrisq̧ fit decisio vel ꝓpagatio: ꝛ est supfluū q̄rte digestionis: ad illud ad mēbra transmissum tria facit. Primū est ꝙ nutrit et soluat subam suscipiētis: restauratq̧ deꝑditū continue defectionis: q̄ defectio fit ex naturali calore agente in suam materiam. Scdm est ꝙ eandē subam etiā augmentat ꝛ deducit vsq̧ ad debitā quātitatem si est citra. Terciū est ꝙ illud qd̓ his duab⁹ actionib⁹ supfluū est trāsmittit ad viā generationis: ꝛ fit semen quod est supfluū quarte digestionis. Et hoc ē qd̓ subtiliter tangit phs in li. de aīa dicēs: ꝙ humiditas est generationis factiuum. Et hoc duob⁹ modis. Uno mō: qꝛ ex supfluitate ipius in vltima digestione fit pars seminis ꝛ rei gn̄ate. Alio mō. qꝛ per alimentū membra suscipiunt cōpletam quātitatē ꝛ subaꝫ vt possint ex ipis descindere essentialiorē ꝛ veriorē partē seminis ꝛ rei generabilis. Et hoc fit i q̄rta digestione: lꝫ quidā putaāt ꝙ semē sit supfluitas tertie digestionis immediate resolutū ab epate vt dictū fuit in principio huius octaui capli de vi seminatiua: tm̄ verior est hec positio Alberti magni: vnde ꝫm eundē sup scdm de aīa. q̄ttuor ponunt̃ digestiones. Prima digestio fit in ore: q̄ ꝛ masticatio dicit̃: ex eo ꝙ aliquā opationē ꝛ effectum plus habet res masticata q̄ nō masticata. Scda fit in stomacho vbi segregat̃ subtile a grosso qd̓ emittit̃ ꝑ secessum: subtile vero transmittit̃ ad epar vbi fit tertia digestio: vbi fit vlterior segregatio puri ab impuro. Nā impurū trāsmittit ꝑ vias vrinales ad vesicā ꝛ fit vrina. Sed purū reseruat̃ q̄rte digestioni: q̄ fit in mēbris vbi transmittit̃ totū purū: ꝛ illud ad membrū trāsmissum tria facit: vt iam supra dictū est. Ibi supfluum transmittit̃ ad viā generationis: ꝛ fit semen humane ꝓpagationis: adiūcto sibi aliq̄d de humido radicali: vt prius patuit. Et dicit san. Bonauentura. Qꝛ humiditas radicalis est illa in qua calor naturalis sustentificat̃. Nutrimentalis est illa q̄ ꝓbet calori naturali fomētū: dicit igit̃ ꝙ humiditas radical' solū est a generantib⁹ ꝛ mediante opere generatiue: nā nutritiua in hāc humiditatē non pōt: si eīn posset: tunc hō iuuenesceret et vitā suā imꝑpetuū ꝯtinuaret si illud humidū renouari posset: qd̓ constat esse falsuꝫ. In humiditatē aūt nutrimentalē q̄ calori pabulū ꝓbet: possibile est alimentū ꝯuerti mediāte ope nutritiue. Et est exemplū in lāpade ardēte: in q̄ est humiditas olei: ꝛ humiditas lichinij: humiditas lichinij assimilat̃ humido radicali: qm̄ ex quo ꝯsumit̃ nō pōt restaurari: ꝛ in illo lichinio flama sustentificat̃ Humiditas vero olei: assimilat̃ humido

nutrimētali:q̄ pabulū p̄bet igni ⁊ impe-
dit ne cito licomiū consumat: et illa hu-
miditas aliq̄n augeẗ:aliq̄n minuitur:ali
quādo consumiẗ: aliquando restauraẗ.

h
Quartum
dubium

¶ Quartū dubium est de rōne seminali
q̄d est:nā hō est ex hoīe sicut est in ceteris
seminaliter ꝓpagatis. Dictū est etiā su-
perius in scđo dubio: q̄ oēs hoīes fuere
in adam s̄m rōnē seminalē:excepta car-
ne xp̄i:q̄ sola fuit in adā s̄m corpulentā
sub̄am. De ratione igiẗ seminali aliq̄d ē
adiungendū. Pro quo considerandū.
Sicut dicit san. Bonauē. in scđo sentē.
dis.xviij.arti.j.q.ij.Et in centiloquio pte
iij.c.xxv.Q̄ hec q̄tuor differūt vic3 cau-
sa ⁊ rō causalis:semē ⁊ rō seminalis.Cā
eñ cōmunis est ad p̄ncipiū intrinsecū et
extrinsecū.Silr̄ ⁊ rō causalis: semēvero
⁊ rō seminalis respiciūt p̄ncipiū intrinse
cū. Possunt tñ distingui vt causa ⁊ ratio
causalis accipiantẗ q̄tū ad p̄ncipium in-
creatū.Semē vo ⁊ rō seminalis: q̄tum
ad p̄ncipiū creatū. Differūt tñ causa: et
rō causalis q2 cā dicit p̄ncipiū ꝓductiuū
Rō vero causalis dicit regulā dirigentē
illud p̄ncipiū in sua operatione.Simili-
ter etiā differūt semen ⁊ ratio seminalis
Regula autē agentis increati: est forma
exemplaris siue ydealis:regula vo agen
tis creati:est forma natuťalis.Et ita rati
onales causales sunt forme ideales siue
exemplares:rōnes vero seminales sunt
forme naturales.Et s̄m hoc p3:q̄ ratio-
nes causales ⁊ p̄mordiales idē sunt i re:
differētes sola rōne. Primordiales eñ
dicunẗ p̄ priuationē p̄oris:sed causales
p̄ positionez posterioris. Primordiales
respiciūt deum vt primū p̄ncipiū. Cau-
sales respiciunt deū vt finem vltimum:
qui est causa causarū. Silr̄iter naturales
rationes ⁊ seminales re idē sunt sed dif-
ferunt rōne:q2 semē dicitvt ex quo natu
ra vt a quo. Rō seminalis attenditur in
quantū dirigit potentiā nature:vt ex ali
quo fiat aliq̄d:naturalis vero vt ab aliq̄
fiat aliq̄d. vl̄ rō seminalis respicit incho
atione ⁊ virtutem intrinsecā:q2 mouet ⁊
operaẗ ad effectus ꝓductionē. Natura
lis vero concernit ꝓducētis ad ꝓductū
assimilationē ⁊ mōi agēdi assuetudinem
Qñ igiẗ q̄riẗ vtrū aliq̄s effectus fiat s̄m
rōnes causales aut seminales. Rñdēdū
est q̄ aut sic est a dō ille effectus. Q̄ cre
atura nō h3 in eo potenriā aliquā:aut si
h3:habet solū potentiā obediētie vtpote
cū mūdus sit de nihilo: vbi nulla est po-
tentia creature.vel cū multi panes mul
tiplicanẗ ex pane vno:vbi sola est poten
tia obediētie:vel cū eue corpus sit factū
de costa:q2 costa respectu talis mōi pro-
ducēdi:⁊ respectu tanti corpis ex ea for
mādi absq3 additione:nō habuit nisi so-
lū potentiā obediētie.Et hec fiunt scđm
rōnes causales q̄s de9seruauit in suavo
luntate:q2 nō fiunt s̄m exigentiā creatu-
re sed s̄m exigentiā dispositionis eterne

Si aūt sic ꝓduciẗ effectus:q̄ est i po
tētia nature:nō solū obediētie: s3 etiā po
tētie ad actu3 ꝓducere:sic diciẗ fieri s̄m
rōnes seminales:sicut p3 cū hō generaẗ
ex hoīe:vel arbor ex arbore. Et si que
riẗ:q̄d est rō semialis s̄m eēntiā Rñdet
san. Bonauē. Q̄ rō seminalis est poten
tia actiua indita materie. Et illā potenti
am actiuā cōstat esse essentiā forme: cu3
ex ea fiat mediāte opatione nature q̄ nō
ꝓduciẗ aliq̄d ex nihilo:⁊ iō rō seminalis
est essentia forme ꝓducēde:differens ab
illa s̄m esse cōpletū ⁊ incōpletū: siue s̄m
esse in potentia ⁊ s̄m esse in actu. Nam
oēs forme naturales ad min9 corpales:
cuiusmōi sunt elementares forme: ⁊ for
me mixtionis:sunt in potētia mãe a pri-
maria rerū cōditione indite ⁊ concreate
et p̄ actionē agētis particularis educun
tur in actū. Illudq3 agēs creatū nulla3
q̄dditatē nec eēntialē nec accidētalē oi-
no ꝓducit:sed entē sub vna dispositiōe
facit esse sub alia: sicut rosa ex globo: q2
globus fit rosa. et eēntia mãe solū se h3
p̄ modū receptiui:s3 seminariū:siue rō se
minalis indita: h3 se q̄dāmō p̄ modum

actiui:qm̄ coopaꝛ agenti : ⁊ etiā quodā modo ꝑ modo passiui: qm̄ valaꝛ ab vna dispositione in aliam. Ex hoc ptꝫ qd̓ priꝰ dictū est.ca.vj. Oꝛ materia est plena formis ꝓm rōnē seminalē:nam dicit Augu. iij.de trinitate:ꝙ mā est plena rōnibꝰ seminalibꝰ:sicut mlieres ḡuide sunt plene fetibꝰ.

¶ De viribꝰ pulsibꝰ spiritibꝰ ⁊ hūoribus corpis aialis Ca. ix [De] viribus [pul]sibꝰ spiri[tibꝰ] ⁊ hūori[bus] corpor[is a]nalis.

p Ostq̄ dictū est de potētijs aie vegetatiue:priusq̄ dicaꝛ de potētijs aie sensitiue:ꝓmittēdū est de viribus seu virtutibꝰ:spiritibꝰ pulsibus ⁊ humoribꝰ q̄bus aīa:potens est in corpe opatiōes vegetabiles ⁊ sensibiles exercere. Et primo de tribus viribꝰ aīe. A

Deus trinꝰ ⁊ vnus:verus ⁊ ꝑfectus:sicut omnia tenet:oīa implet:oīa sustinet: oīa superexcedit ⁊ circūplectiꝛ. Sic aīa tribꝰ viribꝰ ꝑ totū corpus diffundiꝛ:nō locali distensione:sed vitali intentione. Habet namq̃ aīa vires q̄bus corpori miscetur Quarū prima est naturalis: scd̓a vitalis tertia aīalis. Anima namq̃ q̄ vere spiritꝰ est: ⁊ caro q̄ vere corpus est:in suis extremitatibꝰ facile vniunꝛ.id est.in fantastico aie ⁊ viribꝰ. De quo inferius.ca.lij. plenius dicaꝛ. His tribꝰ viribus aīa corpus suū vegetat: viuificat: sensificat: regit ⁊ mouet.

¶ Naturalis vis Opaꝛ in epate sanguinē ⁊ alios hūores:quos per venas ad oīa corporis membra transmittit vt inde augeanꝛ ⁊ nutrianꝛ. [Natural]is vis Actio igiꝛ virtutis naturalis in animalibus et plantis cōis est: que generat:nutrit ⁊ augmentat. Vis ista quadrifacie diuidiꝛ in appetitiuā:in digestiuā:in retentiuā ⁊ in expulsiuā. De hoc habitū est supra.c. viij. Hoc tamē ꝑtermittendū nō est de vi digestiua. Nam dictuꝫ est ꝙ quarta digestio fit in singulis membris:quod non placet Auerroi in suo quolibet. Naꝫ ipe dixit. Oꝛ ꝑtermissa digestione oris: sunt tres digestiones. scilicet digestio stomachi:epatis ⁊ cordis. Est enim cor ꝑnceps in virtute nutritiua. Et in hoc ipse reprehendit Galienū. q̄ posuit ꝙ princeps in virtute nutritiua erat epar: sicut iam dictum est. Sicut em̄ se habet digestio stomachi ad digestioneꝫ epatis:ita digestio epatis ad digestionem cordis. Superfluitas autem digestionis stomachi sunt feces:superfluitates autē digestionis epatis sunt vrine. Consūmata vero cordis digestione post factam missionem necessariam ad omnia membra remanet superfluum quod diciꝛ semen. Que autem sit verior opinio : phisicorum relinquiꝛ iudicio.

¶ Vitalis vis In corde est: q̄ ad tempanduꝫ feruorem cordis aerem hauriendo: vitam toti corpori tribuit. Vitalis vis Hec quoq̃ vis vitalis:habet motū suum per arterias in quibus mouet spiritus a corde procedentes : nam hec virtus sedem suaꝫ habet in corde vnde oriunꝛ arterie: sicut ex epate vene nascunꝛ: tanti em̄ caloris est cor : ꝙ nisi frigido aere attracto eius calor mitigareꝛ : vtiq̃ in semetipso suffocareꝛ. Vt patet in suffocatis ⁊ iugulatis: ꝓpter quod per arterias ⁊ pulmonem necesse est aerem attrahere et eius incendium mitigare.

¶ Arteria enim dicitur quasi arta aeris via. scilicet vena et fistula per quam intrat ⁊ exit aer ⁊ spiritus vitalis. Vel quia per eam aer. id est. spiritus a pulmone ferꝛ. Arteria

¶ Vene sunt dicte : eo ꝙ sunt vie natantis sanguinis atq̃ riui per totum corpus diuisi: quibꝰ vniuersa membra riganꝛ ⁊ nutriunꝛ. Vene Incipiunt autem vene ab epate: sicut arterie a corde: ⁊ nerui a cerebro.

¶ Sunt.n. nerui corpis ꝑtes q̄s greci vocāt neuros eo ꝙ artuū piūctōes his fortiꝰ cohereāt. Nerui Sunt.n. nerui necessarij: vt sensuꝫ ⁊ motū deferent mēbris. Oēs ṽo nerui de cerebro ꝓcedūt:aut d̓ nucha.i.de medulla spinali q̄ est in spōdilibꝰ dorsi. Tale mediū fuit necessariū : ne si imediate oēs a cerebro ꝓcederēt : aut rūpēdo lesiōeꝫ incurrerent:aut propter vie longitudinē a principio sensus in actu senciendi ⁊ ī potentia vegetādi:tantā potentiā nō hꝫent

diuersum: ⁊ genos natura .i. diuisaꝝ na
turarū in se ⁊ in suis partib⁹: vt pȝ in ho
mine q̄ tot⁹ ē etherogeneus .i. diuersarū
naturarū: ⁊ hoc etiā pȝ in partib⁹ orga
nicis vt in manu et pede: qȝ man⁹ vel
pes cōstat ex rebus diuersarū naturarū
puta ex pelle: carne: neruis: ossibus ⁊ ve
Humidū nis. Humidum est qđ male est termi
nabile termino ꝓprio: bene aūt termino
alieno. Siccū aūt qđ bñ ē terminabile Siccum
termino ꝓprio: male autem termino ali
eno: vt lapis. Cui⁹ ratio est: qȝ humidū ē
fluxibile: ita q̄ ꝑtes ipsius de facili deflu
unt ab inuicē: ⁊ sic non hȝ ↄstantiā in ꝑ
tibus suis: et sic male potest terminari
termino ꝓprio: sed bñ pōt terminari ter
mino alieno: qȝ facilit̄ recipit figurā cor
poris ↄtinētis: vt si aq̄ fundat̄ ad aliqđ
vas: statim figurat̄ in suis dimissionib⁹
sm̄ figurā ↄtinētis. Ecōtrario est đ sicco
qđ ↄstātiā hȝ ī suis partib⁹ q̄ sibi mutuo
adherēt ⁊ sic bñ terminat̄ t̄mino ꝓprio: ꝯ
cū siccū sit durū ⁊ nō de facili recipit figu
rā corpis ↄtinētis: materiale terminat̄
termino alieno: vt si ponat̄ lapis ad ali
qđ vas: nō recipit figurā vasis. Rarū est
cuius ꝑtes distant: vt paȝ in lana: spon
gia ⁊ niue. Densum ē cui⁹ ꝑtes cōiacēt:
vt pȝ in metallis ⁊ alijs q̄ pluribus. Le
ue ē qđ mouet̄ a cētro ad circūferentiā:
vt aer ⁊ ignis. Graue est qđ mouet̄ a cir
cūferentia ad centrū: scȝ terra ⁊ aq̄. Acu
tum est qđ in ꝑuo tp̄e multū pungit: vt
acus. Obtusum est qđ in multo tp̄e paꝝ
pungit. Transferunt̄ etiā ille due quali
tates tangibiles ad auditū: vt sonus acu
tus sit qui in ꝑuo tp̄e immutat auditum
vt paȝ in tyntinabulo. Obtusum econ
tra in multo tp̄e parum immutat ⁊ pun
git auditum: vt patet in campana ma
gna. Transferuntur etiam ad gustum:
vt piper quod acuti est gustus: et sic de
alijs. Molle est quod faciliter cedit tan
genti: vt paȝ in liquidis. Durum est qđ
difficulter cedit tangenti: vt patet in fer
ro. Actus tangendi exigit exteriorum co Actus
operationem: vt scilicet res tāgenda or
gano tactus appropinquet: ex cuius ap
proximatione spiritus animalis sub car
ne in neruis existens immutet̄: ⁊ immu
tatus proprietatem et similitudinem rei
tacte sensui cōi rep̄ntet: q̄ mediante aīa
de tangibilibus iudicat.

¶ Theologisatio sensuum exteriorum.
Capitulum xvj

Theologisatio sensuū exteriorum A

Theologia omniū scientiarū prīnceps ꝛ regina cui cetere artes tā ꝙ pedisseque famulant̄: vnde et ipā subijciēs sibi philosophicā speculationē (que ꝛ de aīa ꝛ suis potentijs determinat) assumit de naturis rerū quantū sibi opus est: ad fabricandū speculū per qd̄ fit repñtatio diuinoꝝ. Qualiter ergo sacre scpture potētie aīe sensitiue exteriores (de quibus dictū est) famulētur notent̄ hec q̄ sequunt̄ dubia. ¶ Primū

Primum dubium

dubiū: vtrū oēs beatoꝝ sensus (resumptis corporibus suis) erūt in actu. Rñdet richardus in.iiij.dist.xlix.plures alij doctores ꝙ sic. quia natura humana erit in btis in maxima pfectione: sed pfectiores sunt sensus actibus ꝯiuncti ꝙ nō cōiuncti: ergo in btis erūt oēs sensus i actibus suis. Preterea sensus ꝓpinquiores sunt aīe ꝙ corpus: sed corpus ꝓpter btitudinē aīe p̄miabit̄: ergo ꝛ sensus exterior p̄miabit̄ aliqua cōuenientissima delectatione: sed delectatio non pōt esse in sensu sine actu respectu ꝓprij obiecti.

Uisum enī immutabit ad actū vidēdi: pulcritudo ꝛ claritas corpoꝝ glorificatoꝝ: ꝛ potissime splēdor glorificati corporis xp̄i: vñ dicit san. Bonauētu. in.ij. dist.xiiij.q.j. Or sancti in celo virtutē visiuā habebūt adeo potentē: ꝙ xp̄m videre poterūt vbicūqꝫ sit. Uñ ꝛ quidā imaginant̄ ꝙ bti in toto celo: tā in semicirculo ꝛ circūferentia superiori ꝙ in inferiori locent̄: alias aliq̄ pars celi empirei eēt vacua a cōtinētia beatoꝝ. Cū ergo plus distet corpus xp̄i in parte superiori celi a sanctis in inferiori parte locatis: ꝙ celū a terra (cū terra in medio consistat) claret ꝙ clarum ꝛ acutum visum habebunt sancti in patria. Sed alij imaginant̄ loca sanctoꝝ solum in superiori semicirculo celi: sicut si esset vnus mons rotūdus ꝛ christus esset in culmine ꝛ sancti circūcirca: et sic si in media parte superiori celi sancti collocarentur: nec tamen altera esset vacua: nec superflua: sicut magnuꝫ pallacium non est vacuum: quando est vnus magnus inhabitator: quāuis non impleat omnē partem. Magnitudo enī curie ꝛ spaciositas ꝛ non impleat̄ totaliter: facit tamen ad ostēsionē regalis magnificentie: vñ nō debet quis imaginari: ꝙ sint ibi scti sicut in solario nec ꝙ vnus sit directe sup caput alterius: sed sicut si esset vnus rotundus mons vt dictū est: sic xp̄s ẜm naturam diuinam sedet a dextris patris ẜm oīmodā equalitatē: sed ẜm humanā naturā dicit̄ sedere a dextris quia in potiorib⁹ bonis patris: vñ in empireo ceteros excellit: tā angelos ꝙ homines: ꝛ loco ꝛ dignitate: post ipm̄ credimus btām virginē super omnes alios. Deinde ceteri ordinant̄ ẜm dignitatem ipsorum. Certū tñ nō est qualiter ꝛ p quē modo beati locent̄ in celo: tñ quocunqꝫ mō locant̄: siue ꝙ sint in toto celo: siue ꝙ sint in vno semicirculo empirei: nihil impedit vtrūqꝫ poni: sed hoc melius sciemus qñ videbim⁹. Et ideo btōꝝ locatio magis est desideranda ꝙ imagine describenda. Auditā electoꝝ immutabit suauissima cōsonantia vocalis laudis: qua oēs sancti ore deū laudabūt. vñ sup illō ps. Exultationes dei in gutture eoꝝ: dicit Aug⁹. Or corda ꝛ lingue nō desinent laudare deum. Et pōt vox formari p fractionē ꝛ tremulationē corpis celestis: vl̄ illo mō ꝙ deus in loco formationis vocis: vt in gutture ꝛ in ore: cōseruet aerē: in quo p eius fractionē fiet vox: q̄ postea p subam celi multiplicat species sonorū ad audituꝫ beatoꝝ. Olfactū immutabit fragrantia gloriosorum corporum: et sic species multiplicate ad olfactum actuabunt ipsum: vnde ecclesia cantat. Odor suauissimus corpora sanctorum: et iterū Sicut odor balsami erunt ante te. Eu stui creabit deus humorem conuenientissime sapidum quē perpetue conseruabit: ꝛ ille humor semp delicatissime immutabit gustum. De tactu potest dici sicut de gustu: ꝙ deus ipm̄ actuabit p

concreationem alicui⁹ obiecti sui: vel ꝙ
diuina essentia suppleat influxum obie-
ctalem ꝓpriorum obiectorum sensus ta-
ctus: ⁊ aliorum sensuum per se immedia
te: causando actum in eis cōuenientissi-
B scdm dubi[um] mium. ¶ Secūdum dubium. Cum oīs
creatura quātūcunqꝫ de esse parum ha-
bens. rep̄sentet suum creatorem saltem
per modum vestigij: per quod redit ad
deum artificem cognoscēdum: amandū
⁊ laudādum. Querit̄ q̄liter sensus ex
teriores reducuntur in theologiam: que
dirigit hominem in deum cognoscēdum
⁊ amandum. Respōdet sctūs Bona-
uentura in opusculo de reductōne artiū
ad theologiam: ⁊ in suo itineratio men-
tis in deum. Qꝫ oportet contemplari de
um in cūctis creaturis sensibilibus. Nā
iste mūdus qui dicitur macrocosmus .i.
maior mūdus: vel magacosmus: intrat
ad animam que dicit̄ microcosmus . id
est minor mūdus per quinqꝫ sensus qua
si per portas: ſm ipsorum sensibiliū: ap-
prehēsionem: oblectationem: ⁊ diiudica
tionem. Nam per visum intrat corpora
sublimia ⁊ luminosa ⁊ oīa colorata: ꝑ
tactum vero corpora solida ⁊ terrestria.
Per tres vero sensus intermedios in-
trant intermedia: vt ꝑ gustum aquea: ꝑ
auditum aerea. Per odoratum vapora
bilia que habent aliquid de natura hūi-
da: aliquid de aerea: aliq̄d de ignea: seu
calida. sicut ptꝫ in fumo ex aromatibus
resoluto. Itaqꝫ cum q̄nqꝫ sint corpora
mūdi simplicia. scilicet q̄tuor elemēta: et
quīta essentia: vt homo oēs formas cor
poreas ſm eas posset ꝑcipere: quiqꝫ ha-
bet sensus illis correspondētes. Naꝫ ter
ra corrn̄det tactui: aqua gustui: aer au-
ditui: ignis odoratui. Quinta essentia si-
ue q̄ntuꝫ corpus (qd̄ compꝓhēdit totam
luminosam naturā cum oībus orbib⁹
⁊ speris suis: sursum ab elemento ignis
vsqꝫ ad celum inclusiue) corrn̄det visui
Intrant ergo ꝑ has portas. tam corpo-
ra mūdi ꝓncipalia ⁊ simplicia: q̄ꝫ etiā ex
bis mixta: intrāt inq̄ꝫ nō ꝑ substantias ſꝫ
ꝑ similitudines suas. Primo gn̄atas in
medio: ⁊ de medio in organa: ⁊ de orga-
no exteriori interiori: ⁊ dehinc in poten-
tiā appꝓhensiuā. Et sic gn̄atio spēi in me-
dio: ⁊ de medio in organo: ⁊ cōuersio po
tentie appꝓhensiue sup illam: facit appre
hensionem omniū rerum q̄ exterius aīa
appꝓhēdit. Ad hanc appꝓhensionem si
sit rei cōueniētis sequit̄ oblectatio. De-
lectat̄ aūt sensus in obiecto ꝑ similitudi
nem abstractaꝫ. Uel ratiōe speciositatis
sicꝫ ī visu: qꝛ speciositas vł pulcritudo nil
aliud ē q̄ꝫ eq̄litas nūerosa. seu q̄dā ꝑtiuꝫ
situs cū coloris speciositate. Uł rōne sua
uitat[is] sicut ī odoratu ⁊ in auditu: cū v̄tus
agentis nō in ꝓportionabiliter excedit re
cipientē: quia sensus tristat̄ in extremis
⁊ delectat̄ in medijs. Uel ratiōe salubri-
tatis: sicut in gustu ⁊ tactu: quando scili
cet agens in imprimendo replet indigen
tiā patiēt[is]: ⁊ hoc ē saluare ⁊ nutrire ipm
qd̄ maxime apparet in gustu ⁊ tactu. Ex
quo claret quō delectabilia exteriora ꝑ
triplicē rōnem delectādi ꝑ s.litudinē in-
trāt in aiaꝫ. Post hāc appꝓhēsionē ⁊ de
lectationē fit diiudicatio: cū. s. rō q̄rit̄ de
delectatiōe q̄ in sensu ꝑcipit̄ ab obiecto.
hoc est cū querit̄ rō pulcer suauis ⁊ salu
bris: ⁊ inuenit̄ ꝙ hec est proportio equa
litatis. Diiudicatio igit̄ est actus: que
spēm sensibilem ꝑ sensus acceptam: in-
troire facit depurando ⁊ abstrahendo a
fantasmatib⁹ ī potētiā intellectiuā. Ptꝫ
igit̄ ꝙ totus mūdus iste sensibilis introi
re hꝫ in aiam hūanā ꝑ portas q̄nqꝫ sen-
suū ſm tres opatiōes ꝑdictas. Hec aūt
oīa vestigia sunt ī q̄bus speculari possu-
mus deum nostrū. Nam cum spēs appꝓ
hēsa sit similitudo in medio genita: ⁊ de-
inde ipi organo impressa: ⁊ per illam im-
pressionem in suum principium scilicet
in obiectū cognoscendū ducit: manifeste
insinuat: ꝙ illa lux eterna: generat ex se
similitudinem seu splendorem coequa-
lem cōsubstantialē: ⁊ coeternalē: ⁊ ꝙ ille

que est imago ⁊ similitudo inuisibilis dei
⁊ splendor glorie: ⁊ figura sbstantie: qui
vbiqꝫ est per primam sui generationem:
sicut obiectū in toto medio: suam gene-
rat similitudinē: per gratiā vnionis vni-
tur (sicut species corꝑali organo) indiui
duo rōnalis creature: vt per illam vnio-
nem nos reducet a patrem sicut ad fon-
tale principiū ⁊ obiectū. Si ergo omnia
cognoscibilia suam spēm habent genera
re: manifeste ꝓclamāt ꝙ in illis tanꝙ in
speculis pōt videri generatio etna ima-
ginis ⁊ filij a deo pře eternaliter emanā-
tis. Scdm hunc etiā modū species de
lectans vt speciosa suauis ⁊ salubris: in-
sinuat ꝙ in illa ⁊ ab illa specie est prima
speciositas suauitas ⁊ salubritas: in qua
est summa ꝓportionalitas et eq̄litas ad
generantem: in qua ē virtus non qer fan
tasma sed per veritatem apprehensiōis
illabans: in qua ē impressio saluās ⁊ suf-
ficiens: ⁊ omnē apprehendētis indigen-
tiam expellens. Si ergo delectatio ē con
iūctio ꝯueniēt cū ꝯueniēte: ⁊ soliꝰ silitu
do dei tenet rōnē sūmi speciosi suauis et
salubris: ⁊ vnit̄ ꝓm veritatem ⁊ ꝓm inti
mitatem ⁊ ꝓm plenitudinem replentem
omnē capacitatem manifeste videri pōt:
ꝙ in solo deo ē fontalis ⁊ vera delectatio,
et ꝙ ad ipsam ex omnibꝰ delectationibꝰ
manuducimur req̄rendam. Excellen
tiori aūt modo ⁊ in mediatiori diiudica
tio ducit nos in eternam veritatem certi
us speculandam. Cū enim in diiudicatio
ne requirat̄ ratio: quare pulcra suauia ⁊
salubria delectant. Et inuenit̄ ꝙ hec rō
est ꝓportio eq̄litatis: ⁊ pulcritudo suaui-
tas salubertas ⁊ delectatio nō sint absqꝫ
ꝓportione: ⁊ ꝓportio primo sit in numer:
necesse ē omnia esse numerosa: ac ꝑ hoc
nūerus ē precipuū in animo conditoris
exemplar: ⁊ in rebꝰ precipuū vestigium:
ducens in sapiētiam diuinā: ⁊ facit deū
cognosci in cūctis corꝑalibꝰ ⁊ sensibilibꝰ
dum numerosa apprehendimꝰ: dū innu
merosis ꝓportionibꝰ delectamur. Hec

que prelibata sunt de sensuū misticatio-
nibus ꝑ allegoriam dicta: quo docemur
quid credendū sit de hūanitate ⁊ diuini-
tate xp̄i. Nūc dicendū qualiter q̄rendus
sit sensus: moral: quo docemur quomo-
do viuendū sit. Ex hoc si consideremꝰ
sensuum exteriorū exercitiū intuebimur
ibi ordinem viuendi. Unusq̄sqꝫ em̄ sen-
sus se exercet circa ꝓpriū obiectū: refugit
nociuū: ⁊ non vsurpat alienū: per hunc
modū tūc sensus cordis ordinate viuit:
dū seip̄m exercet ad id qđ est: contra ne-
gligentiam: dū surgit contrariū: cōtra cō
cupiscentiam. Et dū non vsurpat alienū
per superbiam. Omnis em̄ inordinatio:
aut venit ex negligentia: aut ex concupi-
scentia: aut ex superbia. Ille autē ordi-
nate viuit: qui viuit prudenter: tꝑanter:
⁊ obtꝑanter: vt refugiat negligentiam in
oꝑabilibus: concupiscētiam in concupi-
scibilibꝰ: superbiā in excellētibꝰ siue sub
limibus. Quo ad sensum: anagoicum
quo docemur qualiter deo sit adheren-
dum: q̄ adhesio consistit in dei ⁊ anime
vnione. Si consideremꝰ sensuū oblecta
menta: intuebimur dei ⁊ anie vnionem.
Omnis em̄ sensus corꝑalis suū sensibi-
le conueniens: querit cum desiderio: in-
uenit cū gaudio: repetit sine fastidio: qr
non satiabit̄ oculus visu: nec auris audi
tu. Per hunc etiam modū sensus spūa-
les nostri cordis: summe pulcrū: summe
ꝯsonū: summe odoriferū: summe dulce:
summe mulcebre: dilectum scʒ sponsum
patrem ⁊ amicū aīe rōnalis: debʒ deside
rāter q̄rere: gaudēter inuenire: incessan-
ter repetere. Ecce quō in cognitione sen-
sitiua ꝯtinet̄ occulte diuina sapientia: ⁊
ꝙ mira est ꝯtemplatio quīqꝫ sensuū spi
ritualiū: ꝓm ꝯformitatē ad sensus corꝑa
les. De his sensibꝰ spūalibus subsequēs
dubiū determinat. ¶ Tertium dubium.
Cum in scriptura sacra sepius fit mētio
de sensibus spūalibus. Querit̄ que: qua
les: et quot sunt sensus anime spūales.
Respondet sctūs Augusti. in de spiritu

¶ Terti[...] bium

⁊ aīa. Duplex est vita anīe. Una q̄ viuit in carne: alia q̄ viuit in deo. Duo siquidē sunt sensus in hoīe: vnus interior: et vnus exterior: ⁊ vterq̄ bonū suū hꝫ in q̄ reficit̄. Sensus interior reficit̄ in contēplatione diuinitatis. Sensus exterior in contēplatione humanitatis. Propterea eñ deus est hō factus: vt totū hoīem in se btificaret: vt tota ꝯuersio hoīs eēt ad ipsum: ⁊ tota dilectio esset in illo: cum a sensu carnis videret̄ ꝑ carnē: ⁊ a sensu mētis ꝑ diuinitatis ꝯtemplationē. Hoc erat totū bonū hoīs: vt siue ingrederet̄ siue egrederet̄ pascua in suo factore inueniret: pascua foris in carne saluatoris ⁊ pascua intus in diuinitate creatoris.

Ex quo dicto. S. Aug⁹. pleriq̄ doctores eleuati: inferūt ꝙ si hō nō peccasset: deus incarnatus fuisset. Cū eñ hō sit cōpositus ex duplici suba scꝫ Intellectuali ⁊ sensibili: ⁊ ꝭm vtrāq̄ ē btificabilis: ꝭ nō pōt ꝭm partē sensitiuā btificari: in videndo diuinā essentiā: ergo btificabitur ꝭm partē hanc vidēdo xp̄i humanitatē: ergo si deus non fuisset incarnatus: hō nō fuisset q̄tum ad vtrāq̄ partē beatificabilis vel ꝑfecte beatus. De hoc latius doctores determinant in. iij. sen. dist. ij. Notandū ergo ꝙ sicut quinq̄ sensus in exteriori hoīe describunt̄. Simili modo ꝭm modū suū in interiori hoīe esse manifestant̄: qꝛ spūales res nō corporalibus sensibus sed spūalibus rimande sunt: vt diuina vox in Deuterō. ait. Uidete ꝙ ego sum deus ⁊ nō est alius preter me. Et in Apocal̄. Qui habet aures audiendi audiat q̄d spūs dicat ecclesijs. Et ī ps̄. Gustate ⁊ videte qm̄ suauis est dn̄s. Et apostolus. Christi bonus odor sum⁹ in his q̄ pereunt ⁊ in his qui salui fiunt. Et ī euāgelio dn̄s mulierē fide se tetigisse magis q̄ corꝑe ondit dicēs. Tetigit me aliq̄s: nam et ego sensi virtutem de me exisse. In his verbis san. Aug⁹ testimonio scripture quinq̄ sensus spūales anime declarat. Sanctus insuper Bonauen. in suis opusculis. Breuiloquio: centiloq̄o ⁊ itinerario de sensib⁹ spūalibus sic inq̄t Sensus spūales sunt: visus: auditus: gustus: odoratus ⁊ tactus: quibus aīa sancta delectat̄ ad aspectū ⁊ amplexuꝫ spōsi. Uisu videt̄ sponsi xp̄i summa pulchritudo sub rōne splēdoris. Auditu audit̄ xp̄i summa armonia sub rōne verbi. Gustu gustat̄ xp̄i summa dulcedo sub rōne sapiētie cōprehēdentis vtrūq̄: verbū scꝫ ⁊ splendorē. Odoratu odorat̄ xp̄i summa fragrātia sub rōne verbi inspirati in corde. Tactus astringit̄ ⁊ palpat̄ christi summa suauitas sub rōne verbi incarnati inter hoīes habitātis corꝑaliter: ⁊ redentis se nobis palpabile osculabile: amplexabile ꝑ ardentissimā charitatē: q̄ mētem nostrā ꝑ extasim rapit: ⁊ raptā transire facit ex hoc mundo ad ꝑrem. Differūt aūt sensus spūales a fructib⁹ spūs: que sunt charitas: gaudiū: pax: patiētia: longanimitas: bonitas: benignitas: mansuetudo: fides: modestia: cōtinētia: castitas. Nam fructus de quibus apl̄s dicit ad Gal̄. v. dicūt delectationes consequētes opera ꝑfecta: vn̄ dic̄ phs. ij. ⁊ x. Ethicorū. Omnis operatio ꝓcedens ex habitu perfecto: habet delectationē admixtā. De tali delectatione loquit̄ Amb̄. Uirtutes fructus dicunt̄: quia suos possessores sancta ⁊ sincera delectatione reficiūt.

Dicunt etiā fructus affectuales delectationes circa boditatē sponsi degustādam. Sensus aūt spiritales dicunt mentales ⁊ intellectuales ꝑceptiōes circa veritatē sponsi contēplandā: que contemplatio fuit in ꝓphetis per reuelationem q̄tum ad triplicē visionē scꝫ corporalem imaginariā: ⁊ intellectualē. In alijs vero iustis reperit̄ per speculationem: que incipit a sensu ⁊ peruenit ad imaginationem: de imaginatione ad rationē: de ratione ad intellectum: de intellectu ad intelligentiam: de intelligentia ad sapientiam seu noticiam excessiuam: que incipit hic in via: sed consummat̄ in gloria sem

piterna. Et sic assistitur throno salomonis in quo residet rex sapientissimus et vere pacificus ꝛ amorosus: in quem desiderant angeli prospicere: ꝛ ad quem suspirat sanctorum desideriū animarū: quo desiderio feruētissimo spūs noster agilis efficitur: vt nō solum cum sponsa dicat. In odore vngentorum tuorum currem⁹: sed etiam cum ꝓpheta psallat: ꝛ nox illuminatio mea in delitijs meis: ꝛ hec nox est quedam ignorantia docta: qua spūs supra seipm rapit in caliginem ꝛ excessuz. Illā autē nocturnā ꝛ delitiosam illuminationem nemo nouit nisi qui ꝓbauit. Nemo autem probat nisi qui accipit ꝑ grām diuinitus datam: que nemini dat nisi qui se exercet ad illam per exercitiuz contemplationis: que magis consistit in experientia affectuali ꝙ̄ consideratione rationali: hec Bonauen. Pro clariori dictorum intelligētia ponunt hic quidaz documenta. Primū sensus dicti dicūtur spūales ꝛ interiores. Spūales ideo: quia super partē rationalē siue potentiā intellectiuā fundant: actus nanqꝫ intellectus aliquādo per methaforam vocatur sensus ꝑ quādā similitudinē ad sensum corporalē: quia sicut dictum est per sensus spūales aīa sancta videt sponsi christi summā pulchritudinez: gustatur xp̄i dulcedo vt patuit ſm hoc intelligit illud ad Roma. xij. Renouamini in nouitate sensus vestri. Interiores etiaz dicuntur sensus spūales. Nā sensus interior dupliciter dicit. Aliqn̄ dr̄ sensus interior ꝓprie ſm qd̄ ꝑtinet ad partē sensibilē. scz sensus cōmunis imaginatio ꝛc. De quibus in sequenti caplo dicit. Aliquādo dicit sensus interior ipsius ꝑtis rationalis: sic sensus spūalis dicitur interior Scdm documentum: nō tm̄ anime rationales: sed etiam angeli hn̄t sensus spūales: ſm qd̄ sensus sumitur communiter ſm qd̄ intelligere dicitur sentire. Et sic dicit Hugo de sancto victore. Una erat creatura cuius sensus totus intus erat: et alia cuius sensus totus foris erat: ꝛ positus est homo in medio: vt intus ꝛ foris sensum haberet. Per sensum interiorem cognosceret eternaz dei artem ꝛ sapientiam: per sensum exteriorem: opus cognosceret sapientie scz istū mundum sensibilem: sed per istam creaturam cuius sensus totus erat extra: intellexit hugo animal brutum: sed per illam cuius totus sensus erat intus: intelligit ip̄e angelum. Tercium documētum. Sensus spūales plures sunt ꝛ vn⁹. Unus referēdo ad vnitatem actus potentie ꝛ obiecti. Potētia em̄ cognoscitur per actus: ꝛ actus per obiectum: sed obiectum est vnum ꝛ actus vnus: ergo necesse est esse vnū sensum. Qꝛ obiectū sit vnum patet. Dicit em̄ Origenes Leuit. vj. Addamus his omnibus vnum ꝛ ꝑficientur: ergo vna erit potentia ſm quaz erit videre gustare ꝛ hm̄oi. Qꝛ actus sensuum spūalium sit vnus: patet ꝑ haymonē suꝑ Apocalypsim. Raptus ē Iohannes spiritu ad summa contemplanda: vbi nihil aliud vidit ꝙ̄ audiuit: qꝛ nihil aliud ē videre ꝙ̄ audire: ergo vbi vn⁹ ꝛ idem actus ꝛ vnum obiectum: ibi vna erit potentia. Dicuntur tm̄ sensus spirituales plures: non ꝙ sint potētie plures: sed ꝓpter modū apphēdēdi. Alius ē em̄ modus apphendendi: cum aīa sancta videt sponsum suum pulcerrimū: ꝙ̄ cū anima sancta audit sponsum suū suauissimū. vnde Aug⁹. in libro cōfessio. Cū amo deum meū: lucem quandam amo: quendā odorē: quendam cibum: quēdā amplexum: quandam vocem: vbi fulget anime mee qd̄ nō capit locus: vbi sonat quod non capit tp̄us: vbi olet quod non spargit flatus: vbi sapit quod non minuit edacitas: vbi heret quod non diuellet facietas: vnde patet non qꝛ obiecta sunt plura: vel quia plures sunt potentie: vel actus: sed ratione modorum apprehendendi diuersificantur. Hec Alexander de ales: parte. ij. q. lxx. Quartum do-

cimentum Senſus ſpūalis (cum ſit in parte rationali ſiue intellectiua anime q̄ compꝛehēdit ratione⁊ ⁊ voluntatem:ſiue intellectum ⁊ affectum) ptinet tam ad intellectum q̄ʒ ad affectum. Dictum eſt eñ ꝙ anima viri iuſti ſpeculando quinqꝫ ꝓgreſſibus puenit ad ſapiētiam. Cum eñ ab inferioꝛibus ad ſuperioꝛa aſcendere volum⁹:pꝛius occurrit nob̄ ſenſus. deinde imaginatio:poſtea rō:poſtea itellect⁹:deinde intelligentia:⁊ in ſūmo eſt ſapiētia: que eſt amoꝛ:ſiue ſapoꝛ boni. Mētis.n. viſio eſt intelligētia:guſtus aūt ſapiētia: illa cōtemplaṫ:iſta delectaṫ. Sapientia eñ nomiat cognitiōem dei expimentalē ⁊ eſt vnum donum de ſeptem donis ſpiritusſancti:cuius actus conſiſtit in deguſtando per ſenſus ſpirituales ſuauitatē dei:qui q̄dem actus ptim eſt cognitiuus ptim affectiuus: ita ꝙ in cognitione inchoaṫ:⁊ in affectione conſūmaṫ. Anima nanqꝫ ſenſu exterioꝛi pcipit coꝛpa. Imaginatione coꝛpoꝝ ſilitudines: rōne coꝛpoꝛum naturas: intellectū ſpm̄ creatum ſcilicet animā ⁊ angelum. Intelligentia cernit ſpm̄ increatum ſub ratione ſūmi veri:p ſapiētiam diligit ſpm̄ increatū:ſb ratione ſummi boni: ⁊ hoc p ſenſuʒ ſpiritualem. Quintū documētum. Cum ſcriptura ſacra: ⁊ ſignāter ſanctus Bernardus dicat ꝙ hoc mellifluum nomen

Jeſus Maria

Jeſus ſit mel in oꝛe:melos in aure:iubilus in coꝛde: virginemqꝫ mariam dulcē: ſuauem:ſpecioſam pꝛedicat:hoc referendum eſt ad ſenſus ſpūales. Dum eñ ſancta anima vocando et ſabbatiſando per ſanctas meditationes:credens:ſperās ⁊ amās xp̄m ieſuʒ:q̄ eſt v̄bū increatū: inſpiratū ⁊ incarnatum:qui ſimul eſt ꝓximus ⁊ deus:frater ⁊ dominus:rex ⁊ amicus: foꝛmatoꝛ noſter et refoꝛmatoꝛ. Incipit videre:audire:amplecti:q̄ʒ pulcer:q̄ʒ ſuauis:q̄ʒqꝫ delectabilis. Diſcitqꝫ guſtare per ſenſus mētales q̄ʒ dulcis ſit ſponſus ſuus ieſus xp̄us. Hunc guſtum mentalem ſanctus Bonauētura in tractatu de ſeptem gradibus contemplationis ſic deſcribit. Guſtus anime eſt ſup ineſtimabilis diuine dulcedinis ſuauis quedam ⁊ inolita pꝛelibatio: ex cellario ſanctiſpiritus in ſanctoꝛum contemplatiuoꝛum aīas diſtillata. Pꝛelibatio dico:quoniam permodicum valde ē quod nobis ex iſta tam ſupmagna multitudine diuine dulcedinis tribuitur. Quod et permiſſiue a ſupineffabili thearchica bonitate fieri non eſt dubium. Dum eñ ſtillatim eternis ⁊ ſupſuauibus illis influitionibus recreamur: frequētius noſmet ipos oꝛationibus extēdimus: atqꝫ ad cumulos oīmode plenitudinis anhelam⁹. Hec. S. Bonauētura. Que inſuper anima ſancta non mereatur:vł modica ſtilla perfundi dulcedinis: oculis mentalibus contemplando illam ſupdulciſſimā ſpecioſiſſimam ⁊ ſuaniſſimam virginem Mariam: digniſſimam pauperū defenſatricem:miſeroꝛum auxiliatricem: peccatoꝛum aduocata: longe ſublimius q̄ʒ Heſter exaltatā in populis:tēpoꝛe mardochei. Que quōdam in terris aſtitit doloꝛoſe in cruce pendenti: nunc vero adextris regina in celo regnanti. Oſtendēs deo patri deificatuʒ pectus: ſub quo velut in tabernaculo nouem menſibus vnigenitus ſuus req̄euit: ⁊ vbera quib⁹ de celo lacte v̄gineo plena educauit: man⁹ eburneas q̄bus ꝯtrectauit:dulciſſimum gremiū q̄ fouit:pudiciſſimū vultū q̄ blādiebaṫ: bꝛachia caſtiſſima q̄bus ꝯplexa eſt dñm nr̄m ihm ꝓ p̄m. Matrē ꝫ eterne ſapie:cū amādo diſciplo ſapie:gaudem⁹ gloꝛificem⁹ ⁊ ſup oēs ſctās exaltem⁹ dicētes. Salue pia v̄go dec⁹ v̄ginū. Quicq̄d vnq̄ʒ ꝺ tuo p̄conio:lingua dicē potuit calam⁹ ſcribē valuit:coꝛ potuit cogitare oībus illis ſil̄ collectis ⁊ ꝯſcꝑtis: ⁊ in vnū manipulū violaꝝ ꝯgeſtis:cētuplicata et infinicies mł̄tipłicata:coꝛde:deuoto:aureo cū decoꝛe: mellifluo ſapoꝛe: ⁊ odoꝛe aromatico:poꝛrigo ad laudādū te virgo beata nunc et ineternum Amen.

De potētijs apprehensiuis anime sensitiue interioribus.

¶ De potētijs apprehensiuis anime sensitiue interioribus. Caplm xvij

a Pprehēsiua interior sīliter diuidit in quinqȝ sensus interiores. Ad qđ clare notādū: ꝙ natura nō deficit in necessarijs: nec abūdat in superfluis: vt dicit .iij. de aīa. Et hoc intelligi gitur quo ad totā spēm. Naȝ quo ad indiuiduū pōt abūdare ꝛ deficere: vt patȝ in pductiōe monstroꝝ. Natura enī dirigit ab infallibili intelligētia nō errante: ꝛ opus nature ē opus dei: eo ꝙ natura ē instrumētum dei. Oportet ergo tot potētias in aīali repiri quot reperiūtur opationes. Potētia enī est immediatū principium quo res agit. In aīali ergo perfecto requirit ꝙ nō solum apprehēdat rē cum est sibi pñs: sed etiam cum est sibi absens: q̄a cum nō habet oīa necessaria sibi coniūcta: oportet ꝙ moueat ad distantia. Cum igitur animal mouet ad rem pñtem quando ipam apprehendit: oportet etiam ꝙ moueat ad rem absentem quādo ipam apprehēdit. Sicut igitur aīal habet potētias ꝛ virtutes exteriores p quas res pñtes apprehēdit. Ita oportet ꝙ habeat potētias interiores p quas res absentes apprehendat: ꝛ earū species retineat. Alterius notandum ꝙ si aīal solum moueret ꝓpter delectabile vel tristabile ꝫm sensum: nō esset necessarium ponere in aīali nisi potentiam apprehensiuā formarū quas pcipit sensus: in q̄bus delectat vel horret. Sed nō solum hoc est necessariū aīali: imo vltra hoc vt querat vel fugiat: non solum que sunt ei cōuenientia ad sentiēdum: ꝫ etiā ea q̄ habēt rōnem vtilis vł nociui. Sicut ouis fugit lupum: nō ꝓpter colorē vel figuram: qꝛ si eēt pulcrioris figure: adhuc fugeret: vel coloris: puta albi: ꝫ fugit: q̄a nociuus: vel inimicus ei est. Sīliter auis colligit paleā: nō qꝛ delectat sensum: sed qꝛ est sibi vtilis ad nidificandū. Quia igitur est necessariuȝ vite aīał pfecti vt rem absentē sicut pñtem pcipiat et cognoscit ꝛ eius spēm appbensam cōseruet. Et iterum: q̄a nō solum res apprehēdat vt delectabiles: vel tristabiles: sed etiā vt nociuas: vel vtiles. Ideo necesse est ponere potētias interiores ad q̄s hec ptineāt ad q̄ nō attingūt sensus exteriores. Sūt aūt ꝫm Auicēnā q̄nqȝ potentie appbensiue deintus: siue sensus interiores: organo: loco ꝛ opatione distincti: vicȝ sensus cōmunis: imaginatiua: fantasia: estimatiua ꝛ memoria. Dicūtur aūt potētie appbensiue deintus: siue sensus interiores: q̄a sicut sensus exteriores habent organa sua ꝛ locant in parte exteriori capitis vtpote in facie: sic illi sensus locantur in parte interiori: videlicet in cerebro.

Dicunt etiā vires organice. Nam virtus organica est virtus que est in aliqua pte determinata corporis subiectiue: et cuius opatio exercet ꝛ complet p organum determinatū: vt sicut virtus visiua est in pupilla oculi: sic q̄nqȝ sensus interiores sunt collocati in cerebro ꝛ ibi exercent opationes suas. Unde ꝫm phisicos cerebꝝ distinctuȝ est in tres cellulas: q̄a cerebrū tres habet cōcauitates q̄ ventriculi: siue regiones cerebri nominantur. Cognomiat aūt pars anterior prora: in qua sensus cōmunis ꝛ imaginatiua collocant: posterior ps puppis vocat: in q̄ memoria collocat. Cellula aūt inter proram ꝛ puppim vocat media. In hac fantasia ꝛ estimatiua locant: vt patebit. Et hec media dicit cella logistica: q̄a in ea ratio sensibilis scȝ estimatiua dominat.

¶ De sensu cōmuni. Caplm xviij

A De sensu communi.

s Ensus cōmunis est primus sensus interior: qui dicit cōmunis nō cōmunitate pdicationis: quō dicit vniuersale cōmune. Naȝ hec ē falsa: visus ē sensus cōis: auditus ē sensus cōis ꝛc. Sed dicit sensus cōis: q̄a est origo ꝛ finis oim sensuū exterioꝝ. Omnes enī sensus exteriores appbēdūt sensibilia sua in virtute sensus cōis. Dicit enī Albertus ꝙ sensus cōis: habet se ad sen

ſus exteriores ſicut cẽtrum circuli ad cir
cũferentiam eius. Sic enĩ oĩes linee in
centro cõueniũt ⁊ vniunt̃ ⁊ a cẽtro egre
diunt̃: ſic etiam oĩs virtus ſenſuũ exte
riorum originaliter a ſenſu cõi deriuat̃:
eo ꝙ principiũ ſenſuuʒ: ⁊ in ipm ecõuer-
ſo terminat̃ eo ꝙ eſt iudex eoꝝ. Dictũ
enĩ eſt prius ꝙ ꝑ neruos obticos deriua
tos a ſenſu cõi: virtus animal' defert̃ ad
ſingula organa ſenſuũ: a q̇bus intẽtiões
ſenſibiliũ referunt̃ ad ſenſum cõmunẽ.
Dicit̃ etiam ſenſus cõmunis ꝓpter tres
actus eius quos exercet. Primus actus
eſt reflectere ⁊ cõuertere ſe ſupra actꝰ ſen
ſuũ exterioꝝ. Et ſic dicit: ego video ⁊ co-
gnoſco me videre: ego cognoſco me au-
dire. Uiſus enĩ vel auditus nõ cognoſcit
niſi formaʒ ſenſibilẽ a qua imutat̃: ſ; ſen
ſus cõis reflectit ſe ⁊ eſt ꝑceptiuꝰ omni-
um oꝑationũ ⁊ obiectoꝝ ſenſuũ exterio
rum: hoc aũt nõ põt fieri aliquo ſenſu ex
riori. Nulla enĩ potẽtia alligata materie
⁊ ſbſtatie corꝑali: ſiue organica: cogno-
ſcit ſeipãm ⁊ actum ſuũ ꝓprium: hoc eſt
reflecti ſupra ſe. Nam hoc cõuenit potẽ
tie ſblimite a materia ſcʒ ratiõi ⁊ volun-
tati: vñ ⁊ obiectũ ſenſus cõis nõ debʒ di
ci aliqđ obiectũ ꝓpriũ: ſ; ſenſibile in com
muni: ratione cuius dicit̃ cõis. Scđs
actus ſenſus cõis eſt ponere differẽtiam
inter obiecta ⁊ ſenſibilia diuerſoꝝ ſenſu
um exterioꝝ: ⁊ eſt iudex ipoꝝ: ⁊ ſic dicit
album nõ eſſe dulce in lacte: vñ videmꝰ
ꝙ canis vidẽs lac: iudicat lac dulce ⁊ co
meſtibile: lapidẽ aũt nõ. Nullus enĩ ſen-
ſus exterior hoc põt facere. Uiſus enim
nõ põt drñtiam ponere inter dulcedineʒ
⁊ albedinẽ: eo ꝙ nõ cognoſcit ꝑ ſe niſi al
bedinẽ: ſ; nõ dulcedinẽ. Ea enĩ vnuſq̇ſqʒ
cognoſcit in q̇bus eſt eruditus. iij. ethic.
hoc autẽ facit ſenſus cõis. Ex quo ſequi
tur ꝙ idẽ eſt obiectũ ſenſus cõis ⁊ exte-
rioꝝ ſenſuũ materialiter ſ; non formali-
ter. Ex quo enĩ ſenſus cõis ponit drñtiã
inter obiecta diuerſoꝝ ſenſuũ exteriorũ
ergo cognoſcit ea. Oĩs. n. iudex cogno
ſcit ea q̄ iudicat. Altiori tamẽ modo co-
gnoſcit ſenſus cõis q̄ ſenſus exterior: q̇a
ſenſus cõis cognoſcit ſine materia: ⁊ ſi-
ne pñtia materie: ⁊ ſic forma ſenſibilis ꝑ
fectius habet eſſe in ſenſu cõi q̄ in ſenſu
exteriori: q̇ cogſcit ſuũ obiectũ ſine ma-
teria. pñtia tñ materie. Uiſus. n. cogno-
ſcit obiectũ ſuũ ſcʒ colorẽ: in pñtia mate
rie: q̇a pñtẽ nõ abſentem: ⁊ ſine materia
q: color nõ recipit̃ in viſum ſm eſſe rea-
le: ſ; ſm eius ſimilitudinẽ ⁊ ſpẽm: vt pri-
us dictũ eſt. Si enĩ color eſſet realiter in
oculo: tũc oculus videret colorẽ rubeũ:
eſſet ⁊ fieret rubeus: ⁊ ponit Ariſto. ſimi
le đ ſigillo ⁊ cera ⁊ obiecto ſenſibili ⁊ ſen
ſu. Sic enĩ cera nõ ſuſcipit ſigillũ ſm eẽ
reale: q̇a ſi ſic tũc ſi ſigillũ eſſet aureũ: ce-
ra fieret aurea: ſ; ſigillum recipit̃ in cera
ſm figurã ⁊ caracterẽ ⁊ ſſitudinẽ ſigilli.

Ex quo infert̃ drñtia ⁊ cõueniẽtia ſen
ſuum exterioꝝ ⁊ interiorũ. Drñt enĩ q̇a
ſenſus exteriores apphẽdũt in pñtia ma
terie. Interiores ꝟo in abſentia cõueni-
unt in duobus. Primo q̇a apprehẽdũt
ſine materia: q̇a cognoſcũt intentionem
⁊ ſimilitudinẽ ſui obiecti. Scđo ꝯueniũt
q: taʒ ſenſus exteriores q̄ interiores ap
prehendũt obiecta eoꝝ cũ cõditionibus
indiuiduantibus ⁊ circũſtãtijs ⁊ appen-
dicijs materie: q̄ ſunt forma ſiue figura
diſpoſitio: ſitus: locus ⁊ tp̄us. Uiſus enĩ
videt ꝑticulare: q: hunc colorẽ in tali co
lorato corꝑe exiſtenti: in tali loco ⁊ tem-
pore. Silr̃ alij ſenſus exteriores ⁊ interi-
ores: ⁊ ꝑ hoc drñt ab intellectu: q̇ cogno
ſcit ſuũ obiectũ vniuerſaliter: ſine mate-
ria ⁊ ſine pñtia materie: ⁊ ſine ꝯditioni-
bus ⁊ circũſtãtijs materie. vt poſtea pa-
tebit cum de potẽtijs intellectiuis aget̃.
Tertius actus ſenſus cõis eſt apprehen
dere ⁊ cognoſcere ſenſibilia cõia: ſcʒ illa
q̇nqʒ q̄ ponit phus. ij. de aĩa: q̄ ſunt: mo-
tus: quies: numerus: figura ⁊ magnitu-
do. Hec enĩ quinqʒ nullius ſenſus parti
cularis ſunt ꝓpria: ſ; ſunt cõmunia oĩi-
bus ſenſibus. Auditus enĩ apprehendit

multerum: vt patz in horologio. Similiter motū: vt ptz in tumultu equitantiū. Similiter quietē: q̄ est priuatio motus. Similiter facile est videre in alijs sensibus: Tact⁹ vero et visus pcipiūt oīa q̄nq3. Et h̄ omnia q̄nq3 sensibilia cōmunia: etiam apprehenduntur a sensu cōmuni appropriate: cuius rōnem ponit cōmentator Auicēna: et post eos Albertus magn⁹ in scripto sup. ij. de aīa. Nam omnis multitudo et diuersitas est reducēda ad vnuz et vniforme. Constat aūt q̄ sentire et apprehēdere illa quinq3 cōmunia sensibilia: ē cōmune omnibus quinq3 sensibus exteriori bus: ergo necesse est ponere vnū cōmune quod ꝓprie et appropriate cognoscit sensibilia cōmunia: et hoc est sensus communis. Unde notanduz scd̄m Aristo. ij. de aīa. Qꝫ duplex est sensibile: p se et per accidēs. Sensibile p se est duplex: ꝓpriū et cōmune. Propriū est qđ p ꝓpriā speciem aptū natū est imutare sensum exteriorem: q̄ sunt: color: sonus: odor: sapor et tangibile. Sensibile cōmune est qđ per spēm ꝓpriam nō ē natū imutare sensum: tamē ꝯcurrit ad alteratione sensus et sensibilis: vt magnitudo q̄ nō imprimit aliam spēm q̄ color in ea: s̄ tamē magnitudo facit imutationē sensus. Aliter eñ imutat visus a colore existente in re magna: et aliter in re pua. Et aliter immutatur visus a colore existente in re triangulari: et aliter in re q̄drangulari. Et aliter a colore existente in re que mouet: et aliter in re quiescēte. Et aliter a colore existente in pluribus rebus: et alit in re vna Sequit ex dictis: q̄ visus omnia sensibilia cōmunia apprehēdit. Sequit etiā: ex quo illa sensibilia cōmunia p ꝓpriam speciem nō immutent sensus exteriores: q̄ optet q̄ sit alter sensus quē p ꝓpriā speciem immutēt: et hic est sensus cōmunis.

Sensibile per accidens est quod per spēm ꝓpriam nō est aptum natū immutare sensum. Nec per se concurrit ad alterationem sensus a sensibili: s̄ est piunctum alicui sensibili per se. vñ dicit in. ij. de aīa. Qꝫ filius dyarrij (.i. illius viri) ē sensibile per accidens: q̄a sba intellectu et nō sensu cognoscitur: s̄ color et magnitudo dyatrij est sensibile p se. ¶ Organū sensus cōmunis Est in anteriori pte cerebri in primo ventriculo: vbi concurrūt nerui sensitiui q̄nq3 sensuum exteriorū: qui locus medullosus est et hūidus. Unde considerandū q̄ alia est virtus q̄ bene recipit: et alia q̄ bene tenet. Illa q̄ bene recipit pficit humido: vt sensus cōis qui recipit et apprehēdit operationes et obiecta omniū sensuum exteriorū. Illa vero q̄ bene tenet: pficit sicco et frigido: vt imaginatiua: et illa retinet que sensus cōmunis recipit: vt dicet. Nulla eñ potentia apprehēsiua sensibilis retinet qđ apphendit: immo qđ vna apphēdit alia retinet. ¶ De imaginatione. Cap. xix

Organū sensus cōis

De imaginatione

Imaginatio siue virtus imaginatiua est scđs sensus interior. vnde necessitas ponendi imaginatiuam est: q̄a in naturalibus eiusdem potētie nō est suscipe et retinere. Illud eñ qđ bene recipit: debet esse fluidū et molle Illud aūt qđ bene retinet: debet esse firmū et siccū. Constat aūt q̄ sensus cōmunis recipit spēs obiectoꝝ sensuū exteriorum. Et p ꝯñs oportet ponere aliā potētiam reseruatiuā specieꝝ taliū pceptiuā a sensu cōmuni: et hec est imaginatiua: q̄ sic describit. ¶ Imaginatiua est sensus interior retētiuus spērū sensibiliū (obiectis absentibus) que p sensum cōmunē accipiunt a sensibus exteriorib⁹. Et dīt a sensu cōi. Primo quia sensus cōis actū sentiēdi indiget pñtia rei: nisi i somnis. Sꝫ imaginatio nō indiget pñtia rei: qꝛ sepe imaginamur de absentibus ac si essent pñtia. Sēsus vero cōmunis nō pōt eē i actu sentiēdi: nisi moueat p spēs sensibiliū extioꝝ sensuū i pñtia rei: excepto in somnis Nā i somnis alie vtutes interiores magis vigent in suis opationib⁹ scilicet fantasia et imaginatio. Et sic iste

virtutes in somno remittunt species su-
as ad sensum cōmunē: ⁊ tunc sensus cō-
munis iudicat res esse presentes que ta-
men sunt longe absentes. Et sic in som-
no iste species procedunt retrograde scȝ
de fantasia ad imaginationē: ⁊ de imagi
natione ad sensum cōmunē: tunc sensus
cōmunis appr̄hendit rem absentem ac si
esset presens. Scd̄o differt imaginati
ua a sensu cōmuni: quia sēsus cōmunis
non seruat ydolum siue spēm seu simili-
tudinem receptam a sensibilib⁹ siue ob-
iectis exterioꝝ sensuum in absentia ob-
iecti. Sed imaginatio conseruat speciez
vsqȝ ad abstractionem q̄ fit per intelle-
ctum agentē. Receptiuū em̄ ⁊ retentiuū
differūt. Alterius em̄ virtutis est retine-
re: quia sicce ⁊ alterius recipere: qꝛ mol-
lis: modo sensus cōmunis recipit ⁊ ima
ginatiue retinet. Organum imaginatiue
est in anteriori parte cerebri circa frontē
in secunda cellula primi ventriculi. Nā
primus ventriculus qui est in prora si-
ue anteriori parte cerebri duas habȝ cel
lulas: quarum prima est magis humida
que bene recipit ⁊ male retinet: et est or-
ganum sensus cōmunis. Scd̄a cellu
la est magis sicca cuius est benedic ser-
uare ⁊ retinere: ⁊ est organum imagina-
tiue que retinet ⁊ cōseruat species ⁊ ima
gines sensibilium exteriorum. Nam sm̄
ph̄m in de memoria ⁊ reminiscētia: hu-
midum bene recipit ⁊ male retinet. Sic-
cum econtra male recipit ⁊ bene conser
uat ⁊ retinet.

¶ De fantasia. Capitum xx

Fantasia siue vis formatiua ē ter
cius sensus interior: vnde consi-
derandum q̄ de fantasia diuer-
sificantur autores ⁊ ph̄i. Primo de no-
mine. scd̄o de re nominis. De nomi-
ne: qm̄ equiuoco nomine sepe vtunt̄ fan
tasia pro imaginatiua. Unde dicit auer-
roes. ij. colliget. Qꝛ fantasia est in prora
id est in parte prima capitis: ⁊ est que fi-
guras rerum retinet postq̄ cognite sunt
a sensu cōmuni: in quo claret q̄ fantasi-
am accipit auerroes pro imaginatiua:
quia fantasia ꝓprie dicta habet suum or
ganum in medio cerebri et non in prora
cerebri. Nec figuras rerum a sensu com
muni cognitas recipit: sed hoc facit ima
ginatiua: vt dictum est. Hoc etiam ꝓbāt
per ph̄m. ij. de anima qui dicit. Fanta- Fantasia
sia est motus fact⁹ a sensu: vbi ph̄s hoc
nomen fantasia sumit pro imaginatiua.
Unde notandum q̄ fantasia dupliciter
capitur. Uno modo pro imaginatiua q̄
est potentia interior de quinqȝ interiori-
bus sensibus: ⁊ hec non est motus a sen
su. Alio modo capit̄ pro specie siue ima
gine cognita a sensu communi: que re-
seruatur in imaginatiua: ⁊ sic accipit̄ in
dicta descriptione: quia fantasia vt sic di
cit ydolum imaginē vel similitudinē rei
que recipitur in potentiā scd̄am interio
rem que imaginatiua vocatur. Uel sm̄
aliquos. Fantasia est nomen grecum: et
dicit̄ a fanos grece quod est apparere la
tine: quia res sensata apparet in tali spe
cie in fantasia: siue imaginatiua virtute:
eo q̄ est similitudo rei sensate. Uel etiaȝ
dicit̄ a fanes grece: qd̄ ē manifestatio la-
tine vl̄ visio: quia talis similitudo ⁊ ima
go vel species: manifestat ip̄am rem cu-
ius est similitudo. Talis vero imago: vl̄
similitudo grece dī fantasia. Unde dicit
commentator. Qꝛ fantasia est similitu- Cōmētator
do rei sensate existens reseruata in sen-
su scd̄o interiori scilicet fātasia: quā nos
imaginatiuam appellamus: que illud re
seruat quod sensus communis a rebus
exterioribus recipit. Unde dicit ph̄s. iij
de aīa. Qꝛ intellectus agens abstrahit
speciem intelligibilem a fantasmatibus
vt patebit cum de potentijs intellectis
dicet̄. Fantasia ergo (vt dicit̄) est mo
tus factus a sensu. Hoc est forma ⁊ spe-
cies recepta in potentiam interiorem:
q̄ fantasia siue imaginatiua dicitur: est

a sensu in actu per formam sensibilem. Ex quo nihil potest esse in sensu interiori nisi antea sit i sensu exteriori exñte i actu

Pro quo notandū. Qr sensus vno mō dicit̃ in potentia: qñ non pcipit speciem sensibilē: vt visus in tenebris dicit̃ eē in potentia ad albedinē. Alio modo dr̃ sensus in actu: qñ virtus sensitiua actu alterat̃ et immutat̃ a specie sensibili quā cognoscit: vt cū visus actu informat̃ a specie albedinis: ⁊ isto mō capit̃ in dicta diffinitione cū dicit̃. Fantasia est motus factus a sensu. Primū eñi mouēs est sensibile: qd̓ facit sensum exteriorē in actu et mouet sensum. Sensus aūt exterior factus in actu pducit fantasiā .i. formā rei q̄ recipit̃ in fantasiā vel fantasticā virtutem interiorē. Sequit̃ q̓ hoc nomē fantasia siue accipiat̃ p forma rei: siue pro fantastica virtute: equiuocat̃ ad nomen

B imaginitiue vel ad imaginē ⁊ speciem reseruatā in ea. Scd̓o autores diuersificant̃ in re noīs significata p nomē fantasie. Nā auerroes quez sequit̃ san. Tho. pma parte. q. lxxviij. arti. iiij. ⁊ multi alij dicunt fantasiā ƀm rem eandē fore cum imaginatiua siue imaginatione: sed differre rōne. Nam dr̃ imaginatio inquātū tales species cōseruat ⁊ est thesaurus et memoria quedā earū: et iō dicit̃ imaginatio quasi imaginū cōseruatio. Sed dicit̃ fantasia inquantū facit taliū formaꝝ ⁊ imaginū diuersas cōpositiōes ⁊ apparitiones. Et sic nō essent nisi q̄ttuor sensus interiores realiter disticti scꝫ sensus cōmunis: imaginatio siue fantasia: estimatiua ⁊ memoria sensitiua. Auicenna vero ⁊ Albertus magnus ⁊ multi alij ponunt fantasiam distinctā ab imaginatione. Nam cū potētie immediate distinguūtur per actus ⁊ per organa: vbi ergo reperiunt̃ diuersi actus ⁊ ogana: ibi etiā reperiunt̃ diuerse potentie. Experimur eñi in nobis p̄ter operationes sensus cōmunis ⁊ imaginationis: cōpositiones et diuisiones specierū ⁊ imaginum reseruatarū p imaginationē cū intentionib⁹ elicitis p estimatiuā. Sed cōponere ⁊ diuidere ipius fantasie sūt diuerse operationes distincte ab opatione imaginatiue: cui⁹ opatio est reseruatio specierū receptarū a sensu cōi: ergo ⁊ potētie sunt diuerse. Habent etiā imaginatiua ⁊ fantasia diuersa organa. Nā vt vt dictū est organū imaginatiue est in anteriori pte cerebri in scd̓a cellula circa frontē. Organū aūt fantasie est in medio cerebri vt dicetur. Et hec virtus fantastica vt obedit estimatiue in brutis vocat̃ fantasia: a fanos qd̓ est apparitio: quia facit diuersas fantasias .i. apparitiones. Et ipe species apparētes dicunt̃ fantasmata. Ut vero obedit rationi in hominibus vocat̃ formatiua: qr cōponit spēm cū specie ⁊ intētione: ⁊ facit mirabilia monstra apparere: vt chimerā ⁊ alia figmenta. Form[...]

C Fantasia habet tres actus. Primus est species a sensu cōmuni receptas ⁊ ab imaginatiua reseruatas: cōponere adinuicem vt cum apprehendimus aliqd̓ album et magnum: fantasia cōponit ⁊ dicit equū album esse magnum. Vel apprehēso auro ⁊ monte: fingimus et componimus per fantasiam aureum montem. Fingit etiam fantasia chimeras. Est eñi chimera totū fantasticū cōpositū ex partib⁹ incōponibilib⁹ Ut cū fātasia fingit al̓: ex capite leonino: vētre capino: cauda ƀpētia. Unde versus. Parte leo pma: media capre et anguis in ima. Uñ dicit Isidorus li. j. Ethimo. c. xxxix. Qr poete quasdā fabulas ad naturā rerū interp̄tati sūt. Ut illa triformis bestia prima leo: postrema draco: media ipa chimera .i. caprea. Etates hoīm p eam volētes distinguere: q̄ꝛ ferox ⁊ horrēs pma adolescentia vt leo. Dimidiū tpis vite lucidissimū vt caprea eo q̓ acutissime videat. Tūc fit senectus casibus inflexis vt draco. Et. j. li. xj. c. iij. Qr quidā fisiologi chimerā nō al̓s Cilitie montē eē aiūt q̄busdā locis leones ⁊ capreas nutrientē. Quibusdā ardentem Chim[...]

quibusdā plenū serpentibus: hunc bellerē phontes habitabile fecit: vnde chimeram dicitur occidisse. Scd̄us actus fantasie est cōponere imagines ⁊ spēs cum intētionibus elicitis ab estimatiua: de qua statim dicet̄ vt cū ouis apprehēdit figurā ⁊ spēm ouis matris sue esse imitandā: tanq̄ vtile amicū ⁊ cōmodū suum. Et formā ⁊ speciē lupi fugiendā: velut inimicū ⁊ nociuū. Ecce forma ⁊ figura ouis et lupi sunt species ⁊ imagines imaginatiue: q̄s componit cū amicicia ⁊ inimicicia lupi: q̄ sunt intētiōes estimatiue. Tertius actus est componere intētiones estimatiue cum intētionibus vt ptz in oue q̄ nato suo p̄bet vbera tanq̄ amico: ⁊ alienū velut inimicū apprehēdit repellendū: amicū ⁊ inimicū: sunt intentiones estimatiue. Considerandū etiā ꝙ ꝑ fantasiā est maior cognitō q̄ pōt haberi in aīa sensibili. Per fantasiā em̄ q̄dam aīalia ꝓuident sibi in futuꝝ de cibo: ⁊ faciunt sibi casas. Videmꝰ etiam ꝑ fantasiā aīalia aliq̄d eligere ⁊ aliq̄d refutare. Ad refutationem aūt ⁊ ad electionē p̄exigit̄ sentētie discretio. Ideo multi dixerunt ꝙ fantasia est aliq̄d rōnis: ſ dicēdum est non esse veram electionē aīe sensibilis: sed aliq̄d simile: fantasia operat̄ in somno sicut in vigilia. Oꝫ aūt in somnis videt̄ esse res presentes: hoc ideo: q꞉ fit conuersio ad sensuꝫ cōem ⁊ ad imaginatiuā reseruātem spēm receptam a sensu cōmuni. Notandū etiam ꝙ melancolici infirmi ⁊ amentes: multas habēt fantasias: sed hoc non est per illustrationes que fiunt per imagines rerū sensibiliū: sed ex passionibus nature ⁊ confusione spūum animaliū descēdentium ad cerebrum ⁊ caput perturbantium. Tales nanq꞉ species diuersaruꝫ imaginū faciunt horribiles visiones ⁊ conceptiones. Ista etiam vis fantastica plurimuꝫ impedit intellectum: quando aliquid de celestibus ⁊ diuis ei imprimit̄: eo ꝙ minis occupat animam compositione ⁊ diuisione imaginum non solum acceptarū a sensibus sed etiam fictarum. Conceptōnes nanq꞉ intellectus vt frequenter non sunt similes imaginibus ⁊ fictionibus fantasie. ¶ Organum Fantasie ponitur in superiori parte me- Fantasie
dia capitis in medio cerebri: in prima videlicet cellula secundi ventriculi: tanq̄ centrum inter imaginatiuam ⁊ estimatiuam: nam fantasia conuertit se tam sup̄ formas ⁊ imagines quas reseruat imaginatiua: q̄ super intentiones quas elicit estimatiua eos componendo vel diuidendo. ¶ Dubium Dionysius de diui- Dubium
nis nominibus dicit ꝙ in demonibꝰ sit furor irrōnalis: amens concupiscentia: ⁊ fantasia proterua. Cūq꞉ demones sint substātie incorporee ⁊ habeant fantasiā non videt̄ ꝙ fantasia sit virtus organica vt dictum est. Respondet sctūs Bonauentura in. ij. distin. vij. ꝑte. ij. artic. j. In solutione scd̄i argumēti. Oꝫ fantasia dupliciter accipit̄. Aliquando pro vi sensitiua collatiua sensibilium receptorū. Aliquando fantasia dicit̄ apperitio. Et primo modo est in solis corporibus. Scd̄o modo in spiritibus. Hec autem fantasia ꝓterua dicit̄ esse in demonibus: quoniā ⁊ si demones intelligētes sint ⁊ multa vera cognoscant: tamē alios nolunt docere: sed a veritate seducere. Et ideo: quia non possunt nisi per appꝑntes similitudines. Hinc est ꝙ studium demonum maxime circa talia est intentū: sicut magnꝰ clericus qui vellet alios ꝑalogisare: studeret in sophismatibus: ⁊ idō demones dicunt̄ fantastici: ꝓpter rationes fantasticas ⁊ apperētes quas inueniunt. Et hāc fantasiam dicit Dionysius ꝓteruam: q꞉ cum ſm iudicium suum veritatē cognoscunt: tamē cognitam sciēter impugnāt: ⁊ est ꝓteruire: scilicet veritati intellecte obuiare: ideo habent fantasiam proteruam. Habent etiaꝫ concupiscentiā amētem: quia cum nō deberent appetere nisi bonum: honestum ⁊ conferens: appetunt res maxime nociuas: sic peccare: et alios in peccatuꝫ precipitare: ⁊ ibi est furor irrationalis: quia cū solis malis de-

bent ex ratione irasci. Irascunt͛ ꝛ furiũt contra bona. ¶ De estimatiua.

De estimatiua

Capitulum xxj

E Stimatiua: siue elicitiua: cogitatiua vel ratio sensibilis: siue ratio particularis est quarta v͛tus siue sensus interior. Necessitas autem ponendi hãc virtutem estimatiuam ƀm Auicennam ẽ hec: experimur enim in nobis ꝛ in brutis ex rebus sensatis elicere et apprehẽdere non sensata: vt ouis ex figura ꝛ motu lupi: elicit inimicũ. Et ideo hec virtus estimatiua assimilatur potenti legere librũ clausum: eo ꝙ elicit ex sensatis non sensata scilicet que sensu non percipiuntur: vt vtile vel nociuum: conueniẽs: vel discõueniens amiciciam vel inimiciciam.

Rõ pticularis

Hec virtus pluribus nominatur nominibus. Nam in homine dicit͛ cogitatiua: vel ratio sensibilis: siue particularis. In brutis vero estimatiua naturalis: siue elicitiua. In hominib⁹ enim ꝛ in brutis est differẽtia quo ad receptionem intentionis. Nam bruta percipiunt intentiones rerum videlʒ vtilis vel nociui: ex instinctu naturali: quia bruta mouent͛ ƀm impetuʒ ꝛ impulsum appetitus naturalis. ꝛ sic potius agunt͛ ꝙ̃ agunt. Homines autem qui regulant͛ ƀm regimen ratiõis qui potius agunt ꝙ̃ agunt͛: eliciunt intentiones ex quadam collatione ꝛ comparatione vnius ad alterum ƀm discursum quendam rationis. Potentia enim estimatiua in homine vnita est et coniuncta rationi vniuersali: cuius est discurrere de vno extremo ad aliud. Tñ hec virtus estimatiua non compat vniuersalia ꝛ vniuersaliter: sed particularia ꝛ particulariter: ꝛ ergo estimatiua dicit͛ ratio particularis: seu sensibilis.

Estimatiua

Diffinitur autem cõmuniter estimatiua. Estimatiua est potentia interior elicitiua ex rebus sensatis: intentiones rerum non sensatarum. Hec descriptio estimatiue describit actum ipsius. Nam actus siue officiũ estimatiue: est a formata sensata per sensum exteriorem: vel a forma acquisita per sensum communem ꝛ reseruata in imaginatione in absentia rei sensibilis: elicere intentiones non sensatas. scilicet que sensu non percipiunt͛: ƀm quam ouis fugit lupum: ꝛ lupus misceret͛ nato suo: hoc autem non posset fieri nisi lupus haberet cognitionem huius indiuidui: et ꝙ hoc indiuiduũ esset natus eius: sicut et ouis apprehendit lupum sibi nociuum.

Sequitur correlarie ꝙ estimatiua elicit intentiones: non sensatas: tam in presentia rei sensibilis: ꝛ hoc ex sensibus exterioribus: ꝙ̃ etiam in absentia rei sensibilis ꝛ ex specie sensibili reseruata in imaginatione. Experimur enim in nobis ex imaginatione iniuriarum preteritarum: iram ꝛ indignationem. Considerãdum etiam ꝙ estimatiua apprehendit et elicit intentiones: non quidem rationis: vnde non apprehendit quid sit sylogismus: nomen: verbum: genus vel species: has secundas intentiones ratio apprehendit. Nec etiam apprehendit intentiones que sunt similitudines ꝛ species obiectorum: de quibus dictum est in capitulo. xj. De potentia visiua: sed apprehẽdit intentiones nature. s. amiciciam vel inimiciciam. Cõmoduʒ vel incõmodum: ƀm quas anima intendit vt moueat͛ ad insecutionem vel fugam vtilis vel nociui. Estimatiua differt ab imaginatiua que solum retinet formas apprehẽsas per sensum cõmunem. Estimatiua vero ex formis apprehensis per sensum communem ꝛ reseruatis per imaginationẽ elicit intentiones non sensatas. Videlicet vtilis vel nociui. Differt etiam a fantasia: q̃a estimatiua solum elicit intẽtiones: sed fantasia vt dictum est componit intentiones adinuicem: vel cum specie retenta in imaginatione: post hoc ad estimatiuam ꝛ fantasiam sequitur affectus misc͛oie vel odij fuga: vel insecutio. Et propter hoc estimatiua cum fantasia non penitus est apprehensiua: sed etiam motiua: per hoc ꝙ determinat ad quid moueri debet animal: ꝛ

a quo fugẽ. ¶ Organum. Eſtimatiue eſt in media parte cerebri in ſcḋa cellula ſecundi ventriculi. Nam ſcḋs ventricul⁹ qui eſt in medio cerebri duas habet cellulas: quarum pꝛima ⁊ anterioꝛ eſt calida ex motu multi ſpiritus animalis ad ipm̃. Et illa cellula eſt oꝛganum fantaſie que ratione calidi faciliter mobilis eſt ĩ continuo motu diuidẽdo ⁊ componẽdo. Diuidit eñ fantaſia a virgine figuraꝫ faciei. A leone imaginem vẽtris. A ſerpente ſimilitudinem caude: ex quib⁹ componit fingit ⁊ fantaſiat̃ chimerã vt dictum eſt. Scḋa cellula ſcḋi ventriculi eſt humida (humidi eñ eſt bene recipere) Et eſt cellula eſtimatiue: que recipiendo et eliciendo intẽtiones vtilis vel nociui apprehendit. Et hec cellula a phiſicis noĩatur. Logiſtica a logos quod eſt ratio: q̊ ad homines: quia ĩ ea ratio ſenſibilis ſiue particularis eſtimatiua: ſeu cogitatiua dominat̃. Rationis eñ apprehenſio dicitur cogitare. Cogitare eñ dicit̃ quaſi coagitare: vnde Cogitatiua ſiue Cogitatio dicit̃ quaſi coagitata. i. collata rationis app̃henſio. Homines eñ per quãdam collationem rationis particularis: ſiue ſenſibilis: in p̃cauendis malis vl' in delectabilibus cõſequẽdis pꝛudẽtes ſũt ⁊ ſagaces. Bꝛuta in talibus ratione non vtunt̃: ſed quadã foꝛti ⁊ ſolerti eſtimatione. ¶ De memoꝛia. Caplm̃. xxij.

Memoꝛia ſenſitiua: ſeu virtus memoꝛatiua ſenſibilis: eſt quinta ⁊ vltima vis ſiue ſenſus interioꝛ. Duplex nanq; a phis aſſignatur memoria: vna eſt memoꝛia intellectiua que eſt retẽtiua ſpecierum intelligibilium: ⁊ illa eſt pars imaginis ad quaꝫ factus eſt homo. De qua dictum eſt ſupꝛa cap̃. iiij. et v. Et plura dicẽtur de ea in ſequentibus vbi de potentijs intellectiuis agit̃. Alia eſt memoꝛia ſenſitiua: de qua eſt hic ad pꝛopoſitum: ⁊ hec eſt reſeruatiua ſpecierum ⁊ intentionum ſenſibilium. Neceſſitas ponendi memoꝛiam in parte ſenſitiua anime patet in ſequenti memoꝛie deſcriptione. Memoꝛia eſt potenta ſenſitiua interioꝛ: reſeruãs vniuerſaliter ſpecies omnium ſenſibilium: tam ſenſatarum q̃ꝫ inſenſatarum: per pꝛioꝛes potentias appꝛehenſas. Per hoc ꝙ in dicta deſcriptione dicitur potentia ſenſitiua interioꝛ: differt a quinq; ſenſibus exterioꝛibus ⁊ conuenit cum alijs ſenſib⁹ interioꝛibus: In hoc quod dicitur reſeruans: differt a ſenſu cõmuni: qui ſolum recipit imagines ⁊ ſimilitudines rerum ſenſatarum ꝑ ſenſus exterioꝛes. In hoc quod dicitur reſeruãs vniuerſaliter: differt ab imaginatione que ſoluꝫ reſeruat abſolute ⁊ particulariter imagines ſpecies ⁊ ſimilitudines ſenſatas a ſenſu cõmuni receptas. Memoꝛia vero reſeruat vniuerſaliter tam foꝛmas apud imaginationem reſeruatas: q̃ꝫ intentiones ꝑ eſtimatiuã a foꝛmis rerum elicitas et ꝑ fantaſiam adinuicẽ compoſitas: et ideo memoꝛia retinet ſpecies ſub cõpoſitiõe: ſed imaginatiua retinet imagines ⁊ ſpecies ſimpliciter ⁊ abſolute ſine cõpoſitione ⁊ piũctione ad inuicẽ ⁊ ꝑticulariter ẜ eſt ſolũ imagines ⁊ nõ intẽtiões elicitas. Et iõ mẽoꝛia dĩ theſaur⁹ repoſitoꝛiũ p̃teritoꝝ oĩm ſpecierũ: nõ ſolũ ſenſataꝝ ẜ etiã inſenſataꝝ: q̃ ꝑ alias q̃tuoꝛ interi teriores ſenſus ꝓus ſunt app̃hẽſe. Cui⁹ rõ eſt: qꝛ mẽoꝛia ꝯſeruat intentiões illas q̃ ꝑ eſtimatiuã eliciunt̃: ⁊ ꝑ fantaſiã inuicẽ: eel cũ imaginib⁹ cõponunt̃. Cõſtat aũt ꝙ ꝑ fantaſiã nõ ſolũ cõponunt̃ adinuicẽ ſenſata recepta ꝑ ſenſuꝫ cõmunẽ: et reſeruata ꝑ imaginatiuaꝫ: ẜ etiã inſenſata elicita ꝑ eſtimatiuã: ſiue extimatiuam ideo memoꝛia eſt reſeruatiua vniuerſaliter. i. oĩm ſenſuum ſenſata. Patet ex hoc falſitas quoꝛundã dicentiũ memoꝛiam ſolũ eſſe reſeruatiuã intentionum inſenſatarũ elicitarũ ex ſenſatis ꝑ elicitiuã ſiue eſtimatiuã. Melius tamen dicitur ꝙ memoꝛia eſt reſeruatiua oĩum ſpecierũ non ſolum inſenſatarum elicitarum.

per extimatiuā vel estimatiuā: sed etiam sensatarū reseruatarū p imaginatiuam: licet diuersimode: vt iam patuit.

B

Actꝰ memorie est memorari: qui sic describit. Memorari ē habere noticiā de pteritis pus visis vel auditis: vł aliquo alio sensu exteriori vel interiori apphēsis. Anima nāqꝫ p memoriā mediātibus speciebꝰ ⁊ intētionibꝰ in ea repositis: redit in ipsas res sensibiles q̄ sunt extra ipām. Et propter hoc oportet actum memorie precedere oēs operationes aliorum sensuum interioꝝ vt dictū est.

Exemplū

Pro faciliori ergo cognitione oīm actuū ⁊ officioꝝ sensuum interioꝝ notet hoc exemplū. Verbigratia. Ouis ex visione coloris vel figure: vel vlulatu lupi: figurā et imaginē lupi recipit in sensum cōmunē: scdo imaginem lupi absolute particulariter ⁊ solam ⁊ sine piūctione cum alia imagie vel intentione: ponit ⁊ reseruat in imaginatione. Tercio ex imagie ⁊ specie lupi sensata: per aliquē sensum exteriorē ⁊ recepta in sensum cōmunē: ouis p estimatiuam elicit intentionē non sensatā scʒ inimicitiā vel nocumentū. Quarto per fantasiam intentionē inimicitie non sensate cōponit cū imagine lupi sensata. Quinto omnes species ⁊ intentiones p priores sensus receptas retētas elicitas ⁊ cōpositas: reponit retinet ⁊ pseruat in memoria tanq̄ in thesauro: vt etiā lupo absente ouis rememoret ipsius inimicitiā. Postremo ouis currēdo fugit lupuʒ: et hanc fugā imperat appetitus timoris in irascibilitate ouis: ⁊ hāc fugam efficit et exequit virtus infusa neruis ⁊ musculis ptrahēs ⁊ relaxans cordas ⁊ ligamenta cōiuncta mēbris ipsius ouis. De hac autem virtute appellatiua impante ⁊ motiua exequēte: in sequētibus dicetur.

De reminiscentia

¶ De reminiscentia. Homo cōuenit cū brutis in memoria: q̄ cōsistit in subita recordatione reseruatarū in memoria. Sʒ differt a brutis in reminiscētia: q̄ est soliꝰ hois: ⁊ hec consistit in quadā deductione ⁊ inuestigatione silogistica ad hec vt ex aliq̄bus memoratis veniat in recordationē aliquoꝝ pteritoꝝ quoꝝ nō hʒ memoriā. Simile est de estimatiua in hoie vt dictū est: q̄ per quandā collationē rationis pticularis: elicit intentionē nociui vel vtilis. Hoc aūt habʒ estimatiua et memoria in hoie: nō p illud qđ est pprium pti sensitiue sed pter affinitatē ⁊ ppinq̄tatem ad rationē vniuersalē .i. ad intellectum: ex cuius redundantia ⁊ affluentia est amplioris ⁊ efficacioris virtutis q̄ in brutis animalibus. Considerandū q̄ sm phm in de memoria ⁊ reminiscentia. Ois reminiscētia: vel fit ab ipa re: vel a simili: vel a ptrario. Ex quo sequit q̄ reminiscētiaʒ tria iuuāt. Primū res ipa in parte cognita. Cū em̄ reminiscētia sit rerum oblitarū iterata inuestigatio: oportet q̄ eedē res pus fuerunt in memoria: vł in aliis sensibus cognite. Siq̄s em̄ rem totaliter est oblitus nō pōt p memoriaʒ recordari se esse oblitū: sed si est oblitus in parte: tunc per id quod remansit pōt reminisci se q̄nqꝫ sciuisse p collationē reminiscētie cū eius adiutorio qđ remāsit memorie. Scdm qđ reminiscētiā iuuat est similitudo. Verbigr̄a q̄n recordamur de lacte defacili cogitamꝰ de niue: pter similitudinē albedinis in vtroqꝫ. Tercium reminiscentiua iuuat dissimilitudo. Sicut q̄n cogitamꝰ de vna re: vel q̄n videmus eā: defacili memoramꝰ eius contrariū: vt viso ethiope: causat sepe in nobis memoria hois albi. ¶ Organū. Memorie sensitiue est in pupi. hoc est in posteriori parte capitis locatum: in tercia vicʒ cōcauitate: seu ventriculo cerebri: q̄ est indiuisus: ⁊ vnitam solam cellulā habet sm cōmunē phicoꝝ opinionē: Et ille locus est siccus pter neruos motiuos qui oriunt ex ipso: pter qđ aliq̄ dicunt q̄ etiam vltimꝰ venterculus in duas diuiditur cellulas. Locus ille siccus congruit memorie sensibili. Nam eius officium est conseruare priorum sensuū apph-

Org

hẽsiones: siccũ aũt vt dictũ est bñ retinet

iguratio eriorum nsuum

¶ Figuratio interiorũ sensuũ Ca. xxiij.

T distinctius noscat̃ q̃liter sensus interiores in cerebro habeãt diuersa organa loco ꝛ situ distincta. Notandũ est ꝰm Auicennã: ꝙ phi ꝛ phisici oẽs fere et ꝑcipue phisici seu medici ꝯueniũt. Oꝛ cerebrũ diuidũt in tres cõcauitates: partes: cellulas: aut vẽtriculos: vicꝫ prorã seu anteriorẽ: quẽ primuꝫ dicũt: mediũ. Et puppim seu postremuꝫ quẽ vltimũ noiant. Noiat̃ ꝛ alijs noibꝰ tres vẽtriculi cerebri sinciput ãterior (qꝺ cõponit̃ a caput ꝛ sincerꝰ: q̃si sincera pura ꝛ parens ꝑs capitis ꝓpter capilloꝝ absentiã) Occiput posterior (qꝺ cõponit̃ a caput ꝛ occiduuꝫ qꝺ est extrema ꝑs capitis: vñ grecista. Sinciput anterior ꝑs capitis dr̃ eẽ. Occiput ac partẽ designat posteriorẽ (Interciput mediũ est in capite: qꝺ cõponit̃ ab inter ꝛ capio pis: qꝺ ẽ aliq̃ in medio cape. Primos duos vẽtriculos seu anteriorẽ ꝛ mediũ in duas partes distinguũt. Ultimo ventriculo in puppi locato manẽte indiuiso. Est aũt differentia in diuisione duoꝝ ꝑmoꝝ ventriculoꝝ. Aliq̃ eñ diuidũt ꝑmũ ꝛ mediũ ventriculũ in añ ꝛ retro siue in dextrũ ꝛ sinistrũ: anteriorẽ siue dextram partem ꝑmi vẽtriculi: dant sensui cõi. Partẽ ꝟo q̃ retro locat̃ sinistrorsum: dãt imaginatiue. Et iteꝝ anteriorẽ ꝑtẽ medij vẽtriculi dãt fantasie: ꝛ posteriorẽ ꝛ sinistram dãt estimatiue. ¶ Alij diuidũt duos illos vẽtriculos in sursuꝫ ꝛ deorsum: et superioreꝫ ꝑtẽ ꝑmi vẽtriculi: dãt sensui cõi: inferiorẽ ꝟo ꝑtẽ dãt imaginatiue. Et iterũ superiorẽ ꝑtẽ medij vẽtriculi dãt fantasie. Et Et inferiorẽ estimatiue. Cõmunis est tñ diuisio ꝛ a medicis acceptior ꝙ ꝑmi duo vẽtriculi diuidunt̃ in añ ꝛ retro ꝛ non in sursum ꝛ deorsum. Ultimũ aũt ventriculũ ponũt indiuisuꝫ: maiorẽ tñ ceteris duobus ꝑoribus: in q̃ vnico vẽtriculo ꝓpter multitudinẽ imaginũ intentionũ et fantasmatũ seruandã nullã diuisionẽ faciũt

Aliqui tñ dicũt ꝙ etiã vltimus ventriculus in duos diuidit̃ ꝑtes. In ꝑma ꝑte et anteriori vis residet memoratiua. Et in vltima vis motiua que singulis mẽbris cõmunicatur.

Caput phisicum



A Cerebrum per totum
B Sẽsus cõis
C imaginatio
D Fantasia
E Estimatiua
F Memoria

¶ De somno ꝛ vigilia et sõnio Ca. xxiiij.

A De somno ꝛ vigilia et somnio

E somno et somnio scriptura sacra sepe facit mentionẽ. Idcirco de causis ipsoruꝫ huic opusculo interserendũ est: sed q꞉ somnus (q̇ est q̃dã immobilitas sensuũ) est q̃dãmõ ꝑuatio vigilie: sicut cecitas ꝑuatio visus: et quies priuatio motus: ꝛ priuatio habet cognosci ꝑ suum habitum: ob id ꝑmo de vigilia dicendum est; vnde vigilia sic describitur. Uigilia est libera diffusio spũs animalis per organa sensuuꝫ exterioꝝ et motus in corpe animalis pagẽs actiões sensitiue ꝛ motiue ꝟtutis. Pro huius descciptionis intelligẽtia Notandum ꝙ duo sunt ad vigiliã necessaria. Primum ꝙ sensus exteriores vt visus auditꝰ ꝛc̃. in corpore animalis ꝑagant actiones suas. Scđm ꝙ virtus motiua etiam sit in

Uigilia

actu suo. Virtus enim motiua: vt dictum est diffusius ca. ix. exiens a posteriori parte capitis & cerebri: per medullam spine dorsi: in neruis motiuis monet totum corpus et membra eius: manus scz ad operandum: pedes ad ambulandum: linguam ad loquendum. Horum officiorum vigilie causa efficiens est spiritus animalis: qui vt sepe dictum: de singulis sensibus a sensu communi diffunditur per neruos obticos in singulos sensus: quinque exteriores: dat eis vim sentiendi. Ideoque spiritus vt iam dictum est motum generat in corpore. In somno vero: vt mox dicetur spiritus animalis impeditur a libera sui diffusione in organa sensuum & motus. Idcirco operationes vigilie in somno non exercentur. Est tamen hic considerandum quod licet illa tria sint inseparabiliter coniuncta: scz spiritus animalis: vis siue virtus animalis: & nerui: differunt tamen. Nam spiritus animalis cum sit substantia aerea est corporeus. Sed vis animalis est incorporea intrinseca residens in spiritu animali: principalius efficit sensum & motum in vigilia: sicut vinum cum sit substantia corporea liquida formaliter frigidum: est tamen virtualiter calidum: quia habet in se quandam virtutem calefaciendi potantes. Nerui etiam sunt corporei: & sunt sicut vehicula in quibus sicut in fistulis & canalibus defertur spiritus animalis & virtus eius ad organa sensuum & motus. Et quia hec tria sunt coniuncta: ideo sepe dicitur quod spiritus animalis sit efficiens causa sensus & motus. Aliquando quod vis animalis illa efficiat: aliquando quod nerui obtici sint causa efficiens sensus & motus.

Somnus ¶ Somnus secundum aristotelem in libro de somno & vigilia. Est quies animalium virtutum cum intensione naturalium. Pro huius diffinitionis intelligentia: considerandum quod intensio & fortificatio vnius virtutis est remissio alterius. Cuius ratio est: quia anima in sua substantia est simplex: & eius virtutes in ea vnite sunt multe: modo indiuisibile quocunque se diuertit: ibi se totaliter diuertit. Quare concluditur quod postquam vna operatio anime intenditur. i. occupat se circa suum obiectum. Alia operatio anime remittitur. i. desinit se occupare: saltem ita intense circa suum obiectum: propter quod in homine dedito studio vel meditationibus cum virtutes animales sint occupate minus operatur virtus naturalis vegetatiue. Ex quo sequitur quod non est sanum statim finito prandio se occupare studijs spiritualibus: quia per tales occupationes maxime occupantur virtutes animales: & sic impediuntur virtutes naturales: & per consequens impeditur digestio. Cum ergo in somno anima occupat se circa virtutes naturales: remittitur circa virtutes animales. Et hoc explicatur in diffinitione somni: qui est quies animalium virtutum cum intensione naturalium. Sub animalibus virtutibus comprehenduntur quinque sensus exteriores: vis motiua: ratio & intellectus. Cum enim homo dormit: nec videt nec audit nec mouet membra: nec discernit per rationem: nec intelligit per intellectum. Oportet enim quemcunque intelligentem fantasmata speculari: vt dicetur inferius. Intellectus nanque abstrahit species a fantasmatibus: que sunt similitudines & imagines rerum sensatarum sed sensatio non fit in somno cum in eo sensus quiescunt. Naturalis virtus dicitur hic virtus vegetatiua: que in somno fortissime operatur: vt patet in pulsibus et respiratione & inspiratione quam operatur virtus vitalis. Cor enim inter cetera animalium membra est calidissimum & indiget refrigerio et tale refrigerium fit per inspirationem et respirationem: quia per inspirationem aer frigidus attrahitur obtemperans calorem cordis: & per respirationem aer calefactus eijcitur: et hoc fit per vim vitalis virtutis que per inspirationem & respirationem tempat calorem cordis. Que autem sit virtus naturalis vitalis & animalis: diffuse supra declaratum est capi. ix.

Pro ampliori intelligentia nature somni. ¶ Queritur. Que est causa quietis virtutum animalium in somno. Responde tur quod huius questionis solutio pendet ex

diffinitione sequenti ipsius somni: qui a
quodam sapiēte sic diffinit. Somnus Somnus
est quedam passio mulcebris: meatus ce
rebri ⁊ vias sensuū opilans: naturalē vir
tutem confortans: calorem naturalez ab
exterioribus ad interiora reuocās. In
dicta diffinitione. Primo dicit: somnus
est passio mulcebris. id est. suauis: p hoc
innuit q somnus nō est priuatio pura vi
gilie: quemadmodum cecitas visus: vel
mors est priuatio vite: nam anima nō de
lectat in priuatione: sed in somno anima
delectat. Priuatio etiam illud qd ꝫm na
turam est diminuit ⁊ destruit: somn⁹ aūt
naturam cōfortat ⁊ repat. In vigilia em̄
est sensuum fatigatio: ⁊ ideo si p quietez
nō fieret cōfortatio ⁊ repatio: sequeretur
de necessitate corruptio: vnde ꝓuisum ē
nature magisterio: vt post laborem vigi-
lie fiat quietatio: ⁊ p cōsequens repatio:
⁊ hoc dicit in diffinitione p̄dicta natura
lem virtutem cōfortans. Secūdo tan
git in diffinitione causa materialis som-
ni: cum dicit meatus cerebri et vias sen-
suum opilās. Causa aūt materialis som-
ni ē fumus indigestus a toto corpore ad
cerebrum ascendens. Dum em̄ calor na-
turalis in cibum receptum in stomacho
agit: fumū ex eo resoluit: qui mox caput
petit: spūs animales ingrossat: vim aīa-
lem opprimit: ⁊ sic replet neruos obticos
⁊ omniū sensuuz vias claudit. Et primo
opilatur organū sensus cōmunis: a quo
omnes alij sensus pticulares oriunt: illo
opilato ⁊ ligato potētie particulares nō
possunt extendi ad extremitates organo
rum sensuū. Opilant etiaz in somno ner
ui motiui a posteriori parte cerebri egre-
dientes: toti corpi animalis vim motiuā
ministrantes: ⁊ sic somnus est q̄daz mor
tis imago. Nam sicut mortuus pdit vi-
sum: auditum: olfactum: gustum: tactum
⁊ motum: sic ⁊ dormiens ꝫm modum su
um q̄diu dormit: velut mortu⁹ nihil sen
tit: nec mouetur. Tertio tangit in dicta
diffinitione causa efficiens somni cum di
citur: calorem naturalem ab exteriorib⁹
ad interiora reuocans. Sicut enim vigi-
lie naturales refrigerant intrinsecus: q̄a
calor egreditur ad exteriora: sic econtra
in somno interiora corporis calescūt: ex-
teriora vero frigescunt. Operatione em̄
nature: sanguis q̄ est fons caloris ad sto-
machum trahitur: calor in cibum rece-
ptum in stomachum agit: fumum ex eo
resoluit: qui mox caput petit: neruos de-
ferentes spiritum ⁊ virtutem animalem
qui sensum ⁊ motum causant: opilat: et
omnibus sensibus ⁊ etiam virtuti moti-
ue vias claudit: ⁊ sic animal a sensu ⁊ mo
tu quiescit in somno. Somnus enim cō-
uenit omni animali sanitatem habenti: li
cet in quibusdam animalibus sit somn⁹
valde leuis ⁊ occultatus: vt patet in pi-
scibus qui quiescunt in somno: sed modi
cum: quia subito expgiscunt ⁊ fugiunt.
¶ Somniū Est dispositio quedam dor- D Somnium
mientium: qua diuersarum reruz forme
⁊ etiam similitudines imaginarie dormi
entium mentibus imprimuntur. Pro
huius diffinitionis intelligentia conside-
randum: q differentia est inter somnum
⁊ somnium. Nam somnus vt dictum est
est sopor mentis proueniens ex fumosi-
tate resoluta per calorem naturalem ex
cibo et potu: ascendente ad cerebrū: mea
tus sensuum ⁊ virium motiuarum opi-
lante. Somnium vero est ipsa visio di-
uersarum imaginum ⁊ formarum appa-
rentium in sumno dormientibus. Di-
ctum est supra capitulo nono de spiritu
⁊ vi animali: q in pte anteriori parte ca-
pitis format quinq̧ sensus exteriores.
Et in diuersis cellulis cerebri: ordinat
q̄nq̧ sensus interiores: inq̧ pte posterio
ri capitis: influit vim motiuā. Aliquādo
ergo fumositates ab escis resolute in tā-
tū augmētant q tā nerui sensitiui ⁊ moti
ui: q̄ etiam cellule interiorum sensuum
opilantur: et sic omnes sensus: tam in-
teriores q̄ etiā exteriores ⁊ vis motiua:

impediuntur in suis actibus: tunc non fi
unt visiones somniorum prout frequenter
fit in principio somni: et in pueris: qui secundum
Aristotilem in libro de somno et vigilia an
te quinquenniũ nõ somniant: propter nimie-
tatem vaporum resolutorum a nutrimẽto: or
gana sensuũ interiorum opilantiũ. Postq̃
ergo aliqualiter a colore naturali fumo-
sitates cerebri digeruntur: sicut frequenter fit
circa finem somni tũc fiũt somnia: nã fan
tasia conuertẽdo se ad cellulas sensuũ inte
riorum fingẽdo et componẽdo: imagines
cum imaginibus: imagines cũ intentio-
nibus: intẽtiones cum intẽtionibus: di-
uersas chimeras et monstruosas formas
et imagines facit apparere: et he apparti
ones et visiones in dormiẽtibus somnia
vocantur. Que etiam in brutis aialibus
apparẽt: nam canis somniat: quod patz
ex eius latratu quando excitatur a somno
similiter et equus: quod patet ex eius hynni
tu. Homo tamẽ inter oĩa aialia preci
pue somniat. Ex quo patet q aial som-
nians: ptim dormit ptimqz vigilat. Dor-
mit quippe quo ad sensus exteriores et
vim motiuã: q̃ non sunt in actibus suis
in somno. Vigilat vero quo ad sensus inte
riores: qui in somno p somniuz exercent
operationes suas: vt patet per experientiam

Notandũ q somniũ aliqñ large acci-
pitur ita q genus sit somniorum. Aliqñ vero
pro vna specie somnij: vnde secundum Augusti.
Oim q̃ sibi videntur videre dormientes
quinqz sunt gñа. s. Oraculũ: visio: somniũ
Oraculum insomniũ: fantasia. Oraculũ ẽ cuz in
somnis: parens vel aliqua grauis persona:
seu sacerdos: vel etiã deus aliquid euẽtu
rum: a pte vel nõ euẽturum faciẽduz vel
vitandum denũciat. Ex quo ptz q tribus
modis aliq̃d futurũ p oraculuz a deo de-
nũciatur: p admonitiõem alicuius hone
ste psone: sicut suipsius: vel angeli vel sa
cerdotis: deus nobis denunciat quid sit
venturum et q̃d nõ: et hoc dicitur oraculuz
vt angelo mediante nũciatũ est Joseph:
surge accipe puerũ. Fiũt nihilominus

aliquãdo tales impressiones in aĩo dor
miẽtis p malorum spũum illusiones: cũ an
gelus sathane transfigurat se in angeluz
lucis: vt patet in falsis prophetis et arrepti
cijs: seu demoniacis: vnde somnijs non
est passim fides adhibenda: nec sunt om
nimo respuẽda: sed quãdo huiusmõi som-
nia fiunt p spm̃ bonũ vel malum: iudicet
sobrius intellectus p gratiam diuinitus
adiutus. Et dicitur oraculũ ab os oris: q̃a
diuinũ responsum ore petitur: et ore datur
vel dicitur ab oro oras: quia celeste respõ-
sum orãtibus datur. Visio est: cuz id q̃s Vi[sio]
videt in pñti q̃d eodem modo quo appa
ruerat eueniet in futuro: vt pz in Jacob
qui vidit in somnis virgas populeas Ge
nesis. xxx. Somniũ vero tunc fit. Nã ali
quãdo deus nũciat futura p simile: aliqñ
per cõtrarium: p simile: vt petro in acti-
bus volẽti predicare gẽtibus p sile deus
intimauit. Videbat enim per somniũ vas
plenũ reptilibus: et dicebat sibi vas. Ma
cta et manduca: p reptilia intellexit genti
les: per mactare mortificationẽ vitiorũz:
per mãducare: incorporatiõez fidei: Per
cõtrariũ vero: vt Joseph cui macilẽte vac-
ce in pratis apparuere opimis: et fuit fu-
ture famis indiciũ: siliter sepe fletus in som
nis significat gaudiũ et ecõuerso. Et hec
species somniãdi q̃ per sile vel p cõtrariũ
futura indicat. Somniũ secundum Augusti. So[mnium]
nũcupatur: quia figuris tectum sine inter-
pretatione intelligi nõ potest. Et hec tria
genera somniorum iam dicta: significãt ali-
quod futurum etiam post somnuz. Sed
duo sequentia genera somniorum nihil
futurum significant. scilicet insomnium
et fantasma. Insomnium est quando Ins[omnium]
id quod vigilantem fatigauerat se inge-
rit dormienti: sicut est cibi cura: vel po-
tus: vel aliqua studia: vel artes vel in-
firmitates. Juxta enim infirmitates diuer
si diuersa accipiũt somnia. Somnia etiã
causantur ex complexione: vt sanguine-
us somniat leta: melancolicus tristia: co
lericus ignea: fleumaticus pluuias. Ni-

nes ⁊ aquatica. Et sic quotiēs ex aliqua cogitatione ⁊ cura pcedēte nascit aliqđ somniū: insomniū nominat. Et dicit ab in ⁊ somno: qꝛ tm̄ est in somno: ⁊ pariter euolat ⁊ euanescit cū somno.

Fantasma. Fantasma est qn̄ vix dormire ceperit qs ⁊ vigilare se existimat: ⁊ videt aspicere irruentes in se: vel passim vagātes formas discrepātes ⁊ vagas letas ⁊ turbulētas. Et dicit fantasma a fasmos qđ est apparitio: qꝛ in principio somnij apparēt sepe forme diuerse varie ⁊ alie a natura rerū.

Epyaltes. In hoc genere est Epyaltes: quē opinant vulgares inuadere dormientes et opprimere quiescētes. Quod nil aliud est q̄ quedā fumositas ascendens ad cerebrum a stomacho vel a corde: vim comprimēs animalē. Epyalres em̄ dī ab epy q̄ est supra ⁊ altes qđ est premēs: quasi supra premēs: qꝛ suo pondere videt grauare ⁊ suffocare dormientem.

¶ De potētijs sensualibus motiuis.
Capitulum xxv

De potentijs sensualib⁹ motiuis. Habito de potentijs ⁊ viribus apprehēsiuis ⁊ cognitiuis ab extra ⁊ ab intus aīe sensitiue (Et qꝛ ad sensus interiores pertinēt ea q̄ vidēt in somnis dormientes. Ea ratione dictū est etiā de vigilia Somno ⁊ somnio) Sequitur nūc dicere de potentijs ⁊ viribus anime sensibilis motiuis Appetitiuis siue Affectiuis. Ponunt āt differētie motiue sensibilis: sicut dicit phs concupiscibilis ⁊ irascibilis. Et sm̄ Aug. Sensualitas: ideoq̄ pariter de his determinandum est in sequētibus. Cognitio aūt virium motiuarū seu appetituū sensitiuorum: multū pdest ad cognitionē virtutū ⁊ vicioꝝ. Appetituū quippe ignorata q̄litate neq̄ vtutū: immo nec ipsius hois temptationū multipliciū poterit sufficiens noticia vel ars adipisci. Presentem igr̄ materiā de virib⁹ appetitiuis ⁊ motiuis placuit sub aliq̄b⁹ dubijs ptractare.

A Primum dubium. ¶ Primū dubiū. An p̄ter potentias apprehensiuas ⁊ cognitiuas sensitiuas: necesse est ponere potentiam sensualē motiuam ⁊ appetitiuam. Rn̄det q̄ sic. Nā dictum est supra ca. vij. in fine: q̄ potentie anime distinguunt per actus ⁊ obiecta vbi ergo sunt diuersi actus ⁊ obiecta ibidē reperiunt diuerse potētie. Experimur etiam in nobis et in brutis post apprehensionem ⁊ cognitionē delectabiliū ⁊ tristabilium per sensus exteriores. Et post apphensionē vtilis vel nociui: conuenientis vel disconuenientis p sensus interiores (p̄sertim estimatiue: et fantasie) quandā inclinationē appetitionē vel motionē interiorē ad psequendū bonū delectabile: conueniēs vel vtile: vl' ad fugiendū malum tristibile: disconueniēs vl' nociuū. Sed cū talis inclinatio appetitus vel motus nō sit actus alicui⁹ potētie cognitiue vicꝫ sensus exterioris vl' interioris: vt ptꝫ inducēdo de singulis actibus sensuū: oportet ergo q̄ sit alia potētia q̄ sit huiuscemōi actus ⁊ inclinatiōis primum principiū. Et hec dicit potētia motiua: appetitiua: siue affectiua de qua fit hic sermo. Scđo probat potentia motiua ex parte obiecti. Diuersitas nanq̄ obiectoꝝ arguit diuersitatē potentiarū: sed obiectū potentie ⁊ virtutis motiue vl' appetitiue sensualis: (vt postea patebit) est bonū particulare: hoc vel illud tanq̄ sibi cōueniēs sub ratione cōmodi. Et malū tanq̄ sibi disconueniēs sub rōne incōmodi. Obiectū aūt virtutis cognitiue sensualis est verū: velut quedam adequatio rei cognite ad cognoscentem. Oia em̄ obiecta particulariū sensuū cōueniunt in hac vniuersali rōne: q̄ adequant suis potentijs cognitiuis. Et sic habēt in se rationē veri: nā verum est adequatio rei cognite ad cognoscentē: alias si non esset adequatio et assimilatio: tunc esset falsitas: error ⁊ deceptio: patet hoc de gustu: q̄ qn̄ cognoscit suū obiectū sicut est ⁊ nō aliter: tunc sapor cognitus adequatur potētie gustus cognoscētis: ⁊ est verus sapor. Si vero gustus aliter

sapit et cognoscit saporē q̄ est: tunc est in eo falsitas et deceptio: vt patz qn̄ lingua infecta colera amara: iudicat saporē dulcem amarū. Pariformiter dicendum est de alijs sensibus. Pro quo notandū q̄ falsitas error et deceptio sensuū ex tribus p̄ncipaliter iudicat̄. Quoꝝ primuz est indispositio organi: alterū est indispositio medij: per qđ species obiectoꝝ trāsfeunt ad sensus. Terciū est distātia obiectoꝝ p̄ ꝓpinquū vel remotū improporcionata. ¶ Scđm dubium est de q̄dditate virtutis motiue. Et p̄mo querit̄ de q̄d nois. Scđo de q̄dditate rei siue de diffinitione ꝟtutis motiue siue appetitiue in tertio dubio. Quo ad primū r̄ndet̄ q̄ sicut dicet̄. Formā appħensam a sensu sequit̄ appetitus q̄ dicit̄ appetitus sensitiuus. Appetitus aialis: et sensualitas. Nominatur aūt his tribus nominib⁹ ratione diuersa. Nominat̄ eñ primo appetitus sensitiuus: tum q2 sensitiuā appħensionē sequit̄: tum q2 est in parte sensitiua: tum quia est alicuius sensibilis rei. Nominat̄ etiā secūdo appetitus aialis. Primo ab aīa: q2 primā appħensionem aīe sequit̄ q̄ est sensitiua. Ois eñ cognitio intellectiua fit ex p̄existenti sensitiua. vt dicit̄ p̄mo posterioꝝ: scđo ab aiali: q2 cōuenit omi aiali et hoi: nō inquantū est homo: sed inquantū est aial. Et ideo homines ꝫm illum viuentes dn̄r aialiter et bestialiter viuentes et brutaliter: vt dr̄ p̄mo ethicoꝝ. Dicit̄ aūt appetitus q̄si ad aliud petitus: q2 p̄ appetitum sensitiuum aial petit et inclinat̄ ad bonum pticulare delectabile vel vtile ꝓpter conseruationē speciei vel indiuidui. Dicit̄ aūt bonū appetitus sensitiui particulare: q2 est bonum qđ sensus sentit: sed hoc ē singulare et particulare. Appetitus autē intellectiuus .i. voluntas fert in bonū vniuersale: quia intellectus intelligit vniuersale et cōmune. Nominat̄ aūt tercio. sensualitas: quia sensualitas videt̄ sumptum a sensuali motu. Sicut eñ visus nomē sumit̄ a visione que ē actus visus quoniam ab actu sepe sumit̄ nomen potentie. Motus autez sensualis est actus appetitus sensitiui: ꝯsequēs apprehēsionem sensitiuā. Sensualitas autē est ipsa potentia vel virtus appetitiua que ē p̄ncipiū sensualis motus. Nominat̄ etiam potentia appetitiua: virtus seu potentia motiua sensualis: nā virtus motiua aīalis vt postea dicet̄ est duplex scꝫ imperans et imperata. Imperās motū est eadem cū appetitu sensitiuo. Sed imꝑata ē virtus corporea sita in neruis et mēbris officialibus motū exequēs: vt postea patebit. Nominat̄ etiā virtus motiua seu appetitiua vis affectiua ab affectu: qui dicitur ab officio eis. cere. qđ in vna significatione significat cupere vel appetere. Inde vis affectiua .i. appetitiua. ¶ Tercium dubium est de q̄dditate seu diffinitione appetitus. R̄nsio. Ad diffiniendū appetitū: oportet aliq̄ p̄mittere necessaria pro ipsius diffinitionis intelligentia. Considerandū ergo q̄ quālibet formam imꝑfectam sequit̄ quedaꝫ inclinatio ad perfectionē. Omne eñ imꝑfectum naturaliter appetit pfici: vn̄ et p̄mo phicoruz dicit̄. Q2 materia p̄ma (que est omniuz rerū imꝑfectissima: nullius actiuitatis existens) naturaliter appetit formā sic turpe bonū et femina virū. Inclinatio ergo talis qua imꝑfectum appetit suā pfectionē dicit̄ appetitus: quasi ad aliud petitus. Omne eñ imꝑfectū petit sibi iungi pfectum. Sequit̄ correlarie. Primo q̄ in summo bono scꝫ in deo nullus est appetitus: quia omnis appetitus fit ad aliqđ in quo res deficit: deus nullius est indigens: nec deficit in aliquo. Dicit̄ enim in .ij. celi. optime habēs se: nulli⁹ indiget

Sequit̄ secundo q̄ quālibet formam naturalē sequit̄ appetitus naturalis: q2 in omni re creata est quedā imꝑfectio: et ergo talis forma appetit pfectionem aliquā: q2 appetit iungi materie: q̄ est ei bona: et ꝯiunctio forme naturalis ad mate

Scđm dubium B

Sēsualitas.

Tercium dubium C

riam est quedā pfectio: qꝛ forma naturalis in materia sbsistit: ⁊ materia que ē pura potentia: p formam actuat. id est. suscipit esse actuale. Sequitur tertio ꝙ quālibet animā sequit appetitus: qa qlibet anima est qddam scdm: sed in oīni secūdo est qdam defect⁹. Oīne eñ scdm naturaliter tendit in pmum ſm qd est ei possibile. Animā tamē vegetatiuā nō sequit alter appetit⁹ distinctus ab appetitu naturali: qa appetit⁹ ita conuenit alicui ſm qd cōuenit ei forma: qa appetit⁹ est inclinatio consequēs formam rei: sed plantarū ⁊ vegetabilium forma licet nō sit pure naturalis: modicū tamē est eleuata supra natura: vnde ei non competit alter appetitus qꝫ naturalis. Seqtur correlarie qrto. Qꝫ formā sensitiuaꝫ sequit appetitus distinctus ab appetitu naturali: qa forma sensitiua est eleuata sup formam pure naturalē. Recipit eñ obiectū siue materia: licꝫ in pñtia materie: vt sensitiua exterior. Sensitiua etiaꝫ interior recipit obiectū sine pñtia materie: sed cū conditionib⁹ materie: videlicet loco et tpe: ergo optet ponere in ea specialem appetitū. Sequit correlarie qnto: ꝙ formam vel animā intellectiuam etiam sequit specialis appetit⁹ distinctus ab appetitu naturali ⁊ sensitiuo scꝫ appetitus intellectiu⁹. Patet qa forma intellectiua multū est eleuata supra formam nālem vegetatiuā ⁊ sensitiuam Cognoscit eñ obiectū suū sine materia absente materia ⁊ sine cōditionib⁹ materie. Oportet g in ea ponere spālē appetitū. His pmissis. Notandū ꝙ appetitus in genere sic describit. Appetitus est inclinatio rei in verū bonū vel apparēs bonū: conseqns naturā rei vel formā apphensam. Et dicit appetit⁹ qsi ad aliud petit⁹: qa oīne ens appetit illud quo caret: ⁊ g petit illud. Cū dī pseqns nām rei. Ibi tangit appetit⁹ nālis. Naꝫ appetit⁹ est duplex. s. nālis ⁊ aīalis. Nālis est inclinatio rei in verū bonū: sine cognitione puia pticularit appetētis. Et ille appetit⁹ nālis puenit rebus inaīatis. Similiter mae pme q appetit formam nāliter q est ei bona: qꝛ pfectio ei⁹.

Appetitus Dicit in diffinitione: sine cognitiōe puia pticulariter appetētis: qꝛ illud qd appetit appetit⁹ nālis nō cognoscit illud qd appetit. Sufficit ꝙ ille appetit⁹ fiat cū cognitione puia vniuersaliter dirigētis: licet g sagitta missa a balista nō cognoscat metā: sufficit tñ ꝙ balistarius ipam dirigēs metā cognoscat. Pariformiter licꝫ natura vel ea que mouent motu naturali nō cognoscant illud qd appetūt: sufficit tñ qd dirigant a pmo instituente nām q oīa infallibiliter dirigit. vnde dicit cōmētator. xij. metaphi. Nā dirigit ab infallibili intelligentia. Et opus nāe est opus intelligētie nō errantis: q deus est. Agit qppe deus oīnia tanq̄ summū bonū sui ipius diffusiuū. Et ꝑpter seipum creauit oīa iuxta illud: vniuersa ꝑpt semetipm opatus est dñs. scꝫ ad manifestationē diuine bonitat. Jō. bonū qd hꝫ rōnē efficiētis ⁊ finis ponit a btō Dionysio pmū nomē dei. Cōseqns ē ꝙ in qlibet re derelinqt deus appetitū q sit qdam inclinatio ⁊ tēdētia ad ipm: ſm ordinē sue sapie: in q fecit oīa. In nūero: pōdē ⁊ mēsura. Ois nāqꝫ creatura hꝫ mēsurā siue modū: q in eē limitat: hꝫ nūer siue spēꝫ: q ab oī alia re distinguit. Et pōdus: siue ordinē: q in finē suū vltimū inclinat. Hec aūt inclinatio gnalis ad finē vltimū p fines pticulares ⁊ ꝑximos: noiat qñqꝫ appetit⁹: vl affectō nālis: qñqꝫ pondus rer: qñqꝫ tractus: seu tēdētia: qñqꝫ amor insit⁹: qñqꝫ lex siue regula: qñqꝫ instinct⁹: qñqꝫ equitas nālis: qñqꝫ fed⁹ rer stabile: qñqꝫ sensus nāe: aut aliq alio tali vocablo. Sꝫ talis appetit⁹ nālis nihil dicit supadditū ad ipam nām vt accidēs neqꝫ vt habit⁹ sed est ipsa nā taliter instituta. Sola eñ forma naturalis sufficit ad talem inclinationem. seu appetitum naturalē: et ad motum cōsequentem inclinationē: vt si

lapis moueat deorsum. Natura eñi taliter instituta (que ex agente deo ⁊ disponente oĩa fortiter atq̃ suauit) habet tendere in talem vel talem finem: ⁊ moueri ad illũ si absens sit: nisi impediat: ⁊ quiescere in adepto. Odire vo ꝯtrariũ fugere quoq̃: nec in illo quiescẽ. Hoc quoq̃ vidit Aristoteles. j. Ethicoꝝ enuncians. Bonũ quod oĩa appetunt: ⁊ hunc esse finem omniũ ꝓfessus est deum. Hec que dicta sunt: sunt verba Cancell. parisien in tractatu de origine passionũ. Cõsideratione scda. Ex q̃bus trahit documentum: ꝙ in oĩ creato est duplex appetitus naturalis. Unus particularis inclinans ad motũ ⁊ finem ꝑticularez. Alius est appetitus vniuersalis quo res tendit ⁊ inclinat ad finem vltimũ. scz deũ summũ bonum quod oĩa appetũt finaliter ꝓpter sui ꝯuatione. Nam deus ẽ Alpha: ⁊ O. vicz ꝑncipiuz dans oĩbus esse ⁊ finis in quẽ oĩa tendũt vt in esse conseruent. Verbigra. Formaz ignis sequitur appetitus naturalis ꝑticularis scz leuitas: que suo tractu mouet sursuz ad similem ignẽ: ⁊ dum illic est quiescit. Odit vero locũ deorsum tanq̃ sibi non ꝯuenientem: ⁊ refugit ipm: nec quietez habet in illo. Quietẽ vo ignis in loco sursuz cõsequit appetitus vniuersalis: scz tendentia in cõseruationẽ sui esse. Et illa conseruatio vt dicit. S. Bonauẽtura in. ij. dist. xxxvij. est a deo tanq̃ ab imediato ꝑncipio efficiẽte. vnde sicut creatura hz essentiam a deo: ita etiã habet ꝯseruationem ⁊ durationẽ. Nam idem est principium essendi ⁊ cõseruandi. Verũtñ ꝯuatio creature licz sit a deo tanq̃ ab imediato ꝑncipio: nõ tñ est ab ipo sicut a tota causa: ſ in creatura est aliq̃ virtus ꝯuatiua creata ꝯsequẽs formã natura ẽ: ⁊ est quedam ydoneitas ad ꝯuationẽ ⁊ virtus qdãmodo ꝯuatiua: ad cuius defectum velociorẽ vel tardiorẽ sequit diuturnior vł minus diuturna duratio creature: et cum est diuturnitas creature ad durãdũ imꝑpetuũ: deus esse eius imperpetuũ ꝯtinuat. vt pz in partibus vniuersi que habẽt esse ꝑmanens: sicut sunt orbes celoꝝ ⁊ elemẽta q̃ sunt corpora simplicia: ⁊ simplicitas est ydoneitas ad durandũ imꝑpetuũ. In ꝑtibus vo vniuersi que habẽt esse decurrẽs in q̃bus nõ est ydoneitas ad durandũ imꝑpetuũ: quales sunt: mineralia: plante: ⁊ aĩalia bruta: deus esse eoꝝ solum ad tempus conseruat: quia non debẽt habere esse perpetuum: ſ terminatũ. Et ipoꝝ ydoneitas ad corruptionẽ ẽ compositio ex ꝯtrarijs elementis: q̃ est causa corruptionis. Verũtamẽ q̃ntũcunq̃ creatura habet idoneitatem ad durationẽ ꝑpetuã: si creatura sibi ipi relinq̃ret corrũpet ⁊ ãnihilaretur. Dicit nanq̃ Grego. Cuncta in nihilum caderent nisi manus conditoris ea cõtineret. Omnis eñi creatura ex nihilo ꝓducta est: ⁊ aliunde habet esse: qr ex nihilo est: ideo quodãmõ vana est ⁊ vanitati subiecta: qr vero aliunde habet esse: ideo eẽ est sibi quodãmodo accidentale. Sic igit vanũ: nõ põt fulciri nisi ꝑ verũ: ⁊ stabile: ⁊ accidẽs non põt fulciri nisi ꝑ subiectũ: sic esse creature nõ potest conseruari absq̃ munificẽtia creatricis eẽntie. ¶ Quartũ dubium Querit de diffinitione appetitus animalis. Rñdet ꝙ appetitus aĩalis: est inclinatio rei in veruz bonũ: vel apparẽs bonũ cum cognitiõe preuia ꝑticulariter appetentis. Dicit in diffinitione: apparẽs bonũ: q̃a appetitus aĩalis non semꝑ fert in verũ bonũ: ſ etiam quãdoq̃ in apparẽs: vt dũ homo appetit seipm interficere ꝓpter euadere miserias mũdi. Dicitur in diffinitione ꝑticulariter appetẽtis: ad differentiã appetitus naturalis q̃ sequit cognitionem nõ ꝯiũctam vniuersaliter dirigẽtis. i. intelligẽtie: videlz dei q̃ vniuersaliter oĩa dirigit in fines suos vt dictũ est. Sed appetitus aĩalis sequit apꝑhensionẽ vel cognitionẽ ꝑuiã cõiunctã: q̃ fit ꝑ sensus exteriores vel interiores vel ꝑ rõnez par

ticulariter cognoscentē. Cognitio.n.par
ticularis est vnius aialis vel hominis.
Appetitus aūt aialis sequit̄ formā app̄
hensam. Et qz forma app̄hensa ē duplex
scz sensibilis ⁊ intelligibilis. Et ideo ap
petitus aialis est duplex. scz sensitiuus ⁊
intellectiu⁹. Intellectiuus est q̄ fertur in
bonū sepatū a materia.s.intelligibile: de
quo infra patebit. Appetitus vo sensiti
uus est qui fert̄ in bonū ꝯiūctum mate
rie in re sensibili. scz insensibile. Consi
derandū est q̄ appetitus aialis vno mō
dicit̄ ab aia: accipiēdo aiam ꝓ aia sensiti
ua ⁊ intellectiua in qua est cognitio ꝑuia
cōiūcta: quā sequit̄ appetitus. Et sic ap
petitus aialis est genus respectu appeti
tus sensitiui ⁊ intellectiui: ⁊ sic diffinitur
hic. Alio mō appetitus aialis dicitur ab
aialitate ⁊ aia sensitiua solum: ⁊ sic appe
titus sensitiu⁹ dicit̄ solum aial': ⁊ distin
guit̄ ab appetitu intellectiuo: sicut spēs
a specie sb vno genere. Sic appetit⁹ sen
sitiuus: dicit̄ etiam sensualitas ⁊ appeti
tus aialis: ꝑut dictū est supra in scdo du
bio. Appetit⁹ aūt sensitiu⁹ est duplex
scz concupiscibilis ⁊ irascibilis. Quorū
distinctio vt dicit Alexāder de hales: p
te.ij.q.lxviij. dupliciter accipit̄. Uno mō
ſm appetitum boni ⁊ fugam mali: ⁊ hoc
modo bonū ⁊ malum distinguūt: cōcupi
scibile ⁊ irascibile. Concupiscibilis eñ or
dinat̄ ad ꝓsecutionez boni. Et p istam.
ouis vadit ad pastorē: ad matrē suam: ⁊
ad herbam tanq̄ ad bonū estimatū ⁊ ap
prehensum estimatiua naturali ⁊ quodā
instinctu naturali q̄ est estimatiua. Ira
scibilis aūt ordinat̄ ad fugam mali: ⁊ p
istam potentiā ouis naturalr̄ fugit lupū
tanq̄ malum suum: app̄hēsum ⁊ estima
tū estimatiua naturali: ⁊ isto modo passi
ones (gaudiū quod dicit appetitū respe
spectu boni in p̄nti: ⁊ concupiscētia siue
desideriū quod dicit appetituz respectu
boni in futuro) ad concupiscibilem per
tinent. Dolor aūt ⁊ timor que consistūt
in fuga mali in p̄nti: vel in futuro: ptinēt
ad irascibilem. Alio modo vis concu
piscibilis ⁊ irascibilis distinguunt̄ penes
dr̄iam obiectorum scz boni ⁊ mali ptic
laris. Sic q̄ in vtraqz vi reperiat̄ bonuz
⁊ malum. Bonum eñ ⁊ malum particu
lare que sunt obiectum appetitus sensi
tiui possunt ꝯsiderari absolute ⁊ sine cō
tractione: vel cum cōtractione ad ardu
um. Et ſm hoc differunt ille due vires.
Nam vis cōcupiscibilis respicit bonum
vel malum sine aliqua ratione difficulta
tis vel arduitatis. Sed quoniam multa
superueniūt nata impedire concupisci
bilem in sua inclinatione: vel tendentia:
vel quietem circa bonuz: ⁊ in odio fuga:
vel in q̄etatiōe circa malum. Hinc data
est ei tanq̄ ꝓpugnatrix ipa vis irascibilis
que tendit in bonū adipiscendū vel ma
lum depellendum: non vt simplcit̄ ⁊ ab
solute tale: ſ vt arduum ⁊ difficile adipi
sci vel euadi. Et hec distinctio cōcupisci
bilis ⁊ irascibilis vsitatior est apud do
ctores q̄ prima. Ad eandem eñ vim pti
net prosequi conuenientia ſm sensum: ⁊
refugere nociua: ⁊ hoc pertinet ad cōcu
piscibilem. Cuius obiectū est bonum vel
malum simpliciter sine ratione arduita
tis ⁊ difficultatis. Et sic sex passiones re
periunt̄ in cōcupiscibili. Tres respectu
boni. scz amor: desideriū siue cōcupiscē
tia: ⁊ delectatio. Tres respectu mali. scz
odium: fuga ⁊ tristicia. Ad aial etiaz
nō solum pertinet vis concupiscibilis p
quam consequit̄ conueniētia ⁊ fugit no
ciua: ſ etiam vis per quam resistit impu
gnantibus que conuenientia animali re
mouent ⁊ nocumenta inferunt: ⁊ hoc fa
cit irascibilis vis: cuius obiectum est bo
num: pticulare arduū difficile ad adipi
scendum: vel maluz arduum difficile ad
repellendum: ⁊ sic in irascibili reperiunt̄
quinqz passiones. Due respectu boni.s.
spes ⁊ desperatio. Tres respectu mali.
scz audacia: timor ⁊ ira. De quibus sin
gularibus in secunda pte huius opuscu
li dicetur. Et in hoc appetitu sensitiuo

Cōcupiscibi
lis vis dif
fert ab irasci
bili.

in quo passiones dominant possunt vir tutes morales: que sunt refrenatiue passionū tanq̄ in subiecto in homine. Quedam in concupiscibili: vt temperantia cum suis speciebus. Quedam in irascibili: vt fortitudo et sue species. De quibus virtutibus in tertia parte huius opusculi dicetur. B Et nota q̄ vis concupiscibilis potius nominat a passione concupiscentie seu desiderij q̄ ab alia passione: quia concupiscentia respicit bonum cōmodum vt absens quasi satagens illud adipisci: et quia bonum desideratum magis facit se sentire ratione defectus et indigentie. Ideo potius denominat a concupiscentia q̄ a delectatione vel gaudio.

Pariformiter vis irascibilis potius nominat ab ira q̄ a spe. Nam ira respicit minorationem seu vilipensiōem que inter mala maxime fugit: sicut ex aduerso excellentia maxime appetit. Et ideo irascibilis nominat ab ira: que iuxta ire similitudinem fortiter indignat contrarijs et fortiter tenet quod cupit. Et nota q̄ sm philosophū et sequaces: he due vires cōcupiscibil et irascibilis in sola sensualitate et appetitu sensitiuo radicant. Sed sm Augustinū et theologos in voluntate et appetitu intellectiuo reperiuntur: vt dicet cum de potētijs rationalis anime agit. Notandum etiam q̄ virtus appetitiua nominat multis modis. Dicit enim appetitus sensitiuus: appetitus animalis et sensualitas: vt dictū est supra in secūdo dubio. Pro dictorum clariori intelligentia inferenda sunt aliqua correlaria. Correlarium primum cōcupiscibilis et irascibilis sunt vires distincte: quia habent diuersa organa in diuersos vsus ordiata et fines. Natura.n. alia dedit organa ad delectandum alia ad defendendum. Concupiscibili namq3 que fert in bonum delectabile: sunt data membra ad delectandum: vt lingua est pro delectatione saporū: et sic de alijs organis sensuum exteriorum. Irascibili que fertur in bonum arduum: data sunt membra in animalibus ad defendendū: vt sunt cornua: vngule: vngues et dētes.

Correlarium secūdum q̄ aliter se habet appetitus sensitiuus in brutis et aliter in hominibus: in brutis nihil participat de ratione: quia bruta agunt vt appetitus inducit nisi impediant. Sed in hominibus appetitus subditur rationi et est particeps rationis et nō semp agit vt vult: sed vt ratio imperat. Et propter huc appetitus rationis apud theologos vocatur vir. Sensitiuus vero mulier: et etiam sensualitas: de qua infra dicet in capitulo .xxx. de ratione. ¶ De appetitu intellectiuo. Correlarium tertiū. Appetitus intellectiuus qui fertur in bonū separatū a materia scilicet in intelligibile differt ab appetitu sensitiuo. Primo: quia appetitus sensitiuus fertur in bonum particulare: quia fertur in illud q̄ sensus sentit: sed hoc est singulare et particulare. Obiectum em̄ appetitus sensitiui est bonum apphensum per sensum. Appetitus vero intellectiuus fert in bonum vniuersale: quia intellectus intelligit vniuersale et commune. Obiectū em̄ appetitus intellectiui est bonū apprehēsum p intellectum. Secūda differentia: quia appetitus intellectiuus intellectui fundat in essentia anime vt in subiecto: sed appetitus sensitiu9 fundat in toto composito subiectiue: vnde destructo toto composito appetitus sensitiu9 corrumpit: sed intellectiu9 est in anima intellectiua q̄ est incorruptibilis: vnde et appetitus intellectiuus est incorruptibilis. Nominatur autem appetitus consequens formam apprehensam ab intellectu multis nominibus: videlicet appetitus intellectiuus rationalis: vel volūtas

Dicit aūt intellectiu9: non quia intelligit: sed quia sequit intellectū: vt illud appetat qđ intellect9 cognoscit. Non.n. diligim9 nisi cognita sm August. Dicit aūt rationalis: q̄a iudiciū rōnis sequit:

H De appetitu intellectiuo.

vt illud qđ rõ iudicat eligẽdum vel recu-
sandum: illud eligat vel recuset appetit⁹
rõnalis. Dicit̃ volũtas p cõpationẽ ad
appetitũ sensitiuũ. Nobiliora eñ entia
⁊ si cõueniãt eis noĩa ignobiliũ: tñ speci-
alia noĩa rõne sue nobilitatis sortiuntur
Et ideo q̃uis volũtas dicat̃ appetitus:
⁊ cõueniat in hoc noĩe cũ appetitu sensi
tiuo: tñ speciale sibi nomẽ retinuit: vt ap
petitus intellectiu⁹ dicat̃ nõ solũ appeti
tus: sed etiã volũtas. Improprie tñ volũ
tas aliqñ accipit̃ ꝓ appetitu sensitiuo: si
ue sit cõiũctus rõni natus obedire rõni
vt in hoĩbus: siue nõ fuerit cõiunct⁹ rõni
vt in brutis: ꝓpter qđ dicit̃ Joh. xxj. de
petro. Ducet te q̊ non vis ⁊c̃. Ibi volun
tas accipit̃ improprie ⁊ large ꝓ appeti-
tu sensitiuo ꝯiuncto rõni in hoĩe: licꝫ au
tẽ appetitus intellectiu⁹ ĩ petro eẽt ꝓm
ptus ad martiriũ: tñ appetitus sensitiu⁹
refugiebat: q2 mors est vltimũ terribiliũ
Et ideo dicit Euãgeliũ. Et ducet te q̊ tu
non vis ire. scꝫ ẜm appetitũ sensitiuum.
Minus ꝓprie volũtas qñqꝫ accipit̃ pro
appetitu naturali: q̊ nõ hꝫ ꝯiunctã ꝯgni
tionẽ: sed dirigit̃ ab infallibili intelligen-
tia: que deus est. ¶ Quintũ dubium. Cũ
potẽtie aĩe distinguant̃ p actus ⁊ obie-
cta. Querit̃ qui sunt actus ⁊ obiecta po
tẽtie appetitiue sensitiue siue motiue sen
sualis. Hec q̃stio duo q̃rit. Primum de
actu appetitus sensitiui de quo in h̃ du-
bio q̇nto determinabit̃ Scdm qđ q̃rit ẽ
de obiecto appetitus sensitiui: de q̊ in se-
xto dubio dicet̃. Quo ad primũ q̃sitũ
Rñdet̃ ꝙ sicut in pte apphẽsiua siue in
cognitiua sensitiua: vtpote in sensib⁹ ex-
terioꝛib⁹ ⁊ interioꝛib⁹. Quidã sũt actus
gñales cõcomitãtes totũ genus potẽtie
apphensiue sensitiue: vt sunt: apphende
re: cognoscere obiectũ: siue ĩ p̃sentia ma
terie vt faciunt sensus exterioꝛes: siue in
absentia materie sicut fit p sensus interi-
oꝛes: nihilominus quilibet sensus habet
actum specialem: vt visus actus est vide
re: auditus audire: gustus gustare. Et sic
de alijs sensibus exterioꝛibus. Sensus
etiã interioꝛes speciales habẽt actus: vt
diffuse extat declaratum de singulis.

Pariforiter sentiendũ est de poten
tijs appetitiuis sensitiuis que hñt actus
generales ⁊ speciales. Generales conue
niunt taꝫ appetitui concupiscibili q̃ ira
scibili: ⁊ possunt exprimi concretiue ⁊ ab
stractiue: et sunt appetere seu appetitio
affici seu affectio: inclinari seu inclinatio
moueri seu motio: siue motus. Motus
tamen hic non sumit̃ pro motu exterioꝛi
et locali qui est mutatio ab vno loco in
alium. Ille enim motus est in p̃dicamẽ-
to: vbi ⁊ reperitur in omni perfecto ani-
mali qđ mouetur de loco ad locum mo-
tu progressiuo. Et iste motus exercetur
a virtute motiua imperata: de qua infra
dicetur. xxvj. caplo. Sed motus hic su-
mitur ꝓ motu interioꝛi: vt est mot⁹ sen-
sualitatis in homine: seu actus appetit⁹
sensitiui ꝯsequẽs apphensionẽ sensitiuã
in brutis. Imperãs motum ꝓgressionis
in animali pfecto. Et ille motus interioꝛ
appetitus dicit̃ motus alterationis: que
est mutatio de vna q̃litate in aliã: ẜm il-
lũ motũ aĩal: irascit̃: dolet: gaudet: timet
audet ⁊c̃. Et ille motus reperitur in pꝛe-
dicamento qualitatis in tercia specie:
que est passio vel passibilis qualitas. De
quo plenius dicetur parte secunda hui⁹
opusculi. Considerandum etiam ꝙ
actus virtutis appꝛehẽsiue differt ab ac
tu virtutis appetitiue. Actus enim app̃
hensiue virtutis non ita proprie dicitur
motus sicut actus appetit⁹. Nã opatio
potẽtie appꝛehẽsiue terminatur in hoc et
perficitur: ꝙ res cognite et appꝛehense
sunt in appꝛehendente et cognoscẽte sci
licet per suas similitudines. Operatio
autem appetitiue perficitur in hoc: ꝙ ap
petitus inclinatur in rem appꝛehensibi-
lem per extensionem: vicꝫ ad res deside
ratas. Et ideo opatio apphẽsiue assimi-
latur quieti. Operatio vº appetitiue cõ
parat̃ motui: vnde p sensualem motum

intelligit operatio potentie appetitiue. Et p sensualitatē intelligit ipsa potentia appetitiua q̄ est appetitus sensitiuus.

Operationes tñ appetitus magis ꝓprie nominant passiones q̄ꝫ actus: de q̄bus passionibus in scḋa parte hui⁹ opusculi dicet. Speciales vero actus appetitus sensitiui: tot sunt quot passiōes reperiunt in concupiscibili ⁊ irascibili.

loco ꝛ tēpore. Or sit aliquid habet a forma. Indiuiduum enim habet esse: habz etiam existere. Existere dat materia forme: sed essendi actum dat forma materie. Indiuiduatio igitur in creaturis consurgit ex duplici pncipio: vicz ex actuali cōiunctione materie cum forma: ex qua cōiunctione vnum sibi appropriat alterū. Sicut patz cum impssio fit multorum sigillorum in cera que prius fuit vna: nec sigilla plurificari pñt sine cera: nec cera numeratur: nisi quia fiunt in ea diuersa sigilla. Dicitur enim indiuiduum quasi indiuisuz in se: quia per inferiora sue nature diuidi non potest: vt Socrates: et diuisum a quolibet alio. Ipsa eñi rei pncipia scz materia ꝛ forma dum coniūgūtur inuicem: se appropriant ꝛ faciūt indiuiduum. Sed ad hoc consequit̄ esse diuisum ꝛ discretum siue distinctū ab alio: ꝛ surgit ex hoc numerus: ꝛ tm̄ de fantasmate. De specie vero intelligibili ē notandum. Or species intelligibilis est illud quo noster intellectus intelligit. Intellectus eñi noster possibilis: quia non habet species sibi cōcreatas sicut angelicus intellectus: sed intellectus nr̄ agens a rebus ꝛ a fantasmatibus eos abstrahit quas intellectui possibili ingerit: qui postea factus i actu: intelligit. Spēs igit̄ intelligibilis ꝑm cōmentatorē sic diffinitur. Species intelligibilis est similitudo rei: a fantasmate ꝛ intellectu agentu causata in intellectu possibili: repsentatiua rei vniuersaliter. In qua diffinitione primo tāgit subiectū speciei intelligibilis cum dicitur intellectu possibili. Dicit̄ eñi .iij. de anima. Intellectus est locus specierꝝ. Sicut eñi locus corpalis recipit et retinet locatum. Sic intellectus possibilis colligit in se similitudines ꝛ intentiones reruz: dicitur enim .iij. de anima. Lapis non est in anima sed species et similitudo lapidis. Res enim cognita non est in anima ꝑm esse reale: sed ꝑm esse similitudinis. Cum enim dicitur a fantasmate ꝛ intellectu agente causata: tangitur causa efficiens. Species enim intelligibilis abstrahit̄ a fantasmate sicut ab obiecto ꝑ intellectum agētem. Cum vero dicit̄ repraesentatiua rei vniuersaliter: tāgi finis speciei intelligibilis. Sicut enim species sensibilis repñsentat rem ꝛ obiectum sensibile particulariter: sic et species intelligibilis repñtat vniuersaliter rem intelligibilem cuius est species. His ꝑsuppositis nunc rñdendū est ad questionē ꝓpositam qualiter intellectus agens abstrahit species intelligibiles a fantasmatib⁹. Considerandū ꝙ intellectus agens est q̇ abstrahit species intelligibiles ab imaginatione siue fantasia: ꝛ sua irradiatione facit eas vniuersales: ꝛ locat eas in intellectu possibili qui est locus specierꝝ intelligibilium. Nā sicut ad visum corpalem exigitur lux abstrahens intentiones .i. similitudines coloris a colorato: et ponit eas in perspicuo aeris: non quidē ꝑm essentiam sed ꝑm intentionē et similitudinem: sic intellectus agens qui est lux aīe abstrahendo species a fantasmatib⁹ ponit eas in intellectu possibili: non quidez realiter sed ꝑm intentionē ꝛ spēm: lapis eñi (vt dicit̄ .iij. de aīa) non est in aīa sed species eius. Ad declarandū ꝟo modū huius abstractionis. Notandum ꝑm Thomā parte pma .q. lxxxv. arti. j. Dupliciter cōtingit intellectū agentē abstrahere. Uno modo ꝑ moduz cōpositionis et diuisionis: sicut cum intelligimus aliquid esse in alio vl̄ esse separatum ab eo. Alio modo per modū simplicis et absolute considerationis: sicut cum intelligimus vnum: nihil considerando de alio. Abstrahere ergo per intellectū ꝑm pmū modum abstrahendi ea que ꝑm rem nō sunt abstracta: nō est absqꝫ falsitate. Sz abstrahere per intellectum: scd̄o modo que ꝑm rem non sunt abstracta: non est cum falsitate: sicut videmus in sensibus. Si enim intelligimus vel dicimus colorem non esse in colorato corpore vel esse

Species intelligibilis

separatum ab eo: est falsitas in opinione et locutione. Sed si consideremus colorem et proprietatem eius: nihil considerando de pomo colorato: erit absque falsitate opinionis. Pomū enim non est de ratione coloris: et nihil prohibet intelligi colorem: nihil intellecto de pomo. Similiter ea que ptinent ad rationem speciei cuiuslibet rei materialis: puta lapidis vel hominis: et alia huiusmodi: possunt considerari sine conditionibus individualibus et appendicijs materie. scz tēporis loci: et sic de alijs que non sunt de rōne speciei. Et hoc est abstrahere vniuersale a particulari: vel speciem intelligibilem a fantasmatibus: considerare scz spēm sine conditionibus indiuiduantibus que per fantasmata representantur. Fit autē hec abstractio a materia indiuiduali nō a materia cōmuni. Est.n. materia quedam cōis: quedam indiuidualis. Cōmunis: vt caro: ossa. Indiuidualis: vt hec caro: hec ossa. Intellectus aūt ita abstrahit a materia indiuiduali ad intelligēdum spēm et naturā rei sensibilis: qz non abstrahit a materia cōmuni. vicz cōsiderando hoiem cum carnibus et ossibus in cōmuni: sed non his carnibus et ossibus. Et qz fantasmata cum sint particularium non possunt imprimere sua virtute in intellectū possibilē. Ideo virtute intellectus agentis: resultat quedam similitudo in intellectu possibili ex cōuersione intellectus agentis supra fantasmata: q quidem similitudo est repñtatiua eorum quorum sunt fantasmata: solū quātū ad nām speciei. Et per hunc modum dicit abstrahi spēs intelligibilis a fantasmatibus. Non qz eadem numero forma que prius fuit in fantasmatibus postea fit in intellectu possibili. ad modū quo vnum corpus accipit ab vno loco et transfert ad aliū. Species aūt a fantasmatibus abstracta non habz se ad intellectū sicut illud qd primo intelligit: sed sicut illud quo mediante aliqd intelligit. Nam si ipse species essent illud qd intelligit. Sequeret qz sciētie de rebus omnes non essent que sunt extra animam: sed solum de speciebus intelligibilibus que sunt anima: quod oino falsum est. Nam sciētie sunt de rebus q sunt extra animā. Se habet ergo species intelligibilis ad intellectuz nostrū sicut id quo intelligit: non sicut id quod principaliter intelligit: sicut species et similitudo rei visibilis qua informat oculus cum videt: se habet ad visum vt id quo videt: nō sicut id quod videt: nam id quod videtur est extra oculū scz res colorata: sed species quo videt ē in oculo. Ex dictis sequitur qz sicut in parte sensitiua reperitur duplex opatio vna scdm solam immutationē et sic perficit operatio sensus exterioris: per hoc qz immutat a sensibili presente. Nam sensus exterior cognoscit suū obiectum sine materia: in presentia tñ materie: et cum conditionibus: et circūstantijs et appendicijs materie. Alia est operatio sensus interioris: et sic virtus imaginatiua format sibi aliquod ydolū rei absent. Nam sensus interior cognoscit sine materia et sine presentia materie: licet cum conditionibus et circūstātijs materie. Itē etiā duplex operatio est in intellectu: sed in eo vtraqz operatio coniūgit. Nam primo considerat intellectus possibilis scdm qd informat specie itelligibili: qua informatus format sibi secūdo vel diffinitiōez vel diuisionē: aut cōpositionē que per vocem signant. Differt tñ cognitio intellectus a cognitione sensus: qz intellectus cognoscit suū obiectū sine materia et sine presentia materie et sine cōditionibus et circūstantijs materie. Intellectus enim cognoscit rem absentem. Et ipsum intelligibile non ē in itellectu realiter. Dicit enim .iij. de aīa. Lapis nō est in aīa sed species lapidis. Similiter intellectus intelligit quidditatem rei absolute sine conditionibus materie: qz intelligit vniuersaliter: secus est de cognitione sensitiua: prout clarius dictum est supra. cap. xviij. Pro dictorum clariori intelligentia notet: exempli

gratia. Lumē cum coloꝝ spēbus fertur
ad oculos. Illic species coloris aggregā
tur ⁊ deferunt̄ ad sensum cōem. Ilicqꝫ
colores diiudicans: purius ac spūalius
easdem ad virtutē imaginatiuā deducit.
Ceterū cum ratio negociat̄ circa fantas-
mata: elicit spēs intelligibiles q̇bus iam
concipit rem sine illo fantasmate qd̓ pre
fuit. Postremo potētia intellectiua supe
rior quam spm̄ vel mētem nominamus.
post cognitioꝫ rōnis deducit eandē rem
ad lumen pure simplicisqꝫ intelligentie:
ſm q̓ habet ordinē immediatū ad ange-
G Contēplatō dei absqꝫ fātasmatibus. licā cognitionē. ¶ Contēplatio dei absqꝫ
fantasmatibus. Ex dictis catholicū eli-
citur documētum: vicꝫ q̓ anima deuota
que ferri querit in deum ꝑ anagoycos ⁊
supmētales excessus: discat se auertere
per innatam vim abstractiuā: scꝫ intelle
ctum agētem a fantasmatibꝰ. Sicut esti
matiua virtus inferior in brutis ex speci
ebus sensatis elicit nō sensatas. De quo
sctūs Dionysius tale tradit documentū
Quotiēscunqꝫ in contēplatione ⁊ medi-
tatione de deo sciatur qualis sit res q̄ vi-
detur. Videturqꝫ q̓ res hec visa assimile
tur alicui alteri rei huius mundi. Tunc
certitudinaliter sciat̄ non videre deuꝫ ta
liter ꝑ claram visionē. Et simili modo dica-
tur de angelis. Non em̄ deus est corꝑali-
ter magnus: nec albus: nec rubeus: nec
clarus: nec coloratꝰ: sicut nec sunt ange-
li. Huius documēti rōnem reddit bea
tus Albertus magnus in suo opusculo
de adherēdo deo nudato intellectu ⁊ affe
ctu: dicens. Qm̄ spūs cum sit dn̄s deus:
⁊ eos qui eum adorant in spū ⁊ veritate
opporteat adorare. i. cognitione ⁊ amore
scꝫ intellectu ⁊ affectu: ab omnibus fan-
tasmatibus nudum. Om̄ia igitur fan-
tasmata species ⁊ imagines ac formas re
rum omnium citra deum a mēte reiicias
vt in solo nudo intellectu ⁊ affectu. i. rō-
ne ⁊ voluntate tuum pendeat exercitiuꝫ
circa deum intra te. Nempe finis omni-
um exercitioꝝ hic est. scꝫ intēdere ⁊ quie

scere in domino deo: intra se ꝑ purissimū
intellectum ⁊ deuotissimū affectum sine
fantasmatibus ⁊ implicationibus. Hu-
iusmodi autē exercitium non fit in orga-
nis carneis ⁊ sensibus exterioribus: per
quod quis non est homo. Homo vo q̇s
est ꝑ intellectum et affectum. Et idcirco
q̄diu homo cum fantasmatibus ⁊ sensi-
bilibus ludit ⁊ eis insistit: videt̄ nōdum
exisse metas ⁊ limites bestialitatis sue.
Hoc est illius qd̓ cum bestiis habet com
mune. Quia bestie ꝑ fantasmata ⁊ ꝑ ta-
les sensitiuas ⁊ sensibiles species cogno
scunt ⁊ afficiunt̄ ⁊ non aliter: eo q̓ altio
rem vim anime non habent: secus est de
homine ſm intellectū ⁊ affectum ⁊ libe-
rum arbitriū ad dei imaginē ⁊ similitudi
nē creato: q̇bus debet deo immediate pu
re ⁊ nude imprimi ⁊ vniri. Firmiterqꝫ in
herere purgato intellectu ⁊ bn̄ disposito
affectu. Qualiter aūt intellectus ⁊ affe
ctus purgari debeant: docet sctūs Bona
uētura in Soliloq̄o: ⁊ in Lectura suꝑ ꝓ-
mū sentē. distin. Sic inquiēs. Tu igit̄
anima deuota si ad celestem dulcedineꝫ
gustādam aspiras. Vide q̓ habeas pur-
gatum intellectuꝫ ⁊ bn̄ dispositū affectū
quia ſm Augusti. Summū bonum non
nisi purgatissimis mētibus cernit̄: ⁊ pu-
to q̓ multo minus nisi valde dispositis
affectibus degustat̄. A multis em̄ in hac
vita valde limpide speculatur: a quibus
heu minime degustat̄. Semꝑ igitur cum
beatissimo Augustino clama. Fac me ꝑ
cor domine gustare ꝑ affectum qd̓ intelli
go ꝑ intellectum. Fac me sentire ꝑ amo
rem qd̓ sentio ꝑ cognitionem. In huius
nempe summi boni taꝫ excellēti luci figi
mentis hūane acies inualida est: vt dicit
magr̄ in. j. dis. ij. Nisi ꝑ iusticiā fidei emū
det̄: hoc est per fidem que facit iustuꝫ in
operꝫ. Fides enim per se purgat intelle-
ctum. Iusticia vero generaliter sumpta
(que est rectitudo anime in comparatione
ad deum ⁊ proximum) purgat affectum
Vtriusqꝫ aūt purgatōis triplex est ḡdus

Nam intellectus est purgatus purgatior purgatissim⁹. Intellectus purgatus est cum abstrahit a sensibilibus ꝛ exterioribus spēbus: deus qui non est visibilis audibilis odorabilis gustabilis tangibilis sensibilis. Intellectus purgatior est cum abstrahit a fantasticis ꝛ vanis imaginibus: deus q̄a non est terminabilis: figurabilis: numerabilis: circūscriptibilis cōmutabilis imaginalibus. Intellectus purgatissimus est cum abstrahit a phisicis ꝛ naturalibus rōcinationibus: q̄a deus non ē demōstrabilis: diffinibilis: opinabilis: estimabilis: inuestigabilis ꝛ intelligibilis. Affectus etiam habet tres gradus videlicet purgat⁹ purgatior purgatissimus. Nam affectus est purgatus cum mundatur a culpa per penitētiam. Affectus est purgatior: cum mundatur a sequela. scʒ vitiosis inclinatiōibus p resistentiam. Affectus ē purgatissimus: cū mundatur ab occasiōe pctōrum p fugam.

b Qualiter autē spūs poterit se auertere a fantasmatibus dum anagoicos ꝛ supermētales querit excessus. Dumq; purgatus in intellectu ꝛ affectu Cancellari⁹ pisień. docet in tractatu de Theologia practica cōsideratione vltima dicens: q; hoc potest fieri si in om̄i cognitione ꝛ meditatione sua de deo nequaq̄ sistat homo in cognitione: sed aspiret per vim affectiuam quasi cordis ore inhiante in suam potentiam: ꝛ in suam sapientiam: et in suam bonitatem saporandam ꝛ gustādam: tanq̄ eius qui totus est terribilis super filios hominum: per maiestatē potentie dominatiue indicantis. Qꝫ totus magnus et mirabilis in sapientia: cuius non est numerus. Totus deniq; suauis: totus desiderabilis: totus amabilis valde: in bonitate ꝛ torrente voluptatis sue. Occurret tibi sic nitenti plurima turba fantasmata. Tu vero fortiter abijce seorsum ea q̄ntuʒ poteris: manu deuotiōis: ꝛ velut excusso capite: spiritu liber euadere labora. In alio quoq; opusculo intitulato de exercitio deuotorum Cancellarius parisień. modum tradit contemplandi sine fantasmatibus dicens. Quicunq; amorose ꝛ affectualiter vult tendere in deum discrete ne caput ꝛ sensus ledantur. Debet discere de deo cogitare siue aliqua re corporali absq; imagine ꝛ fantasmate: ita vt non cogitat rem magnam: aut paruam: aut longum: aut breuem: albam: aut nigram: hic vel ibi. in tali vel tali loco existentem. Sed om̄ibus talib⁹ exclusis eleuet cor suuʒ ad pura intellectualia ꝛ incorporalia: cogitando omnipotentiā dei: qua omnia potest. Sapientiam dei: qua omnia preterita ꝛ futura scit vt p̄sentia bonitatem dei: qua omnibus quātū in se est bene vult: ꝛ nulli male vult. Similiter eius misericordiā dulcedinē: pulcritudinem: ꝛ sic de alijs perfectionibus summe deo conuenientibus ꝛ inexistentibus corde ꝛ ore. Dat etiam ibidem Cancellarius modū adorandi deum in imaginibus repꝛesentantibus opus nostre redemptionis scilicet passionis ꝛ crucifixionis: vt videlicet cuʒ discretione hoc fiat: vt non nimis diu et fixe circa imagines rerum huiusmodi cogitatus imoretur. Sed semꝑ conetur cogitatū suū ab istis corporib⁹ imaginationibus ꝛ fantasijs trahere sursum ad earundam rerum corporaliū spiritualitatem. Et ne videatur impossibile quod dicimus. Sumamus exemplū de venerabili sacramēto dominici corporis: quod in manibus sacerdotis deuote adoram⁹ sicut verum deum ꝛ hominē humani generis redemptorem: per hoc quod videmus oculis corporis: nec moremur diu cū cogitatu nostro circa illud quod oculis exterioribus apparet: vtpote circa albedinem: rotunditatem ꝛ paruitatē huius hostie sacre: sed cogamus quasi violenter cogitatum nostrum vt ab illis visibilibus speciebus se auertat: ꝛ cōuertit

se ad visibilia que oculis mentis per lu-
men sancte catholice fidei ibi videt ⁊ cre
dit firmissime. Quasi diceremus nostris
cogitationibus: id quod oculi corporis
nostri nobis repsentant non est deus: sed
id quod oculus cordis cernit est dominꝰ
deus noster. In dicto etiam tractacu-
lo Cancell. dat documentum orandi co-
ram imaginibus sanctoꝝ ⁊ sanctaꝝ: di-
cens. Oꝝ orans coram imaginibus non
nimis cogitare debet de rerum corpora-
lium circūstantijs ⁊ fantasmatibus: ⁊ ꝑ-
timescere debet multa pericula ⁊ grauia,
incōmoda prouenientia: ꝓpter fantasie
fluxibilitatem ⁊ inuisibilis hostis illusio-
nem. Nam sepius orātes: ex nimijs ima
ginationum corporaliū rerum fantasijs:
deueniunt a deuotis ⁊ pijs cogitationibꝰ
ad cogitatꝰ turpes ⁊ impios: a puris af-
fectionibus ad imundas. A spūalibus
ad carnales. Quod etiam claret in ipsa
veneranda imagine crucifixi: ex nimis fi-
xa consideratione corporis dominici nu
dati: q̄ casus mulierculis est valde possi-
bilis: sic viceuersa poterit casus iste ⁊ vi
ris non esse impossibilis: si nimis figatur
eorum cogitatus erga imagines sancta-
rum virginum: etiam ipsius virginis vir
ginum que tamen mater puritatis est.

Nemo tamen ꝓpter premissa credat
sanctorum imagines sicut quidam he-
retici senserunt esse contemnendas. sed
sunt potius reuerenter tractande: et ea
intentione qua deus eas instituit digne
honorande: vt discamus ab his visibili-
bus fantasmatibus mente transire ad in
uisibilia: et a corporibus ad spiritualia:
I ille nanq; est finis imaginuz. Ex dictis
sequitur ꝙ non solum oratio verū etiam
omnis humana operatio debet esse in in
tellectu: ⁊ non in sensibus. Animaduer-
tant hoc religiosi: vt nudatis fantasmati
bus omniū rerum corporearum nuda ⁊
sincera mente seclusis conditionibus in
diuiduātibus: ꝑlatis suis studeant obe-
dire: prelaturam vniuersaliter ⁊ sine fan
tasmatibus considerent: non fantasiādo
in prelato genus patriaz etatem. Aliasq;
circūstantias ⁊ conditiones indiuiduan-
tes. Nec per hoc confidentiam (que ꝟm
apostolum magnā habet remuneratio-
nem) perdant ad suum prelatum. Confi
dentia nanq; est primum principiū ⁊ fun
damentum omnis spiritualis profectus
in scola virtutum approbate religionis.
Omnes eñ quotquot dannabiliter ab ex
ordi o religionum retrocedendo aposta-
tarunt: per hoc ruerunt: quia non confi-
dentiam: sed diffidentiam siue displicen
tiam ad suos habuere prelatas: quorum
obedientie sancto iugo colla submittere
teneanꝰ: agente hoc confidentia ad pre-
latos. vnde humilis Frācíscus fratri cū Fra
quo erat solitus ire obedientiam ꝓmitte
re consueuerat ⁊ seruare. Dixit enim ali
quando socijs: inter alia que dignanter
pietas mihi diuina cōcessit: hanc gratiaz
contulit ꝙ ita diligēter nouicio vnius ho
re obedirem sicut antiquissimo ⁊ discre-
tissimo fratri. Subditus inquit prelatuz
suum non hominem considerare debet:
sed illum pro cuius amore subiectus est
Quāto autem contemptibilior presidet
tanto magis humilitas obedientie pla-
cet. Ecce q̄ꝫ subtiliter philosophatus est
seraphicus ille sacer Franciscus: prela-
turam guuardinatus per suum intelle-
ctum agentem absoluens et abstrahens
ab omnibus fantasmatibus: circūstātijs
⁊ conditionibus indiuiduantibus. tem-
poris scilicet ⁊ loci: etatis: scientie ⁊ igno
rantie: bonitatis ⁊ malitie. Quia iuxta
sancti Petri Canonicā. Non tantū bo-
nis ⁊ modestis: sed etiam oportet ꝓpter
deuz obedire discolis. id est. indisciplina
tis ⁊ indoctis seu etiam malis: dūmodo
non precipiunt contra animam ⁊ regulā
Et non solum prelatura: sed etiam man-
datum prelati denudari debet a subdito
a fantasmatibus non discernendo: quid:

qualiter: quomodo precipiatur. Unde dicit Cancellarius parisiensis. Pro regula generali tenendum est: illud religioso ee̅ melius: illud pulcrius: illud nobilius: illud vtilius delectabilius: honestius: qđ est obedientie ꝓximius. Sit illa res in q̄ obeditur: vilis: abiecta: turpis: inutilis: laboriosa: vana: stulta: quātumlibet inhonesta: solo peccato excluso. Et nedū sancte obedientie mādatum (religiosus qui christo pauperi in altissima paupertate famulari deuouit) verumetiam resculas sibi ad vsum concessas denudare debet ab oim̄ mundanarū rerum fantasmatibus: in edificijs sumptuosis: in libellis curiosis: in litterulis aureo: argēteoq̄ colore radiosis. Cuncteq̄ sue suppellectiles a fantasmatibus: diuitiarum: deliciarum: et honorū abstrahantur. Reluceatq̄ in eis: paupertas: asperitas: et vilitas. Contra tria vicia ad que om̄ia peccata mundi reducuntur vicꝫ. Concupiscentia oculorum: concupiscētia carnis: et superbia vite. Concupiscentiā nāq̄ oculorum cōcomitatur periculosissimuꝫ vicium: curiositatis que propter multa ē vitanda. Primo quia tempus a deo concessum perdit. Multo enim plus de tēpore occupatur q̄ expediat curiosū opus. Secūdo q̄ facienti est vana gloria. Tercio quia ei cui facit opus est causa superbie. Quarto quia est materia animū retrahēdi a deo: nam s̄m Grego. Tanto quis a superno amore disiungitur quanto inferius delectatur. Quinto quia est concupiscentia oculorum: vnum de tribus ad q̄ omnia peccata de mundo reducuntur. Sexto quia est laqueus multorum et ruina. Uani enim talia respicientes multis modis offendere possunt: vel malum exemplum trahendo: vel delectabiliter aspiciendo: vel iudicando: murmurando: vel detrahendo. Omnium autem illorum is qui tale opus fecit est causa. Septimo q̄ curiositas directe obuiat paupertati. Et vltra omnia peccata est hoc qđ leuis vani et inconstantis animi est indicium. Religiosus idcirco curiosa deuitet: et ab ipsis tam faciendis q̄ vtendis tanq̄ a venenoso serpente abstineat

(Margin: Curiositas)

¶ Quarto queritur. De actibus intellectus agentis et possibilis. Respondetur primo declarando actus intellectus agentis. Secūdo declarando actus intellectus possibilis.

(Margin: R. Quarto q̄ritur.)

Quo ad primum considerandum q̄ s̄cđm Alexandrum de hales parte s̄cđa questione sexagesimanona. Intellectus agens tres habet actus. Primus est respectu formarum abstrahendarum: videlicet abstrahere species intelligibiles a fantasmatibus. De quo actu dictū est supra questione tercia circa principium. Secūdm actum habet respectu formarum s̄m se abstractarum. sicut est forme intelligentie angelice: vel circa formas scientiarum aut virtutum que sunt in anima: et ideo dicit philosophus. In his que sunt sine materia ideꝫ est intellectus et quod intelligitur. In habentibus autem materiam: potentia est vnūqđq̄ intelligibiliū: non enim intellectus possibilis tales formas intelligit p essentiam: sed q̄ ad intelligendū formas angelicas abstractas a materia corpali: nō indiget abstractione vt intelligantur. Alie vero forme coniuncte materie corporee indigent abstractione per intellectū agētem: qui formas et species intelligibiles ponit in intellectum possibilem qui tales formas cognoscit. Nihilominus tamen intellectus possibilis recipit lumen cognitionis a parte altera scilicet formarum intelligibilium separatarū. Tercius actus intellectus agentis est: q̄ priuationem ignorantie et possibilitatem ex parte intellectus possibilis remouet et intellectum possibilem ducit in actum intelligendi: qui prius fuit in potentia: nō tamen necesse est in intellectu possibili remotio vnius forme: sicut fit in

generatione ꝛ corruptione et alteratio-de: ſed ſufficit ꝑuationis ignorãtie remotio: ſicut ſol illuminando ꝑſpicuũ remouet tenebras. Uñ ꝙ ĩtellect⁹ poſſibil' actu intelligat reqrit duplex diſpoſitio. Una apte forme intelligibilis: q̃ licet ſit in fantaſmate: ꝑter tñ fantaſma intelligitur ab intellectu poſſibili. Alia diſpoſitio requirit ex parte intellectus agẽtis illuminãtis intellectũ poſſibilẽ ad cognitionẽ. Et ideo neceſſe fuit ponere intellectũ agentẽ: non tñ ꝓpter abſtractionẽ intelligibilium: ſed etiã ꝓpter ꝑfectionẽ ipſius intellectus poſſibilis. Conſiderandũ tñ vt dicit. S. Bonauẽ. in. ij. ſen. diſt. xxiiij. Or poſſibilis nõ eſt pure paſſiuus. Sic nec intellectus agens pure eſt actiuus. Cum eñ intellectus agens et poſſibilis ſint due differentie intellectus date vni ſubẽ q̃ reſpiciũt totũ cõpoſitũ. Appropatur aũt intellectus agẽs forme ꝛ poſſibilis materie: non ꝙ intellectus poſſibilis ſit pure mãlis: qꝛ tunc in oibus poſſꝫ poni in quibus eſt repire mãle ꝑncipiũ qđ falſum eſt: nec etiã intellectus agẽs ẽ potentie pure formal'. Sed qꝛ intellect⁹ poſſibilis ordinat ad ſuſcipiendũ. Intellectus agẽs ordinat ad abſtrahendũ: nec intellectus poſſibilis eſt pure paſſiuus: habet eñ ſupra ſpẽm exiſtentẽ in fantaſmate potentiã ſe cõuertendi ꝛ ꝯuertendo ꝑ auxilium intellectus agentis illam ſuſcipere ꝛ de ea iudicare: nec tamen eſt adeo actiuus ſicut agẽs: qꝛ non põt ſua cõuerſione nec ſpẽm abſtrahere: nec de ſpecie iudicare ſine adiutorio agẽtis. Similiter nec intellectus agens eſt oĩno in actu. Nõ eñ põt intelligere aliud a ſe niſi adiuuet a ſpecie q̃ abſtracta a fantaſmate: intellectui poſſibili hꝫ vniri. Intellectus eñ agens operationẽ intelligendi non põt ꝑficere niſi formet acies intellectus poſſibilis ab ipſo intelligibili: ex q̃ formatio ẽ in pleniori actualitate reſpectu eius qđ debet cognoſcere q̃ erat ꝑus cum ſpecie carebat. Unde cũ cogitamus de intellectu agente ꝛ poſſibili ſic cogitãde ſunt ille due differẽtie: ꝙ in vnã operationẽ completã veniant inſeparabiliter. Nã intellectus poſſibilis nõ intelligit ſine agẽte: nec agẽs ſine poſſibili. Uñ ſicut duo intelligimus neceſſario in medio ad hoc ꝙ abſtrat ſpẽs ab obiecto: vicꝫ lucẽ ꝛ dyafoneitatẽ: ita ꝙ ꝑ vnũ abſtrahit per aliud defert ꝛ ſuſcipit. Sic et in ꝓpoſito cõformiter põt intelligi: ita ꝙ ad vnum actum hec duo cõcurrãt: vt hec ſine illa non habeat operationẽ ſuam complete.

¶ De actibus intellectus poſſibilis.

Quo ad ſcđam partẽ queſtionis. Cõſiderandũ ꝙ actus ꝛ operationes intellectus poſſibilis ſunt duo: ſcꝫ ſimpliciũ appꝛhenſio ꝑmus actus cõpoſitio ꝛ diuiſio ſcđus pro his actibus ꝛ operationibus intellectus intelligẽdis. Sciendũ ꝙ res dupliciter cognoſcit. Uno mõ ſm ſe ꝛ abſolute: qñ ſcꝫ aliqđ cognoſcit in ſua ꝓpria natura ꝛ eſſentia: vt cũ intellectus ſpeculat aliqđ eſſe ſm ſe nõ in cõparatione ad aliud: ſed tñ intelligẽs rẽ ſm hoc qđ eſt de eius eſſentia: vt intelligere hominẽ abſolute eſt itelligere hoiem vt animal rõnale: ꝛ nõ eſſe in vno vel in pluribus. Eſſe enim in vno vel in pluribus accidit humane nature. Si enim de eſſentia nature humane eſſet eſſe in vno: nũq̃ eſſet in pluribus quod falſum eſt. Similiter ſi de eſſentia eſſet hũane nature eẽ in plurib⁹: nũq̃ poſſet ſaluari in vno: qđ ſilr falſuꝫ eſt. Spẽs eñ põt ſaluari ĩ vno ſuppoſito: quod patet in ſole: ꝛ fenice: et ſic de alijs: et hec intellectio abſoluta rei vocatur ſimplicium naturarum appꝛehenſio ſeu intelligentia. Et hec operatio prima intellectus cõuenit intellectui noſtro ꝛ ſubſtantijs ſeparatis. Subſtantie eñ ſeparate ſcꝫ angeli ſpeculant q̃ddita tes rerum abſolute ꝛ ſm ſe. Intelligendo enim primum principium: id eſt deum: intelligũt ſe ꝛ omnia in eo. Secundo aliqua res intelligitur non abſolute et ſimpliciter ſed in reſpectu et compara-

De
inte
poſ

tione et in habitudine ad aliud: vt sic intelligimus hominē: vel naturam humanam in petro. vel vt est in Johāne. Accidit enim nature humane nec ē de essentia eius: vt est in petro: vel in iohāne. Et tali intellectione compat vnum ad aliud. Et ita si videt esse in re: tunc cponit dicē do: iohānes ē homo. Et hec compositio fit p scdam opationē intellectus: q est cōponere: et significat per cpositionē affirmatiuam in qua predicatū componit cū subiecto. Si aūt non videt ita esse in re: tunc diuidit et dicit: homo nō est asinus. Et ista diuisio siliter fit p scdam opationem intellectus: et significat p cpositionem negatiuā in qua predicatuz negat de subiecto. Et hec operatio ppie nō cōuenit intellectui substantiaꝝ separatarum qr solum intelligunt intuitiue: vt dicitur .xij. metaphi. Cōmentator tū Auerrois addit tertiā opationē intellectus quā vocat discursum: cum scꝫ intellectus noster pcedit: a causa ad effectum: a pncipijs ad principiata: a premissis ad cōclusionem. Et cum resoluit effectum in causam: requirēdo causam illius effect⁹. Et hec opatio cōuenit etiam tm̄ humano intellectui et nō intellectui substātiaꝝ separatū. Intellectus enim substantiaꝝ separatarum sic discurrēdo intelligeret vilesceret: vt declarat .xij. Metaph. Discurrere enim ptinet ad intellectū q exit de potētia ad actum: et a rebus sensibilib⁹: suas colligit formas et spēs intelligibiles per quas fit in actu. Intellectus autē sepati non intelligūt suas formas intelligibiles a rebus sensibilibus: eo q habēt species intelligibiles eis cōcretas. vnde dicit autor libri de causis. Qr intelligentia plena est formis. Intellectus etiam sepati maxime sunt in actu: nō ergo intelligunt discursiue: quia hoc est impfectionis: quia intellectus discursiuus colligit species a rebus. vnde dixit Cōmentator. xij. Mephisice. Scientia diuina causat res: nostra aūt scientia causat a rebus. Seqtur q substantie sepate maxime dici debent intellectuales et parum rōnales: qa substātie sepate intelligunt intuitiue tm̄ et non ratiocinādo pcedendo scꝫ a causa ad effectum. Ratio enim est pars anie q procedimus ad effectum. Sequit q homo maxime et ppie dicit rōnalis s parū dicitur intellectualis: qr noster intellectus discurrit a causa ad effectum. Concluditur q hec tertia opatio comphendit sub scda: qr discursus etiam fit componēdo Et hec opatio tertia exprimit p sylogismum demonstratiuū: de quo dicit .j. posteriorum. Demonstratio ē sylogismus faciēs scire. Cōcludit sctūs Thomas Qr exquo logica est directiua nostri intellectus ne erret i suis opationib⁹. Necesse fuit vt Aristoteles plures faceret libros p regulatione et directione intellectus: vnde p opatione tertia intellectus dirigenda fecit quatuor libros. scꝫ prioꝝ posterioꝝ: topicoꝝ et elencoꝝ. Pro opatione scda fecit librum piermenias. Pro prima opatione fecit libꝝ predicamentorum. ¶ Quinto querit. De obiectio intellectus nostri. Respōdet q dominus Albertus magnus dicit q obiectum nostri intellectus est Quidditas absolute sumpta: vt est quid cōmune ad quidditatem rei materialis et immaterialis. Cui⁹ ratio est: qa habitus nō excedit potentiā et p cōsequens obiectū habitus nō debet excedere obiectū potentie. Sed obiectū metaphisice q est habitus intellectualis: est ens inqntum ens: vt dicit .iiij. metaphisice: sed ens inqntum ens dicit a qdditate simplr dicta: ergo obiectum intellectus erit qdditas simplr dicta. Sanctus vo thomas dicit q obiectum nostri intellectus pprium et adequatuz p statu presentis vite est. Quidditas rei materialis: qd sic pbatur. Illud est obiectū potētie quod est pportionatum et adequatuz illi potentie. Sed quidditas rei materialis est huiusmodi: ergo quidditas rei materialis et nō quidditas simpliciter dicta

Logica

M Quito queritur

est obiectum intellectus: maior nota: q̄a hoc est de ratione potentie q̄ debet esse ꝓportionata suo subiecto. Minor patet: quia sicut intellectus est ꝯiunctus corpi ẜm esse: q̄a est in aïa: ⁊ aïa est forma cõiuncta: ergo etiam intellectus. Et intellectus est sepatus a corpe ẜm opationem: quia nõ opat̃ in virtute organi corpalis Sic quidditas rei materialis ē cõiuncta quodāmodo corpi ẜm eē. Est tñ sepata a corpore ẜm rõnem ⁊ formam. Scđo ꝓbat̃: quia intellectus ꝓ statu p̄sentis vite non cognoscit nisi p ministeriū ⁊ auxilium sensus. Quia noster intellect⁹ intelligit p abstractionē speciei intelligibilis a fantasmate: ergo illud ē obiectū intellectus nostri qđ non habet esse nisi in materia sensibili ⁊ fantasmate. Hoc aūt est quidditas rei materialis ⁊ nõ quidditas simpliciter dicta. Potest tñ ꝯcordari Albertus qui ponit obiectū nostri intellectus: quidditatē absolute sumptā ⁊ sctūs Thomas qui ponit obiectū nostri intellect⁹: quidditatē rei materialis. Nam in intellectu est assignare duplicē vim. Unā humanā vt se cõuertat ad fantasmata: ⁊ p illam intelligit materialia ⁊ cõiuncta materie. Et ẜm hoc habet pro obiecto: q̄dditatē rei materialis. Alterā habet vim ⁊ particulā diuinā: inq̄ntum intellectus est vestigiū intelligētie sepate ⁊ per illam intelligit substātias diuinas. Et sic obiectū intellectus põt poni: q̄dditas simpl'r dicta. Primū voluit Thomas. Scđm Albertus. Pro clariori dictoꝝ intelligētia. Querit̃ quid est q̄dditas rei materialis. Respondet̃: q̄ hec quatuor. Quidditas essentia: forma totius ⁊ vniuersale. sunt idem ẜm rem: sed differūt solum ratione. Quidditas enim est abstractū a quid est. Essentia eñi rei absolute ꝯsiderate dicit̃ quidditas. Sed quidditas accepta vt est pfectio suppositi: dicit̃ quod quid est. Quidditas enim abstrahit a supposito sicut quodlibet abstractum a concreto: sed qđ quid est cernit suppositum sicut quodlibet ꝯcretum. Et quia diffinitio notificat quidditatem rei. Diffinitio est sermo q̄dditatis ⁊ eēntie: vt dicit̃. vij. Metaph. Essentia ꝟo importat aliquid in ordine ad esse ideo essentia dicit̃ illud per quā ens habet esse. Nomen ꝟo quidditatis: sumit̃ ab essentia. Et q2 illud per qđ constituit̃ res in ꝓprio genere vel specie: significat̃ per differentias indicantes quid est res. Inde est quod nomen essentie a philosophis mutatum est in nomē quidditatis. Et inde est q̄ philosophus diffinitionē ⁊ essentiam rei: sepe nominat quod quid erat esse: vt patꝫ. vij. Metaphi. Et est etiam alia causa: quia ad interrogationē factam per quid est res: conueniēter respondet̃ per ipsam diffinitionem que explicat essentiam ⁊ quidditatē rei. vt duꝫ querit̃ Quid est homo. Respondet̃ est animal rõnale mortale: sic accipiēdo q̄dditatem: etiaꝫ cõuenit forme non cuiuslibet: sed forme totius. Est enim duplex forma. Una est forma partis que dicit̃ pars compositi substantialis que dat eē subale. Et hec vocat̃ forma partis in cõparatiõe ad formaꝫ totius. Et sic anima dans esse substātiale corpori: dicitur forma partis hoīs. Alia dicit̃ forma totius Et dicit̃ natura ipsius rei: que cõsiderat̃ absqꝫ ꝯditionibus materialib⁹ ⁊ fantasmatibus indiuiduātibus. Et generaliter cuiuslibet rei natura ⁊ substantia importata p diffinitionē: vocat̃ forma totius: in cõpatione ad formā ptis primo modo dictam. Unde sicut aïa dicit̃ forma partis: ita natura importata p diffinitionem scꝫ humanitas (resultans ex cõiunctiõe aïe rõnalis ⁊ corpis humani) dicit̃ forma totius ꝯpositi seu cõiuncti. Est aūt totum compositū seu ꝯiunctum substantia subsistens ex materia ⁊ forma: vt homo componit̃ ex materia scꝫ corpore Et aïa rõnalis sicut ex forma ptis. Sufficit etiā q̄ in toto cõposito ⁊ cõiuncta sit cõpositio alicui⁹ p modū māe ⁊ alicuius

Margin notes: N; Quidditas; Essen[tia]; Form[a]; Toti[um compo]situm

ꝑ modū forme: hec aūt cōpositio triplex
est. Prima est ꝑ actum ⁊ potentiam. Et
sic cōponit̄ spēs ex gn̄e: tanꝙ potētia for
mali formabili: ⁊ ex drn̄tia tanꝙ ex actu
actuante ⁊ ꝯtrahēte genus ad spēm de-
terminatā. Scd̄a est cōpositio ex esse et
essentia: quā hꝫ oē suppositū creatum in
genere sube. Tercia est compositio ex q̊
est ⁊ quid est. Qualis cōpositio est in an
gelo: ⁊ aīa rōnali ſm. S. Tho. ⁊ Alber-
tū. Sed. S. Bona. Alexander de ales: et
plures alij: vt supra habitū est. c. xxvij. in
fine. Dicūt ꝙ angelus ⁊ aīa rōnalis sunt
cōpositi ex materia et forma. Nominat̄
etiam quidditas rei materialis vniuersa
le quod idē est cū forma totius: aīa enim
nō dicit̄ esse vniuersale respectu vniꝰ ho
minis: sed potius hō seu humanitas q̄
dat esse toti: ⁊ hec dicit̄ essentia rei: q2 to
tum esse cōplectit̄. Forma v̄o partis que
in genere nō hꝫ nisi ꝑ reductionē: non est
ꝓprie dicere vniuersalē: pōt tamē aliquo
mō dici vniuersal' radicatione: cū illa est
indifferens ad multa q̄ fieri pn̄t ex ipsa.
Sicut causa dicit̄ esse vniuersalis: q2 po
test in multa. Ex dictis sequit̄ ꝙ obie-
ctū intellectꝰ scꝫ q̊dditas rei mālis est: es
sentia ⁊ forma totius ⁊ vniuersalis com
plectēs totū esse rei mālis. i. indiuidui et
suppositi: ⁊ h̄ q̊dditas rei māl' vt hr̄. vij.
meta. ſm esse existentie nō esse sine sup-
posito cuiꝰ est quidditas: vt dicebat pla-
to. Res eñ nō pōt esse sine q̊dditate: vt
dr̄. vij. Meta. Nihil eñ est intimꝰ rei ꝙ
sua q̊dditas. Tamen quidditas ſm esse
essentie differt a suppositis q̄ illā naturā
participāt. In rebꝰ eñ mālibꝰ ⁊ mathe-
maticis: aliud est q̊dditas ⁊ aliud suppo
situ illius q̊dditatis: vn̄ dicit phus. iij. de
aīa. Aliud est caro: ⁊ aliud carnis eē. Si-
militer aq̄ ⁊ aque esse. Et aliud ē magni-
tudo ⁊ magnitudinis esse: ibi Aristoteles
per carnem: aquā ⁊ magnitudinē intelli
git suppositū. Sed ꝑ carnis esse: ꝑ aque
esse: per magnitudinis esse: intelligit q̊d-
ditatem. Ibi aristoteles plane cōcludit
ꝙ in rebus materialibus (similiter in
mathematicis que itelligit per magnitu
dinem) quidditas et suppositum diffe-
runt realiter: ideo alia virtute cognoscit̄
res materialis indiuiduū ⁊ suppositum:
et alia virtute: rei mālis esse. i. q̊dditas.
Per sensum eñ cognoscimus indiuidu-
um: per intellectum vero quidditatem.

Considerandum etiam ꝙ q̊dditas rei Materia
mālis alijs nominibꝰ nominat̄ Nomina
tur eñ mā circa quā: obiectū ⁊ subiectū
sciētie. Pro quo sciendū ꝙ materia ē tri Q
plex. Quedā eñ est materia ex q̄ res mā
lis siue artificialis cōponit̄: ⁊ hoc modo
materia ꝑma: est materia oīm elemētoꝝ.
Et elemēta sunt mā oīm mixtoꝝ in natu
ralibꝰ: in artificialibus v̄o ferrū est mate
ria cultelli. lapides ⁊ ligna sunt mā ex q̄
fit domus. Alia est materia in q̄ vicꝫ om
ne illud quod est susceptiuū forme: tam
substantialis ꝙ accidētalis: dicit̄ mate-
ria in qua forma subsistit: sicut aīa habet
materiam in qua scꝫ corpus: ⁊ albedo: ⁊
quātitas totum cōpositū. Tercia autē
materia dicit̄ circa quā: et hec materia ē
obiectum potentie ⁊ subiectum scientie.
Verbigr̄a. Color est obiectum visus: et
q̊dditas rei mālis: obiectū intellectꝰ. Di
citur eñ color materia ⁊ obiectū visus:
quia in eū fert̄ ⁊ terminat̄ visio. Nō aūt
est materia ex qua: quia ex coloribus nō
cōponit̄ visus: nec in qua: q2 visio nō est
subiectiue in colore sed in vidente: sed ꝓ
prie dicit̄ materia circa quā: q2 circa eā
habet negociari visiua potentia sicut cir
ca ꝓprium obiectum ad quod terminat̄
visio. Dicitur autē materia: quia habet
ꝓprietates materie: q̄ est recipere vel pa
ti. Videri eñ passiue cōuenit coloribꝰ sal
tem ſm modū significādi. Pariformit̄
dcm̄ est de q̊dditate rei mālis q̄ est obie
ctū potētie intellectiue circa quā intelle-
ctus negocia i intelligēdo. Eodē mō sen
tiendū est de omni subiecto scie qd̄ etiā Subiectum
obiectum vocatur. Quia obiectum est
illud quod primo obijcitur conspectui

potentie vel scientie. Et sic obiectum vel subiectum alicuius scientie circa qđ sciētia negociaṫ: ⁊ de quo fiunt demōstrationes: vt corpus mobile in scientia naturali diciṫ obiectum: subiectum vel materia sciētie naturalis: non materia ex qua f.t: q2 scientia cum sit forma simplex nō habet materiā partē sui. Nec materia in q̄ q2 scientia naturalis non est in corpe mobili sicut in subiecto: immo in intellectu. Sed est materia circa quam ipsa sciētia negociaṫ ⁊ inquirit cōclusiones ⁊ demōstrat. Et ita potest dici materia circa quā ⁊ obiectū cuiuslibet potentie: ⁊ subiectū cuiuslibet scientie. Sic q̄dditas rei materialis pōt dici materia circa quā et obiectum potentie intellectiue. Ueruntamē ꝙ obiectū potētie nō sic diciṫ ꝓprie subiectam sicut obiectum.

P Sexto q̄riṫ. ¶ Sexto queritur. Utrū vniuersale sit obiectū intellectus. Rn̄deṫ ꝙ sic: q2 q̄dditas rei materialis est vniuersale: quia idē est dicere vniuersale ⁊ q̄dditas rei vt dicit phs. iij. de aīa. Nā illud est obiectū intellectus cui⁹ est scientia: sed scientia est vniuersaliū: vt diciṫ. ij. de anima. Sicut eñ sensus est singularium sic intellectus est vniuersaliū. Est eñ vniuersale dum intelligiṫ singulare dum sentiṫ. Notandum tñ ꝙ vniuersale vno modo capiṫ materialiter ꝓ natura vniuersali ⁊ cōi rei materialˀ substrata. Et hec natura cōis non est aliud q̄ forma totius in qua plura realiter assimilanṫ de q̄bus essentialiter p̄dicaṫ. q2 est p̄ncipium cognoscēdi ⁊ p̄dicandi. Et hec forma totius q̄ cum de se nata sit eē in multis vniuersalis ē. Particulaṫ autem nō per additionē alterius forme sed per coniunctionē sui cum materia. Ex q̄ cōiunctione materia appropriat sibi formā ⁊ forma materiā: sicut dicit. S. Bonauentur. in. ij. sen. Et q2 nunq̄ est forma separata a materia: nunq̄ est forma vniuersalis sine particulari. Quāuis autem vnum nō sit sine altero differt tamē vnū ab altero: q̄uis eñ albedo nō posset esse sine corpore: differt tñ a corpe. Alio modo vniuersale capitur formaliter pro intentione vniuersalitatis. Et est actualis relatio nature vniuersalis materialiṫ accepte ad oīa de quibus predicaṫ. Et hec est cōpletiua et formalis ratio vniuersalˀ quā habet per actum intellectus. Et hoc est qđ dicit cōmentator intellectus causat vniuersalitatē in reb⁹. Et natura vniuersalis sic formaliter accepta: dicit actū vniuersalitatis qui est p̄ter essentiam nature sic nō est obiectū intellectus. Modo Aristoteles cum dicit. Scientia ē vniuersalium: capit vniuersale materialiter ꝓ natura et q̄dditate rei materialis. Et hoc vniuersale cōsiderāt sciē reales. Sꝫ vniuersale formaliter captū ꝓ intentione vniuersalitatis logica q̄ est de intentionibus scđis adiunctis p̄mis cōsiderat.

¶ Uniuersale est triplex. Unde considerandum ꝙ ƀm intentionem Alberti magni q̄nto meta. Uniuersale est triplex. s. ante rem: in re: ⁊ post rem. Quod alij ƀ alijs verbis exprimunt: scꝫ in causando in essendo: ⁊ in predicando. Uniuersale ante rem ƀm Albertū duplex scꝫ ante rem natura ⁊ tp̄e simul: ⁊ ante rem natura tm̄. Uniuersale ante rem natura ⁊ tēpore simul: est forma vel natura in lumine intelligibili prime cause: in quo lumie habet rationē p̄ncipij formalis exemplaris ⁊ ydealis existens illic lux ⁊ vita. Unde notandum ꝙ omne agens per intellectum agit per exēplaria et rationes rerū fiendarū: vt domificator p rationem domus quā mēte cōcipit: format domū realē Uñ diciṫ. ij. meta. Domus ab extra fit a domo ab intra. Cum ergo agēs qđ est deus est agens per intellectū: vt ptꝫ. xij. meta. Ipam agit per rationes exemplares ⁊ ydeales: que rationes ydeales relate ad mentē diuinam sunt vna substātia simplicissima: vna mens ⁊ vnus intellectus: quia sunt idem cum vniuersoꝝ p̄ncipio. Quod licet sit vnū: tñ diuersimode a rebus creatis est imitabile. Ydee au

V ef

tem rerū si referāt ad res creatas: quaꝝ sunt ydee: plures ꝛ multe sunt: ꝫm ꝙ alias ꝛ alias habitudines ad mentē diuinā terminant. Silr̄ habemus de centro circuli: qḋ ꝫm se ē vnū tm̄: si aūt centrū referat̄ ad lineas que ab ipo ꝓcedunt: qḋā modo est plura. Uniuersale itaqꝫ añ rē tpe ꝛ natura simul: non habet rationem vniuersalis p̄dicabilis: qḋ nominat formā formaliter suis particularibus ꝛ inferioribus ꝯiunctā. Sed tale vniuersale habet rationē vniuersalis exēplaris: ad cuius imitationē oim̄ quoꝝ est ydea sūt ꝓducta (Sunt aūt ydee ꝫm Aug⁹. forme p̄ncipales rerū: q̄ in diuina intelligētia ꝯtinent̄) Dicit̄ aūt ydea ab ydos qḋ est forma vel exēplar. Ydee em̄ rerū ꝛ exemplar ꝛ rationes sit in deo sunt ꝙ ydea importat causam efficientē ꝛ cōformē effectui: sed exemplar causā formalē. Ratio vero causam finalē. Deus em̄ oim̄ rerum est p̄ncipium efficiēs a quo sunt. Et forma exemplaris ad cuius imitationē fiunt: et finis ad quē fiunt (Om̄ ꝓpter se oia opatus est de⁹: scꝫ ꝓpter suā gloriam non augendā sed manifestandā: ꝛ ꝓpter suam bonitatem cōmunicādā) Uidem⁹ em̄ in nobis ꝙ oēs forme rerū artificiatarū sequunt̄ vnū exemplar qḋ est in mente artificis: et tale vniuersale dr̄ añ rē: q̄ tale vniuersale ꝫm naturā p̄cedit singularia: q̄ est causa ꝛ exēplar singularium: mō causa p̄cedit effectum: etiam p̄cedit singularia tpe: q̄ tale vniuersale est etnū singularia vero sunt corruptibilia. Modo eternū p̄cedit corruptibile duratione

Sed vniuersale añ rem natura tm̄: est forma cōsiderata ꝓut est radius lucis p̄me: quō cōsiderat̄ in ratione p̄ncipij fluētis nō determinatū ad aliquod suppositum ꝛ indiuiduū: ꝛ dicit̄ vniuersale ante rem natura tm̄: q̄ forma talis natura .i. ꝫm naturalem ordinem intelligendi precedit singularia licet non tpe: alias rediret opinio platonis dicentis vniuersalia ꝛ naturas omnino esse separatas: tā ꝫm esse q̄ ꝫm rationem: ꝛ ex. oēm intellectū esse: tam diuinum causantē et cognoscētem: q̄ extra humanum cognoscentem tm̄: ꝛ dixit sic naturā hūanā esse sine suppositis et sine eis existere. Est em̄ articulus parisiensis condēpnat⁹ dicere ꝙ ab eterno fuerunt extra deum quidditates alique vel vniuersales rationes. Quales fantasiati sunt quidā esse vniuersalia realia p̄ter deum et preter omnem intellectum operationem seu cōceptum. Fuit ꝛ scd̄a opinio epicureoꝝ qui dicebant vniuersalia esse simpliciter eadē cum singularibus ꝫm essentiam: coniuncta singularibus tam ꝫm esse q̄ rationem.

Tercia positio fuit Aristotelica ꝛ paripatetica que tenet mediū: dicens ꝙ vniuersalia sunt ꝯiuncta singularib⁹ ꝫm eē existentie: quia non est homo preter hūc hoiem: ꝛ canis p̄ter hunc canem. Separata autem ꝫm rationē .i. ꝫm modū intelligendi: non solum ꝫm rationē raciocinātem naturā tm̄: sed etiam ꝫm rationē rei ꝛ naturam rationabilis. Dicitur em̄ .vij. meta. Contingit intelligere hoiem preter hunc hoiem. Abstrahentiū em̄ nō est mēdacium .ij. phicoꝝ. Multa enim coniuncta sunt ꝫm esse existentie: que tn̄ intellectus diuisim apprehēdit ꝛ intelligit. Albedo em̄ ꝛ dulcedo ꝛ lac sunt vnū ꝫm eē tn̄ distincte a distinctis potentijs cognoscant̄. Aliud est vniuersale in re: ꝛ est forma eadem in singularibus accepta et in singularib⁹ participata: vt natura humana cōsiderata vt habet existere in suppositis: et dicit̄ vniuersale in re: q̄ talis natura ꝫm esse existentie est in singularibus. Tercium est vniuersale post rem ꝛ est eadem forma vel natura per lumen intellectus agētis a singularibus abstracta: et per intellectum possibilem vniuersaliter apprehensa. Et dicitur vniuersale post rem: quia abstrahitur a singularib⁹ per lumen intellectus agentis. Intellectus enim noster post inspectionem fantasmatum causatorum a rebus extrinse-

cis sensibilibus: format primo cōceptus
vagos ab omi cōnotatione accidentium
vt a situ a loco a figura a tempore: et sic
de alijs. Quo facto remanet in anima si-
militudo essentialis in qua conueniūt ex
terius a parte rei omnia sensata que sūt
eiusdem generis vel speciei. Exemplum
primi animalitas. Exemplū scdi huma-
nitas: qua denudatiōe sic facta remanet
absolutus ⁊ vniuersalis cōceptus aialis
Remanet insup specificus et absolutus
conceptus hois: quos significant voces
iste animal ⁊ homo. Et si querat vbi
est humanitas adextra Rndet ꝙ in hoc
homine singulari ⁊ in alio similiter. Et si
nullus esset singularis homo: nulla pma
neret exterius humanitas. Qm destru-
ctis primis substantijs .i. indiuiduis: im-
possibile est aliqd aliorū remanere .i. ge-
nerib⁹ ⁊ speciebus: vt dicit Aristoteles.
Nihilominus adhuc remaneret hoc vni
uersale humanitas interius in mente an
geli: sicut ante mundi constitutionē erat
put nūc est vniuersalis ratio humanita
tis in mēte dei: sicut destructis singulis
domibus ab vno architecto constructis
remanet forma artificialis in mente do-
mificatoris. Considerādum postremo
ꝙ cum omnis scientia sit vniuersalium.
Uniuersale autem est per abstractionem
non sm esse sed per intellectus conside-
rationē: inquantū talia cōsiderātur abs-
qȝ materia ⁊ singularibus. hoc autē pōt
fieri tripliciter. Uno modo vt intellect⁹
cōsiderat aliqd itelligibile absqȝ hac ma
teria sensibili: sicut hominem nō conside
rando hunc sortem: quāuis talia intelli-
gat cum materia sensibili in communi. ⁊
talis abstractio vocat phisica .i. natura-
lis: quia phisica considerat vniuersale in
re. Unde scientia naturalis est sic de ab-
stractis non tamen excludit materiā sen
sibilem in communi quia intelligit homi
nem cum carnibus et ossibus in cōmuni
Non tamē cōsiderat cum istis carnibus
et ossibus particularibus. Secundo
modo potest fieri hec abstractō: vt scȝ in
tellectus consideret rem non solum sine
hac materia sensibili Sed cōsiderat rem
etiam absqȝ cōsideratione sensibilis ma
terie in communi: licet eam cōsideret cu
materia intelligibili. Unde potest cōside
rare circulum sine materia sensibili: scili
cet ere ferro ligno. Sed quia oportet q
circulus sit in aliqua materia: nō intelli
gitur sine materia intelligibili: et talis ab
stractio vocatur mathematica: quia de
talibus abstractis sunt sciētie mathema
tice: que etiam considerant vniuersale in
re. Tercio potest aliquis intellectus
considerare rem aliquā: et sine hac mate
ria sensibili: que est abstractio phisica E
sine materia sensibili in cōmuni licet in
telligibili: que est abstractio mathemati
ca: et etiam sine materia sensibili ⁊ intel
ligibili: ⁊ hec est abstractio methaphisic
vt actum et potētiam possum cōsiderar
sine materia sensibili ⁊ intelligibili: et si
metaphisica cōsiderās naturas rerū ab
solute cōsiderat vniuersale ante rem: n
tura tm̄. Sed theologia considerat vni
uersale: ante rē natura ⁊ tempore simul
Abstractio autem intellectus nō est rea
lis separatio: sicut cultellus separat ca
nes ab ossibus: sed vnius cōsideratio s
ne altero: sicut visus videt colorem i po
mo nō considerando de sapore. Et qui
vt talia sic cōsiderātur abstracta: cōpet
eis vt dicātur de multis sicut sunt i mu
tis. Quia vniuersale sm phm primo p
steriorum. Est vnum in multis et vnu
de multis: ideo est alia abstractio que
las consequitur que est per predicatio
et sic homo est abstractum cōmunita
pdicationis quia predicatur de sorte
platone. Et tale est vniuersale post re
quod logicus considerat. Hec que dic
sunt de vniuersalibus sufficiant ne re
dispendio tedium inducat. Materia e
hec de vniuersalibus ad ysagogas po
phirij pertinet. ¶ Septimo queritur.
Utrum ens ⁊ vnum vel rerum vel deu

Ex dictis infertur sm sniam. S. Bo-nauentu. in. ij. senten. dis. iiij. Et Alexan-drum parte. ij. q. xxiij. Qz i angelis vltra cognitionẽ matutinã & vespertinã nõ po nitur tercia differẽtia cognitionis scz me ridiana. Ratio huius colligit ex eisdem doctoribus: nam sicut se habet res ad eẽ ita ad cognitionẽ: cuz cognitio rei sequa tur esse eiusdem: sed sm Aug⁹. & Hugo-nem canonicũ regularem sancti victoris ecclesie parisiensis: triplex est esse rerum creatarum. Habent eñ pmo esse in arte eterna scz in verbo: eternaliter immuta-biliter & incorruptibiliter. In intellectu angelico per species cõcreatas & similitu dines impssas intelligibiliter. Et in mun do vicz in pprio genere siue i materia vl in natura ppria: tpaliter mutabilit & cor ruptibiliter: sm q dicit scriptura Geñ. j. Dixit deus. Fiat fecit: & factus est. Fiat refert ad cognitionẽ angeli matutinã q habent in verbo. Fecit ad cognitionẽ re rum in ipo angelo: et factum est ad cgni tionẽ rerum in pprio genere. Et exẽplifi-cat. S. Aug⁹. Verbigra. Lapis in seipso est substãtia mutabilis: quia in calcẽ cõ-mutabilis. In angelico intellectu vel in nostra cogitatione similitudo lapidis: in arte dei: sciẽtia interminabilis vite dura bilis. Cum eñ artifex domũ facere cogi-tat: iam domus in arte viuit quã postmo dum man⁹ artificis edificat: sed illa quã manus edificat corruit. Illa vero que in arte viuit pmanet. Cum ergo sm pprie-tatem essendi sumat ratio cognoscendi. hinc est q esse rerum in verbo: in angelis correspondet cognitio matutina cum sit tanq̃ in principio rerũ. Sed esse rerum in seipso angelo: vel in pprio gener e: corre-spondet cognitio vespertina cũ sit in cre atura que inquantũ est in creatura est in declinatione & casu. Ex dictis patz scdm Alexandrum q in angelo sunt ponende tm due differentie cognitionis: & tres ra tiones cognoscendi: correspõdentes tri-bus modis essendi rerum. Primũ patet Nam angelus cognoscit res: aut in crea tore scz verbo eternaliter incorruptibili-

ter ꝛ vt in causa: et hec cognitio dr̄ matutina: aut in creatura: ꝛ hoc vel cognoscēdo res in seipō: vel in ꝓprijs generib⁹ tēporaliter corruptibiliter et vt create. Et hec dicitur cognitio vespertina. Scdm patet: nam angelus vltra cognitionē rerum in verbo seu creatore: etiā cognoscit res in seipō p spēs sibi ꝯcreatas. Angeli eñ cognouerūt res fiendas in seipis angelis ƀm ordinē nature añq̄ fierent. Cognoscūt etiā res in ꝓprio genere. Nō anteq̄ fierent sed iam factas per spēs acceptas: accipiēdo spēs ab ipsis rebus. Licet eñ vtrobiq̄ cognoscūt res p earū species differēter tñ: et patet exemplū de artifice qui aliter cognoscit rem scʒ archaʒ: anteq̄ fiat ꝛ postq̄ facta est: ꝛ tñ vtrobiq̄ per spēm cognoscit. Patet ex iam dictis quō est ponere tñ duas differentias cognitionis in āgelo: ꝛ tñ sunt ei⁹ tres rōnes cognoscēdi: ꝛ quō hmōi tres rationes differūt: qm̄ illa q̄ est in verbo nullo mō dependet a re creata ꝛ illa est potior: sed illa q̄ est in āgelo ad minus depēdet a forma vel specie cōcreata ipi angelo: qꝛ intelligētia est plena formis: sed illa q̄ est in rerū in ꝓprijs generib⁹: simpliciter dependet a rebus creatis. Etiā patet q̄ iste tres rōnes cognoscēdi differūt ƀm nobilitatē earū. Nobilior est eñ forma increata q̄ concreata ipi angelo: ꝛ cōcreata q̄ forma a rebus accepta: qꝛ corrūpitur cū rebus: sed cōcreata semp manebit in angelo: sed fortasse q̄reret. Cum meridies sit quasi media pars diei inter mane ꝛ vesperā: videt̄ q̄ debeat poni tercia differētia cognitionis que diceretur meridiana. Quod sic probat̄: qm̄ aliud est intueri lumen solis ꝛ rem in lumine solis: ergo similiter aliud est intueri verbum ꝛ res in verbo. Sed cognitio rerū in verbo dicit̄ matutina: ergo cognitio ipius verbi non videt̄ dici matutina ꝛ constat qd̄ non dicitur vespertina: ergo meridiana. Respōdetur q̄ angelus cognoscit ꝟbum et res in verbo per ipm̄ verbum: ergo vtrobiq̄ est idē ꝑncipiū cognoscēdi ergo eadem est cognitio i specie: sed illa est matutina qua cognoscunt̄ res in verbo per ꝟbum nec est simile de visione solis ꝛ eius qd̄ videt̄ in lumine: ꝛ de cognitione verbi ꝛ ei⁹ quod videt̄ in verbo. Uisio eñ alicui⁹ in lumine solis non est idem qd̄ visio solis. Uisio eñ alicui⁹ in verbo est idē qd̄ visio verbi: res eñ in verbo est idē qd̄ ipm̄ verbum: visum aūt in sole nō est idē qd̄ sol: vñ dicit Ansbelmus q̄ creatura in creatore nihil aliud ē q̄ creatrix essentia: ƀm qd̄ dr̄ Joh. j. Quod factū est in ipso vita erat. Nō eñ dicimus q̄ lapis habet esse lapidis in deo: ꝛ sic de alijs: sed eē qd̄ hʒ in deo est esse increatū: non aūt sic est in angelo vel in aīa vbi sunt spēs rerū q̄ nō sunt angelus vel aīa. Cum ergo cognitio sequat̄ esse rei: ergo matutina vel diurna cognitio dicit̄ illa: q̄ cognoscit rē ƀm esse qd̄ habet in verbo ꝛ ipm̄ verbum: quod idem est cum rebus in ipō. Potest tñ dici q̄ ad meridiē q̄ habet lucē clarissimā ꝛ caret ꝑncipio ꝛ fine referri pōt meridiana cognitio: nō ad cognitionē angeli: sed ad cognitionem dei que est clarissima et eterna: qꝛ nec ꝑncipiū nec finem habet.

¶ Quartus articulus ꝓpositus de intellectu angelico fuit de obiecto intellectus angeli. Dicendū q̄ obiectū angelici intellectus attingibile p naturā est ens creatum: et p grē lumen est cū hoc ens increatū: qd̄ est deus: vñ hic ponēda sunt quatuor dubia. Primū qualiter angelus cognoscit qd̄ supra est scʒ deū. Scdm q̄liter cognoscit qd̄ iuxta se est scʒ angelum. Terciū qualiter cognoscit que sunt īfra se scʒ corporalia. Quartum qualiter cognoscit habitus qui sunt intra se. Primum dubium cōcurrit ens increatum: alia tria membra ens creatum. Ad ꝑmū dubiū ꝛ similiter ad alia sequentia rñdet Alexander in. ij. parte. q. xxiiij. Qꝛ deus vno mō sine omī medio videt̄ et cognoscitur ab angelo: ꝛ nihilominus per effectum siue similitudinem. Lux eñ materi

EE Quartus articulus

alis nō cognoscit̄ p ydolū siue speciem. Ydolum eñ est rei habētis ꝓpriā figurationē: sed lux nō habet: ergo nō est ei⁹ ydolum. Ecōtra aūt est de colorato qd habet ydolum ꝛ similitudinē siue speciē mediā te qua dep̄hendit̄ a visu. Similiter dicēdum ꝙ lux summa ꝛ increata ydolū non habet: vñ nō intelligit̄ de⁹ ab angelo: vel ab aīa beata sub similitudine ꝛ specie aliqua media: sed seipo scʒ suā essentiā: nec oportet mediū aliqd intercidere: qm̄ de⁹ semp est pn̄s angelo ꝛ aīe beate: nec aliō aliqd ex parte sui requirit̄: tn̄ cognoscentis requirit̄ assimilatio: q̄ fit in intellectu cognoscētis: vel per donū nature: scʒ ꝙ est ad imaginē dei factus ꝛ hec est prima assimilatio: vel p grām: ꝛ hec est maior. vel per gliam: ꝛ hec est maxima et perfectissima. Sic ergo exigit̄ hec assimilatio: vel ista: vel alia p quā cōiungat̄ vel vniatur intellectus cū deo. Potest etiam cognosci p suos effectus reptos in creaturis: sicut si dicat: hec creatura est bona: ꝛ nō est bona a se: ergo ab alio: sed si q̄rat̄ vel ab alia creatura: vel ab alio q̄ a creatura: ꝛ tūc conijcit̄ ꝙ ab alio q̄ a creatura. Et tūc conijcit̄ aliquā subām esse icreatā primam: qm̄ abire in infinitū non est. sed sic non est in angelo: sed angelus cognoscit deum vel per ipm̄ vel p similitudinē seu assimilationē nature grē vl' glorie ab ipso acceptā: et ideo certissima est eius cognitio qua cognoscit res in verbo qm̄ p ipm̄ verbū cognoscit vbum: et per ipm̄ verbum alia. Ad scdm̄ dubiū dicendū ꝙ quadruplex est modus cognoscēdi vnū angelū ab alio. Primus est p effectū ꝛ iste cōis est aīe ꝛ angelo. Si eñ vt supra dictum est. viij. questione aīa cognoscit angelū ex suis effectibus ꝛ opationibus: multo fortius vnus angelus aliū quia vident angeli effectus suos inter se magis q̄ anime. Et angeli boni ꝛ anime sancte melius q̄ angeli mali et aīe non sancte: ꝓpter maius posse quod est in aīabus sanctis ex gratia q̄ in demonib⁹. Secundus modus cognoscendi est per scripturas ꝫm qd inuenim⁹ eos diuersimode apparuisse diuersis ꝛ in diuersis locis vt patet tam in veteri q̄ in testamēto nouo. Tercius ꝛ quartus modus sunt circūscripta omni operatione et sic est simpliciter cognoscere: et hoc dupliciter: vel in verbo: vel in proprio genere siue in se. His enim duobus modis cognoscit vn⁹ angelus alium: vel in deo scʒ in vbo: vel in genere ꝓprio: vel in seipo. Loquēdo ergo de hoc quarto mō cognoscēdi angelū dicendū ꝙ vnus angelus ꝯgnoscit aliū p spēm nō innatā sed potius acquisitā: qꝛ ipē eam sibi facit in se. In angelo eñ est duplex natura: scʒ dandi formas intelligibiles: ꝛ recipiēdi eas ab alio: ꝛ iste due nature sunt in angelo sicut in anima: nā in eis est natura speculi: ꝛ sic possunt recipere formas intelligibiles: ꝛ ratio luminis: ꝛ sic possunt dare eas: nō tn̄ ꝫm rationem ꝓprij luminis ꝫm rōnem p̄mi luminis supinfluentis. Dicendū ergo ꝙ vnus angelus ꝯgnoscit aliū per spēm siue similitudinē ꝛ accipit illā spēm a specie alterius angeli. Constat eñ ꝙ non accipit speciem essentialē angeli: sed remanente in eo ꝓpria specie: angelus cognoscēdo alium similitudinē illius accipit. Angelus igit̄ cognoscēs similitudinē alterius angeli recipit illius speciē: ꝛ sic habet naturam speculi ꝛ sibi dat: qm̄ facit ꝙ in se sit illa similitudo: ꝛ sic habet rationē lumis.

Terciū dubium qualiter angelus cognoscit res corporales inferiores se. Dicendū sicut lux corporea habet potentiā multiplicādi se in diuersis partib⁹ aeris: ꝛ etiā spēm rei colorate: ita dicendum est de angelo ex parte qua angelus est lumē spirituale: habet posse vt det esse spirituale similitudini corporali ꝛ sic eam intelligit. Quartum dubium qualiter angelus cognoscitur que intra se sunt scʒ habitus: tam naturales q̄ acquisitos ꝛ gratuitos. Ad quod dicendum ꝙ tam bon⁹ q̄ malus angelus cognoscit iusticiā na-

turalem ⁊ acquisitam per speciem suam: que tamen spẽs ſm Alexandrū non est aliud ꝙ res ipse: ſ cū ſm Augustinū bonus angelus cognoscit speculatiue ⁊ practice: vnde presens est in suo intellectu ⁊ in suo affectu: sed malus speculatiue tm̄ cognoscit iusticiam ꝑ se ipsam ſm quod est in intellectu. id est per simitudinē. Si aūt queraṫ: vnde habet angelus malus spēm iusticie ⁊ ceterorum habituum. Dicendum ꝙ spẽs omniū habituū date sibi sunt ab exordio sue conditionis: nec eos amisit per peccatū: quoniā habere spēm rei: quā tamen rem ipse non habet nec habere potest: nō est ei nisi pena. De iusticia ꝟo gratūfaciente: dicendū ꝙ bon⁹ angelus eam cognoscit per seipsam: sed malus tm̄ per eius effectum: sed per hoc quod videt opera gratuita que ab alijs habenṫ. Subtilius tamē videt ⁊ maiori cognoscit expientia ꝙ homines cognoscūt. ¶ Undecimo queriṫ De intellectu humano specialiter sub duobus articulis. Primus articulus erit de intellectu anime ꝯiuncte. Scd̄s erit de cognitione intellectus anime sepate. ¶ Primus articulus. Intellectus anime ꝯiuncte corpori humano: cognoscit se ⁊ alia per species: non innatas ⁊ ꝯcreatas (vt voluit Plato: qui dixit ꝙ scientie ⁊ virtutes anime essent in exordio ei concreate: sed cū infundiṫ corpori ꝓpter corporis grossiciē ⁊ molem obliuiscitur omnium. Et per interualla temporū addiscim⁹: ⁊ recordamur priorum quorum obliti sumus: ⁊ sic nostrum studium non est aliud ꝙ quoddam reminisci) sed per species acquisitas ⁊ a rebus ⁊ earum fantasmatibus ꝑ intellectum agentem abstractas ⁊ acceptas: que quidem species sunt naturales rerum similitudines: per quas species intellectus noster possibilis: primo intelligit alia: ⁊ ex consequēti se ⁊ alia que sunt in ipso: de hoc supra dictum est latius: q̄stione. iij. huius capituli. Falsitas huius opinionis Platonis claret ex hoc: q̄ intellectus noster inest corpori vt ꝑfectio eius. Corpus autem est ꝓpter bonū anime ⁊ non econuerso: ergo corpus non impediret huiusmodi cognitinem si scientie ⁊ virtutes essent ei concreate. Finxit enī plato ꝙ omnes anime in ꝑncipio simul fuere create in comparib⁹ stellis: ⁊ postmodum formatis corporibus ad corpa viuificanda descendunt ⁊ obliuiscūṫ prius cognitoꝝ: error hic prius reprobatus est. ca. xxvij. Esset enim mirum qualiter ista nos laterent q̄ essent naturaliter cognita. Cognitio enī principiorū que nobis naturaliter sunt cognita (videlicet om̄e totum est maius sua parte: ⁊ sic de alijs) nos latere nō possunt: vt dicitur. j. posteriorum. Hic incidentaliter queritur: qualiter Adam ⁊ posteri sui tempore innocētie intellexissent ⁊ cognouissent An etiam paruuli per interuallum temporis in sensu ⁊ cognitione ꝑfecissent.

Ad primum respondet sctūs Bonauentura in breuiloqoio: ꝙ in statu innocentie cum imago dei ad quam homo fuerat conditus non erat vitiata: sed deiformis per gratiam effecta: sufficiebat liber creature tm̄ in quo seipsū exerceret homo ad ꝯtuēdum lumē diuine sapiētie (Est enī creatura mundi q̄si q̄dam liber in quo relucet ⁊ repn̄taṫ ⁊ legiṫ trinitas fabricatrix) vt sic sapiēs esset homo cum vniuersas res videret in se: videret in ꝓprio gn̄e: videret ī arte eterna: ſm qd̓ res tripliciter habent esse: scꝫ in materia: vel in natura ꝓpria: ⁊ in ītelligētia creata. scꝫ in intellectu angelico per species cōcreatas: ⁊ ītellectu hūano ꝑ spẽs a fantasmate abstractas. Et ī arte eterna. scꝫ in ꝟbo.

Propṫ quā triplicē visiōꝫ accepit hō triplicē oculū: sicut dicit Hugo in sentētijs. videlicet oculum carnis: rōnis ⁊ cōtemplationis. Carnis quo videt mundū ⁊ ea que sunt in mundo. Oculum rationis: quo videt animam et ea que in anima sunt. Oculum contemplationis: quo videt deum, et ea que sunt in deo. Et sic

Oculus triplex

oculo carnis videt homo ea q̄ sunt ex̄ se. Oculo rōnis que sunt intra se. Oculo cō templationis que sunt supra se. Postq̄ vo tenebre peccati intrauerūt in aniam. oculus contemplationis q̄ ꝛ mens dicit̄ extinct⁹ est: vt nihil videt. Oculus vero rationis lippus est effect⁹ vt dubie videt solus oculus carnis in sua claritate permansit. Homo igit̄ post lapsum: q̄a oculum carnis habet: mūdum videre potest ꝛ ea q̄ sunt in mundo. Oculū vero rōnis habet ex parte: animā similiter ex pte videt ꝛ ea q̄ in anima sunt. Oculū vero cō templationis nō habet: deū ꝛ ea q̄ in deo sunt nō valet videre. Fides ergo necessaria est qua credant̄ q̄ nō vident̄. Qui q̄dem oculus contēplationis actū suū pfectū nō hab; nisi p gr̄iam: quā amittit per culpam: recupat per gratiam ꝛ fidem et scripturaꝝ intelligentiā: q̄bus mens purgat̄: illuminat̄ ꝛ perficit̄ ad celestia contemplanda: ad que homo puenire nō potest nisi prius defectus ꝛ tenebras ꝓprias cognoscit. De cognitiōe adam ꝛ statu innocentie plura supra dicta sunt. v. caplo.

Ad scom quo querit̄. Utrū paruuli in statu innocentie p interuallū tpis sensu ꝛ cognitione ꝓfecissent. Respondet magister: ꝛ cū eo sctūs Bonauen̄. in. ij. dist. xx. q sic. Aīa enī dū est in corpe: complectiōem corpis imitat̄. Et q̄n in infantia est mollis ꝛ fluida complexio cerebri: ideo non pōt ibi esse fortis impssio sup illas: vnde sicut facies nō relucet in aqua mota: sic paruuli nō essent idonei statim ad vsum cognitionis. Habuissent tamen paruuli in statu innocentie mox nati sciētiam q̄tum ad habitū: nō tamē q̄tū ad actualem ꝯsiderationē ꝓpter organi ineptitudinē. Unde sicut paruuli baptisati dicunt̄ habere virtutes in mūere: non in actu vel vsu: sic intelligendū est hos paruulos habuisse scientiam: ꝛ postmodum complexione facta habili ad ꝯsiderandū statim essent in actu ꝯsideratiōis sine penuria ꝛ labore. Pariformiter paruuli in statu innocentie expectassent etatem ad ambulandū ꝛ ad loquendū: nec hoc est sine ratiōe. Teneritudo enī membroꝝ debet̄ ꝓli hominis ꝓpter bonitatē complexionis ꝛ cōgruentiam naturē q̄ procedit a debili ꝛ impfecta complexione ad perfectam. Unde paruuli habēt teneriora mēbra q̄ adulti: ꝓcessus aūt in incremento nō esset miraculosus sed naturalis etiā tempore nature institute. Et licet quorūdam animaliū fetus statim q̄n nascunt̄ possunt ambulare nō tamē ꝓpter hoc filij hominū. Ratio: q̄a animalia alteri⁹ cō plexionis sunt ꝛ organisatiōis. ¶ Scd̄s articulus Est de cognitione anime sepate. Consederandū ƀ; sctm̄ Tho. parte. j. q. lxxxix. arti. j. Qz cum nihil opet̄ nisi inq̄ntum est in actu: modus opandi vniuscuiusq̄ rei ꝯsequit̄ modum essendi ipsi⁹ Habet aūt anima aliū modū essendi cū est sepata manente tamē eadem natura anime. Anime igit̄ ƀm modū illū essendi quē habet cū est corpori vnita: competit modus intelligendi qui est ꝯuertendo se ad fantasmata corpoꝝ q̄ in corporeis organis sunt. Cum aūt fuerit a corpore separata: cōpetit ei modus intelligēdi per cōuersionem ad superiora: ꝛ ad ea q̄ simpliciter intelligibilia sunt. sicut ꝛ alijs substantijs sepatis. Unde modus intelligendi p cōuersionē ad fantasmata est ei nālis: sicut ꝛ corpori vniri. Sed esse sepatū a corpe est ei p̄ter rōnem sue nature: ꝛ similiter intelligere sine ꝯuersione ad fantasmata. Intelligit ḡ aīa sepata: nō quidem per species inatas sicut angelus: q̄a nō habet eas: cū a principio sit vt tabula rasa. Nec p species quas abstrahit a sensibus: q̄a non habet organa sensus ꝛ fantasiam seu imaginatiōem: q̄bus mediantibus abstrahant̄ species intelligibiles a rebus. Nec etiam per species prius abstractas: ꝛ postea cōseruatas: quia sicut anima pueri nihil intelligeret post mortē Sed intelligit per species ex influētia diuini luminis participatas: quarū anima

fit particeps ſicut ꝛ alie ſubſtantie ſepa-
rate q̃uis inferiori mõ: qꝛ natura aie eſt
infra naturã angelicã cui ille modus eſt
cõnaturalis. Ideo aia ſeparata ꝑ hmõi
ſpẽs non hꝫ perfectã rerũ cognitionem:
ſed quaſi in cõi ꝛ cõfuſam de omibus na
turalibus: ꝛ ideo nõ fruſtra laborat hic
ad habendã ſcientiam: quia ſciẽtia hic ac
q̇ſita eſt ꝓpria ꝛ perfecta ꝛ non confuſa:
vt illa. Remanet ergo in anima ſeparata
habitus ſcientie hic acquiſite: ſed non re
manet actus ſm eundẽ modum ſciendi
ſcꝫ per cõuerſionẽ ad fantaſmata: ſed ꝑ
conuenientẽ modũ aie ſeparate. Nã ſci-
entia remanet in intellectu anime ſepa-
rate: quia ſcia in intellectu anime per ſe
corrumpi non poteſt vt aliq̇d corrumpi
tur a ſuo cõtrario: vt frigidum calidũ: qꝛ
ſpẽbus intelligibilibꝰ que ſunt in intelle
ctu poſſibili nil eſt cõtrarium: nec ꝑ acci-
dens corrumpit talis ſpẽs ſcꝫ per corru
ptionem ſubiecti: quia ſubiectum ſciẽtie
qḋ eſt intellectus eſt incorruptibile.

Hic incidũt dubia de cognitione anie
ſeparate in particulari. Primum quali-
ter anima ſeparata cognoſcit ſenſibilia
ꝛ imaginabilia. Scdm qualiter ania ſe-
parata ſeip̃am ꝛ alias ſubſtantias ſepa-
ratas cognoſcit vicꝫ alias animas ſepa-
ratas ꝛ angelos ꝛ deum. Tercium eſt de
cognitione animarum ſanctoꝝ in limbo
ante apertionẽ ianue celeſtis .i. clare viſi
onis dei. Quartum ẽ de cognitione par-
uulorum in ſolo originali decedentium.
Quintum de cognitione animaꝝ in pur
gatorio. Sextum de cognitione animaꝝ
damnatarũ. Ad primũ dicendum ſm
San. Bonãuent. in .iiij. diſt. xlii. q. j. Qꝛ
anima rõnalis ſeparata ꝓpter ſui ſimpli
citatem ſpũalitatem ꝛ libertatem ꝑ potẽ
tiam ſuam intellectiuã cognoſcit oĩa ſen
ſibilia exteriora ꝛ interiora: q̃ ip̃a cogno-
ſcebat adhuc ꝯiuncta corpori ſuo orga-
nico. Nã aĩa ſeparata ꝑ vnã potentiam
intellectiuam dr̃ res ſentire ſub ꝯditioni-
bus materialibꝰ p̃ñte mã: ꝛ hoc ꝓpriũ eſt
ſenſus exterioris: ꝛ res ſb̃ ꝯditionibꝰ ma
terialibꝰ abſente mã: ꝛ hoc eſt imaginati
onis: ꝛ illas etiã res intelligit abſtractis
oĩbus mãlibus. Et ideo aĩa ſepata recte
dr̃ ſentire imaginari ꝛ intelligere: nõ ꝑ di
uerſas potẽtias ſcꝫ ꝑ vnã ſcꝫ intellectiuã
q̃ potẽtior eſt oĩbus his: ꝛ eſt ſile. Sicut
vnus angl̃s vi ſua ptãtiua ſiue opatiua
ꝓpter ſuã ſimplicitatẽ ꝛ ꝑfectionẽ (vt di
cit Bonauẽ. in .j. diſ. j.) ꝗcũ nõ habeat ma
nus ſine organo medio põt facere illud
ad qḋ hõ neceſſario ĩdiget organo: vtpo
te pottũ figuli: ꝓijcere lapidẽ: interficere
ſine haſta: gladio ꝛ manu exercitũ: ꝓut
legit .iiij. Reg. xix. Angelus ꝑcuſſit in ca-
ſtris aſſyrioꝝ centũoctoginta q̇nqꝫ milia
in momẽto (Nã eĩn opat paulatim An
gelus repẽte: deus in inſtãti) Dicunt he-
brei ꝙ corpa fuerũt incinerata ſub armiſ
veſtibꝰ intactis: ita ꝙ ppl̃s ezechie potu-
it ſpolia defacili colligere ꝛ ſine cadaueꝝ
fetore. Angl̃s etiam põt vi ſua cognitiua
facere ꝑ vnum qḋ hõ ſine aĩa ꝯiũcta põt
ꝑ plura: vñ iuxta methaphiſicalẽ de itel-
lectibꝰ angelicis ꝯſiderationẽ: quãto ſũt
imꝑfectiores ꝛ a p̃ma luce diſtãtiores: tã
tomagis plurificant pluribꝰ egẽtes ſpe-
ciebꝰ ꝛ actibus q̃ ꝑfecti. Et certe ſic expe
rimur in humanis intellectibꝰ: ꝙ p̃ſtanti
ores tã ingenio nãli q̃ exercitio doctrina
li ſub paucioribꝰ ꝯceptibꝰ plura maiora
qꝫ ſub vniuerſalitate cognoſcunt. Ex di-
ctis ꝯcludit ꝙ aĩa ſepata ꝑ potẽtiam ſen
ſitiuã nihil põt opari ſicut nec ꝑ vegeta-
tiuam qm̃ dependẽt ab organo: ſed ꝑ in-
tellectũ oĩa ſenſibilia imaginabilia ꝛ in-
telligibilia cognoſcit. Ad maiorem au-
tem intelligentiam eſt notãdum ꝙ ſicut
in omni potentia eſt aliq̇d quo eſt fieri: ꝛ
aliq̇d qḋ eſt facere: ſic ꝛ in oĩ cognitiõe:
ꝛ cum hec ſit prima diuiſio potentie per
actiua ꝛ paſſiua: neceſſe eſt iſta differre.
Veruntamẽ ſm gradus minoris ꝛ maio
ris ſimplicitatis ꝛ ſpũalitatis habẽt ma-
iorem ꝛ minorem differentiam. Intelle-
ctiua nanqꝫ ꝓ eo ꝙ eſt ſpũalior ꝛ abſtra-

ctior habet vtrãq; potẽtiam que respicit substantiã spũalem: ita ꝙ actiua ratione ipsius quo est: ⁊ passiua rõne ipius qđ ẽ scʒ materie ⁊ forme. In potentia aũt sensitiua q̃ est minus spũalis: actiuã potentia est ex parte anime: passiua ex organo. Et ideo: quia sensus non est sine actione ⁊ passione: ideo sentire đr operatio coniuncti. Et iterũ cum actiua nihil agit sine passiua: ⁊ qñ anima amittit corpꝰ amittit passiuã respectu actus sentiẽdi: ideo impossibile est ꝙ aliquo sensu vtat̃ siue exteriori siue interiori q̃diu est separata. Et ideo dicendũ ꝙ aĩa separata ꝑ potẽtiam intellectiuã intelligat et cognoscat quibꝰ nunc ⁊ angelus silr. His inq̃ tribuʒ modis aperte rei cognite: ⁊ illud dicit̃ intelligere imaginari ⁊ sentire. Ad scđm dicendum ꝙ anima separata perfectã cognitionem habet de alijs animabꝰ separatis loquẽdo de cognitione naturali aĩe vñ ⁊ diues in inferno vidit abraam ⁊ lazarum. De angelis vero hʒ impfectã cognitionem. Pro huius declaratione dicit San. Tho. vbi supra. arti. ij. ꝙ ꝑ hoc ꝙ anima separata cognoscit seipam accipere possumus qualiter cognoscit ⁊ alias substantias separatas. Et q̃diu aĩa est corpori vnita: vt dictũ est supra: intelligit cõuertendo se ad fantasmata: ⁊ ideo nec seipam intelligere pfecte põt: sed cuʒ fuerit separata intelligit non cõuertẽdo se ad fantasmata: sed ad ea que sunt ẜm se intelligibilia; vñ seipam pseipam intelligit. Est aũt cõmune oĩ substãtie separate: ꝙ intelligit id quod est intra se: ⁊ id quod est supra se per modum substantie sic enim intelligitur aliquid ẜm quod est in itelligẽte. Est autem aliquid in altero per modum eius in quo est. Modus autem anime separate est infra modũ substantie angelice: sed est conformis modo aliarũ animarum separatarum: et ideo vt dictum est anima separata habet cognitionem perfectam de alijs animabus separatis. Sed impfectam de angelis: si tamen perfecte cognoscantur angeli ab animabus separatis: hoc non contingit naturali cognitione. Nec anima separata cognoscit particularia que hic agunt̃. Quia anima separata per hoc qđ cognoscit singularia qđãmodo est determinata ad illa ver vestigiũ alicuiꝰ p̄cedẽtis cognitionis vel affectionis: vel per diuinaʒ ordinationẽ. Anime aũt mortuoꝝ ẜm ordinationẽ diuinã ẜm modũ essendi segregate sunt a ꝯuersatione viuentiũ: ⁊ ꝯiuncte conuersationi substantiarũ spũalium que sunt a corpore separate: vnde q̃ apđ nos agunt̃ ignorant. Si autem obijciat̃ de diuite epulone qui habuit curã de suis fratribus Luce. xvj. Dicendum ꝙ anime mortuorũ possunt habere curam viuentium etiam si ignorant statum eoruʒ sic econuerso viuentes curam habent de mortuis facientes suffragia pro eis lʒ nesciant statum eorum. Possunt etiã mortui statum viuentium scire non quidẽ ꝑ seip̄os: sed per animas eoruʒ qui hinc accedunt ad eos: vel per angelos: vel spiritu dei reuelante. De cognitione vero glorie aliter est sentiendũ: nam dicit Grego. Qꝛ anime beatorum que intra omnipotentis dei claritatem vident: nullo modo credendum est ꝙ sit foris aliq̃d qđ ignorent. Videtur ergo ẜm bti Gregorij sententiã ꝙ anime sanctorum deum videntes: omnia p̄sentia que hic agunt̃ cognoscunt: sunt eñ equales angelis dei. De quibus etiam Augꝰ. asserit ꝙ ea que hic agunt̃ apud viuos non ignorant. Sʒ qꝛ anime sanctorum sunt perfectissime coniuncte iusticie dei: nec tristantur nec rebꝰ viuentium se ingerunt: nisi ẜm qđ ordo diuine iusticie exigit. ¶ De cognitione dei. Qualiter autem anima separata deum cognoscit claret ex euangelio Lu. xx. et Mathei. xxij. vbi dicit saluator. In resurrectione erunt sicut angeli dei in celo: vbi dicit glosa. Sine labe corruptionis visione fruuntur qui ibi erunt. Quõ autem fiat illa visio beata. Considerãdum

ꝙ non per ſpeciem ſcȝ intelligibilem qui
bus homo intelligit in preſenti : quia ta-
les ſpecies abſtrahunt a fantaſmatibus
Fantaſmata aūt ſunt repreſentatiua re-
rum materialium. Deus aūt ſpiritus eſt
nihil habens de materia: nec cognitio dei
ſit p ſpeciem inditam intellectibus ange
gelorū ab initio creationis: nam cuȝ ſan-
cti dei dicunt ꝙ deus hic videt̄ p fideȝ in
patria per ſpeciem: non loquunt̄ de ſpe-
cie intelligibili: ſed appellant ſpeciem dei
eſſentiam: que ⁊ alio modo dicitur facies
non ꝓprie: cum facies ſit corporis: ⁊ deus
ſit incorporeus: ſed per ſimilitudinē: qa
cognitio hominis in facie ē clara: ſic etiā
cognitio dei in patria eſt p ſpeciem. id eſt
claram ⁊ aptam viſionem. Ad tertiuȝ
de cognitiōe animarū ſanctoꝝ in limbo.
Dicendū ꝙ ſancti patres ſpem ⁊ certitu
dinem habebant de futura gloria haben
da: ⁊ ideo gratiam habebāt p quā deum
⁊ gloriam aliquo modo cognoſcebāt. Li
cet eñi in limbo fuerunt tenebre exterio-
res: non tamen interiores ſcȝ priuatōnis
gratie illuminantis. Unde notandum
ꝙ quelibet ſubſtantia ſeparata taȝ ange-
lus ꝙ̄ anima exuta ſaluata ſiue damna-
ta libera eſt: tam quo ad motionem obie
ctalem ſui ⁊ eorum que in ea ſunt: ꝙ̄ etiā
quo ad receptionē influxus ſeu motiōis
cuiuſlibet extrinſece motionis : ita vt rō-
ne primi quelibet ſubſtantia ſepata poſ-
ſet dici tabula quedaȝ litteris plena: ſeu
liber inſcriptus: que tabula ⁊ qui liber ꝓ
libitu nūc apiunt̄: nūc clauduntur. Nunc
parum: nunc multum: ⁊ dum apitur a li-
bero arbitrio liber huius ſubſtantie ſepa
rate: ipſa dicit̄ loqui: dum claudit̄: eſt in
ea ſilentiū: ⁊ talit̄ imaginari debȝ locutio
ſubſtantiarū ſeparataꝝ: que nl̄ aliud eſt
ꝙ̄ manifeſtatio libera ⁊ intelligibilis ſui:
vel eorum que in eis ſunt: ſimile per om-
nia quo ad auditionem poſſumus intelli
gere ponendo libertatem ⁊ recipiendo p
aures mentis motiōes huiuſmodi obie-
ctales: quemadmodum ſi eſſet ſpeculum

vſqȝquaqȝ ſpeculum reſpectu cuiuſcūqȝ
irradiationis ſuper ipſum incidētis: hoc
modo anima Johānis baptiſte loqui po
tuit in limbo ⁊ etiam audiri : nam ſancti
patres incole limbi multum de ſua libe-
ratione aliquid certum audire ſitiebant:
interrogabant Johannem nouiter e ter
ris ad eos deſcendentem: ſi quid ſperan
de libertatis ad eos referret. Johannes
vero vt preco iudicis ⁊ nuncius ſaluato-
ris apparentis. Parate inquit viam do-
mini rectas facite ſemitas eiꝰ: iam in ter-
ris viſus eſt ⁊ cum hominibus cōuerſa-
tus eſt : iam a me cognitus eſt predicatꝰ
baptiſatus ⁊ indice demonſtratus. Ad
quartū quo querebat̄ de paruulis abſqȝ
baptiſmo decedentibus. Reſpondet ſan
ctus Bonauentura in. ij. diſti. xxxiij. Qꝛ
paruuli decedentes cum originali: carent
iuſticia ⁊ ſpirituſſancti gratia que eſt pi-
gnus eterne hereditatꝭ : priuāt̄ ineternū
cognitione et viſione dei. Quia vero in
carne fuit feditas originalꝭ peccati quod
ineſt anime ex vnione ad carnem. Ideo
ponunt̄ i loco vili vtpote infernali. Sed
quia non habuerunt in ſe actualem dele
ctationem peccati nec in ſpiritu : nec in
carne : ideo non ſuſtinent penam ſenſus
id eſt. ignis infernalis acerbitatem. Illa
tamen priuatio diuine viſionis ⁊ ſi in a-
dultis ſit maxima pena: paruulis tamen
non eſt ad afflictionem: quia ſciunt ſe nō
fuiſſe capaces : et ſine propria culpa eſſe
priuatos : ſicut nec ruſticus penam ha-
bet ꝙ non eligatur in papam : quia non
ꝓportionatur ei talis dignitas. Et cum
tales paruuli migrant a corpore impri-
muntur ſeu concreantur in intellectibus
eorum ſpecies rerum naturaliuȝ ſicut et
omnibus animabus de corpore egrediē-
tibus (vt ſupra dictū eſt in pncipio huiꝰ
ſcōl arti.) ⁊ hec ſcientia dr̄ indita. Ad q̄s
ſpēs ſeu ſilitudines rerū: intellectꝰ puuli
ſe ꝯuertētes melius intelligit que natu-
rali cognitione cognoſci poſſunt ꝙ̄ aliq̄s
phs mundi: ⁊ ſic in cognitōe reꝝ poſſunt

anie taliū ꝑuuloꝝ valde delectari. Pos-
sunt etiam tales paruuli in philosophia
⁊ alijs q̄busdam artibus ⁊ cognitionibꝰ
doctiores fieri tēpoꝝ successione diutur-
na ⁊ expientiaruꝫ multitudine coadiuti:
sic etiam Enoch et Helias in paradiso
nō ita ociose viuunt vt in tanta etatis lō
geuitate nihil nouū cogitāt vel addiscūt.
Ad q̄ntum quo querebat̄ de cognitio
ne animaꝝ iustoꝝ in purgatorio detenta
rum. Respōdet̄ ꝙ exquo sunt in purga-
torio: est in eis pena sensus ⁊ etiam dāni
scꝫ carentia diuine visionis ⁊ cognitiōis
ad tp̄s. Habēt tn̄ aie in purgatorio grāꝫ
q̄ eas erigit ⁊ illuminat ad certam spem
⁊ cognitionē de futura glīa habenda. Co
gnoscunt etiam se in inferno nō esse: licet
forte p̄ magnitudine penaꝝ: hoc aliq̄tiēs
nō aduertant. Cognoscunt etiam anie in
purgatorio plura vt dictuꝫ est spū dei re
uelante: vel ꝑ animas eoꝝ que hinc acce
dunt ad eas: vel angelica visitatione. nā
angeli aīas in purgatorio existētes vt su-
os ꝯciues ⁊ fratres freq̄nter visitant: cō-
solant̄ ⁊ hortant̄: vt penas sustineāt pa-
tiēter: eis reuelando celeriorē ipsarum li
berationem ꝓpter suffragia que ꝓ eis fi-
unt. Intelligūt etiam anime in purgato-
rio multa cōuertēdo se ad spēs reruꝫ na
turalium eis inditas in egressu a corpo-
re: vt dictum est de paruulis. Non eīn a
tristicia eorū ratio penitus absorbet̄: nec
in desperatiōem incidūt: nec in blasphe-
miam ꝓsiliunt: quia grām habēt quā vl-
tra ꝑdere nō possunt. Ad sextum quo
querebat̄ de cognitione aiarū damnata-
rū. Respondet sctūs Bonauen̄. in breui
loquio ⁊ Centiloquio. Qꝛ oīes actuali-
ter ⁊ mortaliter peccātes ⁊ in suis pecca-
tis finaliter ꝑdurātes: pena triplici apō
inferos punient̄: ꝺm quod multimoda ē
deordinatio in peccato mortali ⁊ actuali.
In oīni peccato mortali est deordina
ta auersio: ꝯuersio: voluntas. Deordina
ta auersio a sūma luce ⁊ bonitate. Et hu-
ic debet̄ pena carentie visionis diuine.

Deordinata cōuersio ad bonum cōmu-
tabile. Et huic debet̄ pena materialis in-
cendij. Deordinata volūtas pugnās cō
tra dictamē recte rōnis. Et huic debet̄ pe
na vermis intrinsecꝰ ꝺm ꝙ dicit Esaias
Uermis eoꝝ nō morieт̄. Habēt. n. i sinde
risi displicētiā intētissimā mali in ꝯꝑatio
ne ad penam nō ad culpam. Cognoscūt
etiaꝫ aie damnate infallibiliter ꝙ resum-
ptis corꝑibꝰ ab igne infernali ꝑpetue ve
re ⁊ sensibiliter puniētur. Aie etiam dam
nate ex affectiōe cōmodi ⁊ amore sui ma
xime desiderāt nūc hoc: nūc illud cōside-
rare ꝓ sua volūtate: ꝓut eis placitū ⁊ de
lectabile foret: ⁊ ab illo īpediunt̄ ⁊ sciunt
se ꝑpetue impediri ꝑ intellectꝰ sui deter-
minatōem ad ꝯsiderationem ignis: ⁊ sui
alligationem ad ipsum: ⁊ ad cōsideratio
nem teterrimi inferni. Cōsiderāt etiā ca-
rentiaꝫ eterne beatitudinis ⁊ excellentiā
beatoꝝ q̄ adipisci potuissent: sed sponte
amiserunt ꝓpter vilia huius seculi: ⁊ de il
lis maxime tristant̄. Sunt etiam in dam
natis tenebre interiores ⁊ exteriores. In
teriores sunt: cecitas intellectus eorum.
Cognoscūt eīn solum illa que erūt ad au
gmentū damnationis eoꝝ ⁊ ad cumulū
miserie: ⁊ specialiter post dieꝫ iudicij ita
erunt absorpti tristicia ⁊ dolore: vt nō li-
ceat amplius aliquod delectabile cogno
scere ⁊ cogitare. Exteriores tenebre sunt
corꝑales: causate ex defectu lumis in lo-
co inferni. Ibi eīn est ignis fetidus ⁊ fu-
mosus vt nīl ibi clare videat̄: ⁊ sic solum
illa sunt visibilia que dolorem ⁊ tristiciā
ingerere possunt ⁊ animas torquere. Ha
bent etiam anime damnatorum (veluti
a se anime corꝑibus exute) habitus indi
tos scientiaꝝ rerū naturaliū. Remanent
etiam in eis habitus sciētie hic in vita ac-
quisiti: sed nō cōuertunt se ad illos habi-
tus ꝺm eos actualiter considerādo: quia
absorbent̄ a penis. ¶ Utruꝫ philosophi
fuere de numero saluandorū Unde nec
Arestoteli prodest sua philosophia: nec
platoni sua theorica: nec ptolomeo sua

astronomia: si anime ipsoꝝ fuerint apud
inferos. Et dicit notāter si fuerint apd
inferos: nam ante euangelij publicatio-
nem: phi ⁊ gentiles potuerunt saluari in
lege nature. De hac lege naturali dr ad
Rom. ij. Cum gentes que legem non ha
bent scʒ scriptam naturaliter ea q̄ legis
sunt faciunt: ipsi sibi sunt lex. id est legem
naturalem habēt secū. Hec em̄ lex nālis
multiplex est: q̄a continet in se multa p̄-
cepta: sed om̄ia ordinant ad duo. scʒ ad
dilectionē dei ⁊ p̄ximi: ⁊ hec duo ad vnū
scʒ q̄ bonum est faciendū: ⁊ malum vitā
dum. Et sup hoc fundāt om̄ia precepta
nālis legis. Ad naturalē em̄ legē ptinet
illud Thobie. iiij. Qd tibi oderis fieri al
teri ne feceris. Et illud Math. vij. Qd-
cunq; vultis vt vobis faciant homines ⁊
vos facite illis. Philosophi em̄ natura-
les nullam a deo habētes legē scriptā: rō
ne naturali cognouerūt illa ⁊ p ea salua-
bant. Vñ anno xp̄i. M.cccc.lvj. in san
cta Colonia. quendam sacre pagine pro-
fessorem eximiū audiui hoc Qolibetum
determinantē. Vtrū Aristote. aliiq; gen-
tiles ante publicationē euangelij fuerūt
de nūero saluādoꝝ: qui corā tota vniuer
sitate partem huius q̄stionis terminauit
affirmatiuā: naʒ sicut inter xp̄icolas duo
sunt status saluandoꝝ. Primus ē laico-
rum qui p rectam fidem ⁊ opationeʒ bo
nam ⁊ p̄ceptis decalogi ⁊ ecclie saluātur.
Scd's est status clericoꝝ seculariū ⁊ reli
giosoꝝ: qui vltra predicta: statutis suis:
⁊ suarum regularū obseruantia saluant
Pariformiter ante euangelij publicatio-
nem gentiles ⁊ phi tanq̄ vulgares obli-
gabant ad obseruantiā legis nature tm̄.
Iudei vero vltra hec tanq̄ religiosi viri:
obligabant ad legem scriptā. vicʒ ad pre
cepta cerimonialia ⁊ iudicialia: ⁊ ad pro
phetas. Lex em̄ ⁊ p̄phete data fuere sin-
gulariter populo iudaico: q̄a xp̄s sm car
nem erat inde nasciturus: p̄pter quod p̄
aliis populis decens erat ipsum pollere
speciali sanctitate: ad quam inducūt lex
⁊ p̄phete. Quapropter lex mosaica non
fuit publicata om̄ibus nationibus s; tan
tū iudeis: sm qd dicit ps. c.xlvij. Non fe
cit taliter om̄i nationi: ⁊ iudicia sua non
manifestauit eis: quia alie gentes ad eaʒ
non tenebāt: sed ad legem euangelicam
om̄es obligabant: p̄pter qd christus p̄ce
pit eam per aplos aliosq; xp̄i discipulos
vbiq; publicari. Marc. vltimo. Euntes
in mundū predicate euangeliū om̄i crea-
ture ⁊c. Et per talem predicationē multi
plicatus est numerus fidelium per orbē:
p̄pter quod dicit aplos ad Hebreos. xj.
Credere oportet accedentē ad deum: q̄a
est vnus. scʒ ⁊ eternus. et inq̄rentibus se
remunerator sit: vnde dicit Lyra ibidem
Ista duo credē. scʒ deitatē ⁊ ei9 remūera
tionem eternam: fuit necessariū semp ad
salutem apud gentiles: nec plus require
bat ad salutem gentium qui nullam legē
receperūt a deo nisi legem nature. Sʒ
contra hoc videt dictum Augusti. libro
de correctione ⁊ gratia vbi dicit. Qr cre-
dere incarnationis misterium mediato-
ris dei ⁊ hominū iesum christū: fuit sem-
per necessariū ad salutem om̄ibus tā gē
tibus q̄ iudeis. Respōdet q̄ misterium
incarnationis potest credi duplr. Vno
modo explicite: ⁊ sic tenebant credere il
li q̄bus facta est de hoc reuelatio: sicut iu
dei in veteri testamēto. Tamē sacerdo-
tes scripturas intelligētes tenebant ma-
gis cognoscere ⁊ credere q̄ alij: ⁊ adhuc
in nouo testamēto tenent ad hoc magis
xp̄iani: in quo pfecte explicatum est mi-
sterium christi. Alio modo pōt credi mi-
sterium incarnatōis implicite: ⁊ ad hoc
solum tenebāt gentiles: quia nō erāt ob
ligati ad legē Moysi: talisq; fides impli-
cita de misterio incarnatōnis ptinetur in
duobus p̄dictis: q̄a q̄ credit vnum deum
remuneratorē inquirentiū se: credit ip̄m
habere p̄uidentiam de salute hominū: li
cet modū huius p̄uidentie nō cognoscat.
Modus autē per quē deus p̄uidit salu-
ti hominū est per misterium incarnatio-

nis. Ex quo patet ꝙ fides incarnationis implicite cõtinet in predicta credulitate gentilium. Alexãder de hales pte.iij.q. lxxxij. membro qnto arti.iiij. Hanc mouet qstionẽ Utrũ oĩes phi sint damnatiuniuersaliter. Eis enĩ sacramentũ incarnationis nõ fuit reualatũ. Nullus enim peccat in eo qd vitare nõ põt: q2 certificati nõ erant p reuelationẽ: nec poterãt venire in cognitionẽ huius rei p nãlem rõnem. ergo hoc ignorãdo nõ peccauerũt

Questio

Respõsio apli de phis Ro.j. Cuz cognouissent deum nõ sicut deum glorificauerũt z sequit. Obscuratũ est insipiẽs cor eorum. Mali ergo phi q sibi vsurpãt gloriam q est dei excecati sunt: nec ẽ eis facta reuelatio incarnationis. Tumor enĩ mẽtis obstaculum est vitatis. vt dicit Grego. De bonis vo sic credo ꝙ eis facta fuit reuelatio: vel p scripturam q apud iudeos erant: vel p pphetiaz: vel p internã inspirationẽ. Sicut fuit de Job z amici eius. Dñs enĩ supbis resistit: humilibus aũt dat grãm Jaco.iiij. Silr z de alijs simplicibus gentibus intelligendum est: hec ille. Multi etiam legunt in scriptura sacra de lege nature saluati. sctũs vicz Job gentilis q voce dominica de rectitudine laudat. Naaman etiam syrus de q Lyra.iiij. Reg.v. Nabuch. etiã saluat⁹ ẽ sm Lyrã Dañ.iiij. Decretũ etiã.xxiij.q.iiij. Nabuch. dic ꝙ ipe meruit penitẽtiã fructuosam: silr et scolastica hystoria. Legit etiam.iij. Regũ.x. Q2 regina saba audita fama salomonis in noĩe dñi venit: ibi Lyra. Ex quo ptz eã fuisse dei cultricem: q̃uis nõ teneret legẽ Moysi: qa ad eam non tenebat. Pariformiter et Aristote. de numero saluãdoz cẽsendus est: nam ipse nõ solum credidit vnũ deũ sed etiam philosophice demõstrauit. In .viij. phisicoz pbat deum esse vnũ motorem primũ: immobilem: optimũ: eternũ: incorporeũ z indiuisibilẽ. In primo celi dicit ꝙ a primo ente (scz deo) deriuatuz est singulis esse z viuere. His qdem clarius: his vo obscurius. In.xij. etiã Metaphisice ex cõnexiõe vniuersi: pbat vnitatẽ primi pncipij.i. dei dicens: entia nolunt male disponi: nec bona pluralitas principũ: Unus ergo pnceps est: z hoc ẽ cõtra manicheũ q posuit duo pncipia pma: vnũ simplr bonum: a quo dixit spũalem creaturaz pcedere. aliud simpliciter malum: ab isto dixit corpalem creaturaz pduci. Sed illud ptz esse falsum ex ordine rerum: quia vniuersas creaturas corporeas z spũales: videmus adinuicẽ cõnecti z in vnũ ordinari: z ideo concedendum est eas ab vno pncipio pduci et in vnũ finẽ reduci. Incõsiderate ergo cõplures populo pdicant Aristotelez ceterosq3 gentiles z phos damnantes. Qui potius magis catholice dicerent Aristo. z alios gentiles ante diuulgationẽ euangelij fuisse de numero saluãdoz: si sm legem nature vixerunt: queãdmodũ nostri xpiani pdecessores defuncti: si i lege euãgelica decesserũt saluati sunt: sin aũt dãnati sunt. Et si arguat Aristo. errauit ponendo mũdi eternitatẽ: similiter circa intelligentias (quas nos angelos vocamus) Soluz enĩ posuit nouẽ intelligentias sm numeruz nouẽ orbium celestiũ: quos intelligentie mouent. Similiter de felicitate errauit.j. z.x. Ethicoz. Ponẽs felicitatem consistere in speculatione veritatis. Cum tamen sm theologos felicitas z beatitudo extrinseca z creata formaliter beatificãs: consistit in tribus dotibus aie gloriosis: sed beatitudo extrinseca z increata effectiue beatificans: est ipe deus. Rñdet ꝙ scola pisieñ. Coloniẽsis z alie vniuersitates cum eisdem symbolisantes: dicunt Aristotilẽ in his nõ deuiasse a vitate. Primũ de mũdi inceptiõe Licet.n. Aristo. nõ demõstrauit mũdi nouitatẽ nõ tñ pclusit priũ: s sm mentẽ ei⁹ hoc tãq̃ pbleuma neutrũ reliqt (est aũt pbleuma neutrũ sm phm in topicis: q̃stio ab vtraq3 parte habẽs rõnes eque pbabiles z efficaces: sicut fuit ante ecclesie

determinationē de immaculata ꝯceptio
ne ꝟginis) Or aūt phs q̄stionē de mūdi
inceptione tāq̄ ꝓbleuma neutrū reliq̄t:
patet rōnes in.viij. phicorū in de celo et
mūdo intuēti: in q̊ nō videt̄ a rōne deui
asse. Nā cuȝ phica inuestigatio solū rō
ni nāli innitat̄ ſm quā mundum incepiſ
ſe nō ē ſcibile: nec demōſtrabile: ꝓut. S.
Tho. plene tradit in p̄ma pte.q.xlvj. Id
circo demōſtrādo mūdi nouitatē nō de
uiat a ratione. Sctūs etiā Bonauē.in.ij.
ſen.diſt.j.q.ij.in corpe. Dicit ꝙ q̊dā mo
derni dicūt Ariſtotelē nunq̄ intēdiſſe ꝓ
bare ꝙ mūdus nō incepit: ſed ꝙ nō ince
pit motu nāli. Rōnes Ariſtotelis hoc in
viij. phicor ꝓbātes: ponit. S. Bonauē.
in dicta q̄ſtione in primis argumentis.
Silr̄ circa intelligētias ſepatas conat᷒
eſt Ariſtoteles ad inuenire numer corre
ſpondentē numero celeſtiū motuū. Per
hoc nō excludens q̄n plures pn̄t eſſe in
telligētie ſiue angeli orbes nō mouētes:
vt patet ꝓceſſum ſuū in hac materia bn̄
aduertenti. Silr̄ circa felicitatē nō vi
det̄ deuiaſſe a veritate: nā in.j. ⁊ vltimo
Ethico. vbi de felicitate tractat: nō loqui
tur niſi de felicitate politica ſeu de felici
tate ſpeculatiua: q̄ in hac vita ꝑ naturaȝ
pōt haberi: non aūt de felicitate ſupnāli.
de q̄ apl's.j.ad Cor.ij.c. Et etiā Iſaias
lxiiij.c. Qd oculus nō vidit ⁊c. Talis em̄
felicitas ſpeculationē naturalē trāſcēdit
Fuit in illo tpe alteri doctori in theolo
gia vniuerſitatis vice cācellario in q̊li
betis ꝓpoſita de Ariſtotele. ¶ Alia que
II q̄ſtio ſtio. An eſt veriſimile ꝙ ariſtoteles a mu
liere fuit equitat᷒. Huius queſtionis ptē
negatiuā determinauit eſſe verā. Partē
ꝟo eius affirmatiuā fabuloſaȝ ⁊ poeticā
nā ex ꝓhemio habet̄ meta. ſm ꝓuerbiū
Mentiunt̄ multa poete. Hāc tn̄ poeſim
idē doctor tropoloice myſticauit: q̄n ari
ſtoteles a mlier̄e fuit eq̄tat᷒. ſ. phia: quā
Iſido. lib. ethimoloiar ſic diffinit. Phia
eſt diuinar hūanarūq̄ȝ rerū cognitio: cū
ſtudio bn̄ viuendi ꝯiūcta. Differūt autē
res diuine cauſatiue: q̄ a ſolo deo cauſāt̄
et ſic in ꝓpoſito. Celū ⁊ intelligētie ⁊ oīa
entia nālia differūt res diuine. Res vero
hūanas vocat Iſidor᷒ in dicta diffinitio
ne q̄ cauſant̄ ab hoīe: vt ſunt entia rōnis
Silr̄ ꝟtutes morales ⁊ eor vicia dicunt̄
res hūane. Harū p̄ncipium eſt voluntas
libera: vn̄ dr̄.iij. Ethi. Nos ſum᷒ dn̄i ⁊ re
ctores nr̄arū operationū a p̄ncipio vſq̄ȝ
ad finē. Entiū vero rōnis p̄ncipium ē in
tellectus practic᷒: q̄lia ſūt de q̄b᷒ tractat
grāmatica logica ⁊ rethorica. Dicit̄ etiā
in dicta diffinitione: ſtudio bn̄ viuēdi cō
iuncta. Quia phia ⁊ ſtudiū eius ordinat̄
ad vitā moralē ⁊ ꝟtuoſam. Vn̄ dicit̄.iij.
Ethicor in fine: non tm̄ ſtudem᷒ vt ſcia
mus: ſed vt boni efficiamur. Boeti᷒ de
ꝯſolatione phie li.j. pſa.j. Phiam ſb̄ effi
gie mulieris deſcribit. Nā ſicut mlier in
fantes nutrit: ſic phia min᷒ ꝑfectos faci
libus nutrit doctrinis: hec mulier Ariſto
teli equitādo inſedit: dum q̊ ad oēs tres
ptes ſuas vȝ naturalē: rōnalē ⁊ moralē
ariſtotelis aīam q̊ ad ptē ſuperiorem ſcȝ
rationē ⁊ voluntatē: ⁊ etiā quo ad inferi
rem ſcȝ quo ad ſenſualitatis appetitum
ꝑfecit: nā Ariſtotelis rationē illuminat ⁊
informat per phiam nālē: q̄ agit de cā eſ
ſendi: que ſm Iſidor in dicta diffinitiōe
eſt cognitio diuinar rer: ⁊ illa diuidit̄ in
methaphiſicā mathematicam et phiſicā.
Prima eſt de rer eēntia. Scd'a de nume
ris q̊ ad Ariſmetricā: ⁊ muſicā: q̄ ē de nu
mero ſonoro: ⁊ de figuris q̊ ad Geome
tricā: ⁊ de motu corpor celeſtiū quo ad
Aſtronomiā. Tercia ſcȝ phiſica ē de na
turis ꝟtutibus ⁊ opationib᷒ diffuſis. Et
he tres ptes phie naturalis ordinant̄ fi
naliter in ver ⁊ ſpeculari ſicut in finem.
Phia etiā inſedit ariſtotel' volūtati: duȝ
ei᷒ vim iraſcibilē aīauit ⁊ fortificauit ad
deteſtationē mali ⁊ vicij: quo ad vim cō
cupiſcibilem excitauit ⁊ inclinauit ei᷒ vo
luntatē ad dilectionē boni. Et hec ē phia
moralis: que tractat de cognitiōe rerum
hūanar quarū p̄ncipiū eſt volūtas. ſ. de

ꝟtutibus moralib⁹ ꝛ earū vicijs apposi-
tis: ꝛ hꝫ tres ptes scꝫ ethicā siue monasti
cā: q̄ est de regimie vnius siue sui ipius.
Yconomicā q̄ agit de ordinatione dom⁹
Politicā q̄ tractat de regimie pluriū: vt
ciuitatū. Et he ptes phie moral' ordināt
ad opus: vñ dicit .ij. meta: theorice .i. spe-
culatiue finis est veritas practice ꝟo op⁹
vñ dicit Boetius in de ꝯsolatu phico li.
pmo. ꝓsa .j. Or in veste phie erāt due lit
tere intexte. P et T. P .i. practica phia i
inferiori pte vestis. T .i. theorica in supi-
ori parte vestis: ꝛ per quosdā gradus in
modū scalarū ascēdebat ab inferiori lr̄a
scꝫ P. ad superiorē lr̄am scꝫ T. Per ve-
stes eñ phie designant ptes pncipales
eius de q̄bus dictū est: sicut eñ corp⁹ ve
stibus ornat: sic phia suis partib⁹ deco-
rat. Or aūt ascēdebat a lr̄a P ad T rep
sentat q hō sufficiēter dꝫ esse exercitat⁹
in practicis ꝛ moribus añq̄ ascendat ad
speculationē ꝛ ꝯtēplationē: vñ dicit phs
vij. phicoꝝ. Aia sedādo ꝛ quiescendo fit
prudēs. Sedatis eñ passionibus: dū sen
sualitas inordinatis passionib⁹ nō moue
tur ꝯtra rationē eā nō vincēdo. Aia qui
escit ꝛ abilitat ad speculationē ꝛ ad con
templationē: vñ dicit Greg. sup Ezechi.
Qui cōtemplationis arcē tenere deside-
rat: necesse est vt in cāpo bone actionis
se p exercitiū ꝓbat. Phia etiā inferiori p
te aie. Aristotelis insedit vicꝫ appetitui
sensitiuo: quē habem⁹ cōem cū brutis et
bestijs: dū scꝫ appetitus subter eū erat: ꝛ
ipse dn̄abat illius: p ꝟtutes morales: q̄ꝝ
mediū determinare hꝫ ratio recta infor-
mata: p phicā prudentiaꝫ: q̄ est cognitio
vitandarū ꝛ appetēdarū rerū. Duobus
etiā calcaribus a dextris et a sinistris ei⁹
pupugit sensualitatis bestialitatē. nā vir-
tus in medio duoꝝ vicioꝝ: excessus vicꝫ
ꝛ defectus cōsistit: sed vicia ꝛ passiones
nō possunt moderari ꝛ regulari ad virtu
tis mediū p rōnis normā: nisi p violenti
am ꝛ magnā difficultatē: nam ꝟtus (vt
dicit .ij. Ethicoꝝ) est circa difficilia: Sed
virtus comphendit sub phia morali ¶ Re
cte ergo plato dixit: phiam esse studium
mortis pfectionē ꝟtutis .i. phia est studi-
um mortificādi carnalia desideria ꝛ stu-
dium acquirendi pfectionē ꝟtutum. In
chamo etiā ꝛ freno phia maxillas aristo
telis cōstrinxit: nam posuit ad os ei⁹ tri-
plex frenū scꝫ phie rōnalis siue sermoci-
onalis tres ptes: q̄ sunt gramatica: logi-
ca ꝛ rethorica: que conditiones entis no
bilissimas ꝛ generalissimas (vicꝫ vnū ve
rū bonū) ꝯtrahunt ꝟm rōnē. Nā grāma
tica tractat de ente rōnis ꝓut in eo ē vni
tas ꝛ cōgruitas orationum. Logica tra-
ctat de ente rōnis ꝓut in eo est veritas:
qua docet verū a falso discernere. Est eñ
de intentionib⁹ secūdis adiunctis pmis
ꝟm Auicennā. ¶ Rethorica tractat de en-
te rōnis ꝓut in eo est bonitas. Inclinat
eñ ad ꝑsuadendū bonū p ornatū modū
loquendi.

¶ De diuisione potentie apphensiue intellectiue. Capitm xxx

Hanc de diuisione potentie app-
hensiue intellectiue agendū est.
Unde notandū est q multis mo
dis ꝯsueuerūt autores diuisionē ꝛ diffe-
rentiā intellectus accipe: vñ cōiter sex as
signant differentie ꝛ diuisiones virtutis
intellectiue. Prima differētia assignat
ꝟm naturā potentiarū intellectiuarū: cō-
parando potentiā ad potentiā sicut acti
uum ad passiuū: et sic distinguit duplex
intellectus scꝫ agēs et possibilis. Agens
cui⁹ est facere fantasmata: que sunt intel
ligibilia in potentia: esse intelligibilia in
actu p suā illustrationē. Et possibilis cu-
ius est apphēdere ꝛ intelligere illa. Hec
aūt duo scꝫ intellect⁹ agēs ꝛ possibilis di
uersimode se hñt ad apphēsionē: nā itel-
lectus agēs ptinet ad potētias apphensi
uas: nō tāq̄ apphēdēs: ꝟ tāq̄ causās ap
phēsionē vel faciēs. Intellectus ꝟo possi
bilis tanq̄ apprehendēs ꝛ conseruans.

Secunda differenria ꝛ diuisio potētie
intellectiue est in intellectum possibilem
in habitu ꝛ in actu. Tercia differentia

potentie intellectiue est in rationē intellectum ⁊ intelligentiam. Quarta diuisio in rationem sup̄iorem ⁊ inferionem.

Quinta diuisio: in intellectum speculatiuū ⁊ practicū. Sexta drīntia et diuisio est in intellectum ⁊ memoriam intellectiuam. De his om̄ibus differētijs ⁊ diuisionibus potentie intellectiue dicendū est hic ꝑ singula: excepta prima differen. de intellectu agente ⁊ possibili: de q̄ diffuse caplo precedenti dictum est.

intelle- possibili habitu et actu

¶ De intellectu possibili in habitu ⁊ in actu. Scd̄a differentia ⁊ diuisio intellectus accipit̄ s̄m diuersos ḡdus. Et hoc diuersimode s̄m diuersos. Nam q̄dam phi distinguunt triplicē intellectū. Quidam em̄ intellectus dicit̄ in potētia siue possibilis qd̄ idem est. Scd̄s dicit̄ intellectus in habitu. Tertius dicit̄ intellectus in actu. Et hi duo intellectus distinguūt̄ ratiōe ⁊ non re ab intellectu possibili. Dicit̄ em̄ intellectꝰ possibilis vel in potētia inq̄ntum actu nullam habet speciem sed est in potētia ad omnes: vt cū aīa creat̄ est sicut tabula nuda. Dicit̄ aūt intellectus in habitu: inq̄ntū existens in actu ꝑ speciem q̄ est actꝰ primus ⁊ potest intelligere q̄n vult: q̄a est in potentia ad intelligere: qd̄ est actus scd̄s. Dicit̄ v̄o intellectus in actu: vel intellectꝰ adeptus ꝑut est in actu scd̄o: q̄ est intelligere seu considerare: inq̄ntū ꝑ speciē intelligibilē actu intelligit. Unde nota s̄m phm̄. ij. de aīa Actus est duplex. scz primus ⁊ scd̄s. Primus est forma substantialis rei ex q̄ cuꝫ materia fit vnū sine medio. Forma enim substātialis actuat materiā q̄ prius fuit in potentia: sic spēs intelligibilis intellectum possibilem actuat ⁊ informat: q̄ prius fuit in potentia. Alter est actus scd̄s ⁊ est oꝑatio rei q̄ fluit ab ente in actu: sicut actuliter ꝯsiderare ⁊ intelligere ꝑ speciē receptā in intellectu possibili. vnde phs actū primū compat dormitioni. Actū secūdū vigilie. Ex his inferunt̄ tria correlaria. Primū intellectꝰ in actu realiter distinguit̄ ab intellectu agente: ptꝫ q2 intellectꝰ in actu realiter idem est cū intellectu possibili: modo intellectꝰ possibilis distinguit̄ realiter ab intellectu agente.

Correlariū scd̄m. Licet intellectꝰ in potentia ⁊ in actu idē sint cū intellectu possibili s̄m rem: drīnt tn̄ rōne: q̄a intellectꝰ actu semꝑ intelligit. Intellectꝰ aūt in potentia nō semꝑ. Correlariū tertiū. Intellectꝰ possibilis actuatꝰ forma intelligibili dicit̄ intellectꝰ in habitu: q2 habitꝰ est quo vti possumꝰ q̄n volumꝰ: vt dr̄. iij. de aīa: sed intellectus possibilis factus ē in actu actualiter intelligit. Et idē intellectꝰ in actu etiā dr̄ intellectus in effectu. ⁊ etiam intellectus adeptus s̄m maiorē ⁊ minorem ꝑfectionem ipsius intelligibilis. Naꝫ dr̄ intellectꝰ adeptus respectu optimi intelligibilis ⁊ obiecti: scz inq̄ntū deū intelligit ⁊ substantias seꝑatas sine ꝯuersione ad fantasmata. Hunc aūt statum ⁊ dū posuerūt phi habituꝝ circa finē vite. Nos aūt dicimꝰ ꝙ erit in eterna beatitudine. ¶ De rōne intellectu ⁊ intelligētia.

B De rōne intellectu ⁊ intelligentia.

de ⁊ vende omīa ⁊c. Scđo dicit̄ cōsiliū
prudētia valde exercitata in medio con
templatiuoꝝ ⁊ actiuoꝝ donorū: ⁊ delibra
tio de opibus arduis siue tenemur ad ea
siue nō: ⁊ ꝺm hoc sumit̄ donum consilij.
Tertio dicit̄ cōsiliū delibratio de rebus ⁊
medijs valentibus ad finem quem inten
dimus: sic sumit̄ hic. Et sic describit̄. Cō
silium est mentis inquisitio de rebus agē

dis ,put iudicat homo sapiens ꝛ exptus
Pro huius descriptiõis noticia cõsiderā
dum. Qꝫ electio: vt dictū est sequit̃ iudi/
ciū rõnis de rebus agendis que sunt me/
dia ordinata in finem p̃intentum. In re/
bus aūt agendis multa incertitudo inue
nitur: quia actiões sunt circa singularia
cõtingentia que ,ꝑpter sui variabilitatem
incerta sunt. In rebus aūt dubijs ꝛ incer
tis ratio nõ prefert iudiciū seu sententiā
absqꝫ precedenti inquisitione. Et ideo ne
cessaria est inq̃sitio rõnis ante iudicium
de eligendis: ꝛ huiusmodi inquisitio: con
silium dicit̃: ꝑpter qđ dicit̃ .iij. Ethicorū.
Electio est appetitus precõsiliati: de quo
cõsiliant̃ homines experti habẽtes intel/
lectum recte dispositum. Aliqs em̄ non
habens debitū vsum rõnis: sed ꝑuersum
nõ bene cõsiliat̃. Idcirco dr̃ in descriptio
ne consilij: ,put iudicat homo sapiens et
exptus. Est tamẽ cõsiderādum ꝙ ꝯsiliuꝫ
non solum ꝑtinet ad rõnem: sed etiaꝫ ad
voluntatem: sicut ꝛ electio: nam in ꝯsilio
qđ est actus ratõis: apparet aliquid volū
tatis: sicut materia: quia consilium est de
his que homo vult facere: ꝛ etiam sicut
motiuum: quia ex hoc ꝙ homo vult finẽ
mouet̃ ad ꝯsilianduꝫ de his que sunt ad
finem. Et ideo dicit Damascenus ꝙ con
silium est appetitus inq̃sitiuus: vt consi/
lium ostendat aliquo modo pertinere ad
voluntatem circa quā ꝛ ex qua fit inqui/
sitio ꝛ ad rõnem inq̃rentem. Ex dicti/
patet ꝙ sicut electio solum est rõnalium
ꝛ etiam cõuenit deo: sic etiam cõsiliuꝫ qđ
precedit electionem. Qꝫ autem consiliuꝫ
sit in deo: patet quia dicitur ad Ephesios
primo. Qꝫ deus operatur omnia ſm cõ/
silium volūtatis sue: aliter tamen consili
um cõuenit deo q̃ nobis. Cum enim in
nobis ex inquisitione que dicitur consili/
um proueniat certititudo iudicij: seu sen
tentie. Consilium inquātum attribuitur
deo importat solum certitudinem sentẽ/
tie ꝛ iudicij: non aūt inquisitionem que
fit per discursuꝫ. Et ideo dicit Damasce
nus ꝙ deus non consiliatur: Ignorantis
enim est consiliari: quod non est in deo ſ
in nobis. Et si queritur de quibus est
consiliandum. Respondet philosophus
tertio ethicoꝝ. ꝙ tria sunt genera rerum
de quibus est consiliandum. Primo est
consilianduꝫ de rebus que sunt in nostra
potestate: quia consilium ordinatur ad
operationem. Unde quatuor sunt cause
operationum Natura: necessitas: fortu/
na ꝛ intellectus. Natura est causa illorū
que semper eodem modo mouentur: vel
vt in pluribus seruant vniformitatẽ mo/
tus. Necessitas est causa illoruꝫ que sem
per eodem modo sunt sine motu. Fortu
na est causa eorum que sunt preter inten
tionẽ ipsius agentis. Modo de istis que
fiunt per illas tres causas non habetur
consilium. Nam consilium ſm philoso/
phum habendum est de illis rebus que
sunt mutabiles in se: ꝛ tamen per consi/
lium nostrum possunt dirigi ad aliquem
certum finem: sed intellectus humanus
est causa illorum operabilium que sunt
a nobis: ꝛ ideo de talibus operabilibus
est consiliandum. Secundo consiliandū
est de his que sepiꝰ accidunt: quia si quis
vellet consiliari de his que rarissime acci
dunt: ille aliquotiens nihil operaretur.
Tertio consiliandum est de rebus ma/
gnis agendis. In signum istius assumi/
mus nobis aliquos ad consiliandum nõ
credentes nobis ipsis: quia in particula/
ribus contingentibus plures circūstan/
tias cõsiderare oportet: quas ab vno nõ
facile est considerare sed a pluribus: qđ
etiam nomen consilij designat. Dicitur
enim consilium: quasi considiū: eo ꝙ mul
ti consident ad simul conferendum. Po/
test etiam dici concilium a con ꝛ cilium:
quia sicut cilia coniunguntur cum oculi
quiescere in somno cupiunt: sic concordi
ter homines iunguntur in cõcilio.

E
De cõsensu.

¶ De Consensu.

Quintus actus a voluntate elicitus dicitur: consensus: siue consentire. De quo tria sunt videnda. Primum an consensus sit actus rationis an voluntatis. Secũdū qualiter differt ab electione. Tertium an consensus tantum est de his que sunt ad finem.

Ad primum dicendũ ꝙ consensus pertinet ad virtutem appetitiuam scꝫ voluntatem. nam dicit Damascenus Oꝛ si aliquis iudicet ⁊ non diligat: non est sententia. id est. consensus. Diligere autem pertinet ad appetitum siue voluntatem. Dicit etiam Bernardus. Consensus est motus voluntatis spontaneus: vel motus animi liber sui. Nihil enim est in potestate nostra sicut consentire vel non consentire. Ex his autoꝛitatibus patet ꝙ cõsensus est actus voluntatis. Est autẽ consensus duplex in opus ⁊ delectionẽ. Consensus enim aliquando sola animi delectatione contentus est. Est iterum cõsensus vt si potestas sit ꝙ etiam opere compleatur. Et licet ꝑm sanctum Thomam Consensus ꝑm nomen videatur pertinere ad potentiam appꝛehensiuã: quia consensus dicitur a ꝯsentire: quasi simul sentire. Hoc est ꝑm quandam similitudinē quia actus appetitiue virtutis ⁊ voluntatis est quedam inclinatio ad rem ipsaꝫ ꝑm quandam similitudinem: ipsa applicatio appetitiue virtut᷑ ad rem ipsam ꝑm ꝙ ei inheret accipit nomen sensus: quasi experientiam quandaꝫ sumens de re cui inheret inq̃ntum complacet sibi in ea. vnde dicitur Sapientie pꝛimo. Sentite de domino in bonitate. Presupponit tamẽ consensus actum rationis. Nam ratio ⁊ voluntas conueniunt in vnum in cõsensu: vt ratio iudicat ⁊ discernit per consilium ad faciendum vt fiat: in hoc volũtas consentit ⁊ vult operari. Et ideo sanctus Bonauentura in secundo sententiarum distinctione. xxxviij. Describit consensuꝫ dicens. Consensus est concoꝛdia voluntatis simul ⁊ rationis ad vnum aliquod faciendum. Rationis vt arbitrantis ⁊ iudicantis: voluntatis vt pꝛeoptantis: ⁊ sic consensus respicit liberum arbitriuꝫ qḋ simul consistit circa voluntatem ⁊ rationem: vnde sicut tota familie dispositio dependet ex sensu patrisfamilias: sic tota dispositio agendoꝝ in domo anime: pẽdet ex consensu volũtatis ⁊ rationis. Differentia est tamen inter assentire ⁊ consentire. nam assentire quasi ad aliud sentire ⁊ sic impoꝛtat quãdam distantiam ad id cui assentiꝭ. sed cõsentire est simul sentire: ⁊ sic impoꝛtat quãdam coniũctionem ad id cui consentitur. Et ideo voluntas cuius est tendere ad ipsaꝫ rem magis dicitur cõsentire: intellectus siue ratio cui⁹ operatio non est ꝑm motum ad rem sed potius econuerso: magis diciꝭ assentire: q̃uis vnum ponaꝭ sepe pꝛo alio. Ad secundum dicendum ꝙ electio addit supꝛa consensum quandam relationem respectu eius cui aliquid pꝛeelegiꝭ. Et ideo post consensum adhuc remanet electio. Potest enim cõtingere ꝙ per consilium plura inueniãꝭ ducentia in finem: quorum dum quodlibet placet in quodlibet eoꝛum consentiꝭ: sed ex multis que placent vnum pꝛeaccipimus eligendo: sed si inueniatur vnum solum quod placet: nõ differt re consensus et electio sed ratione tm̃: vt consensus dicatur ꝑm quod placet ad agenduꝫ. Electio autem ꝑm quod pꝛefertur his que non placent. vnde Damascenus dicit ꝙ post dispositionẽ quã vocauerat pꝛius sententiam. id est. cõsensum: fit electio. Ad tertium dicendum ꝙ cum consensus nominat applicationẽ appetitus rationalis que sunt ad finem ꝑm determinationem consilij. Unde cuꝫ consilium non fit nisi de his que sunt ad finem. Consensus etiam pꝛopꝛie loquendo non est nisi de his que sunt ad finem.

Cons

Capitulum XXXVI

De vſu.

F
De vſu

Sextus actus a volūtate elicitus
dicitur vſus ſiue vti: de quo tria
ſunt videnda per ordinem. Pri-
mum an viſus ſit actus voluntatis. Se-
cundum de eius diuerſis diffinitionibus
Tercium quibus rebus ſit vtendum.

Ad primum dicendum. Qꝛ vſus alicu
ius rei importat applicationem illius rei
ad aliquā operationē Unde operatio ad
quā applicamus rem aliquā dicit̄ vſus
eius: ſicut equitare eſt vſus equi: ⁊ ꝑcu-
tere eſt vſus baculi. Ad operationem au
tem applicamus ⁊ p̄ncipia interiora agē
di: ſcꝫ ip̄as potētias anime: vel membra
corporis: vt intellectū ad intelligendum
⁊ oculum ad vidēdum: ⁊ etiam res exte-
riores: ſicut baculum ad ꝑcutiēdum. Sꝫ
manifeſtum eſt ꝙ res exteriores non ap
plicamus ad aliquā operationem niſi ꝑ
principia intrinſeca: que ſunt potētie ani
me vel habitus. Potentiarum autem or
gana ſunt membra corporis: ⁊ quia volū
tas eſt que potētias aīe mouet ad actus
ſuos: ⁊ hoc eſt applicare eas ad operati-
ones: vnde manifeſtum eſt ꝙ vti p̄mo et
principaliter eſt volūtatis tanꝗ̄ p̄mi mo
uentis rationis tanꝗ̄ dirigentis: ſed alia
rū potentiarū tanꝗ̄ exequētium: que cō-
parātur ad volūtatem a qua applicātur
ad agēdum: ſicut inſtrumēta ad principa
le agēs. Actio autem ꝓprie non attribui-
tur inſtrumēto ſed principali agenti: ſi-
cut edificatio edificatori. Ad ſcd̄m di-
cendum ꝙ vti dicit̄ tripliciter: ⁊ ſm̄ hoc
tripliciter diffinit̄. Uno mō nomīat quā-
dam operationē: ſm̄ ꝙ dicimus vſuꝫ ali
cuius rei eſſe bonum vel malum. Et ſm̄
hoc videtur diffiniri ab Aug⁹. cum dicit
Qꝛ vti eſt aliquid aſſumere in facultatē
volūtatis id eſt vt vtens operet̄ de eo ꝙ
vtitur ad nutum voluntatis. Scd̄o dicit
frequētiam operationis: ⁊ ſic vſus idem
eſt qd̄ cōſuetudo: ⁊ ſm̄ hoc diffinit̄ victo
rinus ꝙ vſus eſt actus de potētia frequē
ter elicitus. Tercio mō dicit̄ vti reſpe
ctu eoꝝ que ordinant̄ in finem. Et ſic ſu
mit̄ hic ꝓut diſtinguit̄ contra frui: et ſic
vſus ſequit̄ electionē ⁊ p̄cedit executio-
nē op̄is. Ip̄am eñ executionē op̄is p̄ce-
dit motio: q̄ volūtas mouet ad exequē-
dū: ⁊ ſic cū vſus ꝑtineat ad p̄dictā moti-
onē volūtatis eſt mediū inter electionē ⁊
executionē: ⁊ ſic diffinit̄ ab Aug⁹. Uti ē
qd̄ in vſum venerit: referre ad id q̄ fruen
dū eſt: vñ ſicut ſoli deo fruendū eſt: ita oī
bus alijs p̄ter deum eſt vtendū ſcꝫ bono
creato. nam vti bono increato ſcꝫ deo ſꝑ
eſt abuſus: ⁊ talis abuſus eſt peccatum
mortale ꝓpter inordinationē volūtatis q̄
minus diligit ipſum quo vtimur ſcꝫ deo
ꝗ̄ ꝓpter qd̄ vtimur ſcꝫ creatura: que pro
pter deum vtenda eſt. Propter qd̄ dicit
Auguſtinus in libro octuagintatrium q̄-
ſtionum. Summa ꝑuerſitas eſt frui vten
dis ⁊ vti fruendis.

Ad tercium q̄bus ſcꝫ rebus ſit vtēdū. G
Notandū ꝙ reruꝫ triplex eſt diuerſitas.
Quedā eñ ſunt quibus fruendū eſt: alie
quibus vtēdum. Tercie ſunt res q̄ fruū-
tur ⁊ vtuntur. Res quibus ſolū fruendū
eſt ſunt eterne ⁊ incōmutabiles: que nos
beatos efficiunt vicꝫ pater filius ⁊ ſpiri-
tuſſanctus. Licet ſint tres perſone dicun
tur tamē vna res fruibilis: quia vna eſt in
eis bonitas vna fruitio: eadem tamē tri-
nitas (vt dicit magiſter in p̄mo diſt. j.)
quedam ſumma res eſt communiſqꝫ oī-
bus fruentibus: ſi tamen res dici debeat
⁊ nō potius rerū oīm cauſa. Secūde ſūt
res quibus ſolum vtendū eſt: qꝛ nos ten
dentes ad btitudinē ꝑ eas adiuuamur:
vt vicꝫ ad illas res q̄ nos beatos efficiūt
peruenire poſſimus. Et ille eſt mundus
et in eo creata quibus vtendum eſt. In
uiſibilia nāqꝫ dei (potētia vicꝫ Sapiētia
⁊ bonitas) per ea q̄ facta ſunt intellecta
cōſpiciunt̄. Hoc eſt vt de tp̄alibus eter-
na capiant̄. Per res eñ hui⁹ mūdi velut

ꝑ vestigiū inuestigat̄ deꝰ creator: vel inq̄ꝫ tum cognite a nobis ducunt̄ in creatoris summā potentiā tremedā: sapiam admirandā: bonitatē amandā: vel inquantuꝫ ordinant̄ in subsidiū vite nr̄e ordinate in deū: vn̄ ꝯsiderandū ꝙ sicut hō factus est ꝓpter deū: vt eū cognosceret: amaret laudaret ⁊ ei seruiet: ita mūdus factus est, ꝓpter hoīeꝫ: vt mūdus seruiret ei: ⁊ hō creaturis mūdi vteret. Nā deꝰ (saltem in statu innocētie) vtuti hoīs subiecit oīa ad gubernandū Gen̄. j. Subijcite ⁊ dominamini piscibus maris et volatilibus celi. Subiecit eñ deus intellectui hoīs oēm veritatē creatā ad iudicandū: ꝓm qđ dicitur Sap̄. vij. Ip̄a dedit mihi oīm q̄ sunt sciam ⁊c̄. Subiecit etiā affectui ⁊ volūtati hoīs oēm bonitatē ⁊ vtilitatē creaturarū ad vtendū: vt posset oīa in vsum ⁊ vtilitatē suā ꝯuertere: ⁊ illa referre in deū q̄ fruendū est ꝑ grāꝝ actionē: vn̄ ps̄. Oia subiecisti sub pedibꝰ eius. vn̄ dicit San. Augꝰ. in de ciuitate dei. Platonē de deo sensisse: ꝙ erat ꝑncipiū oīm naturarū: sine q̄ nulla natura subsistit. Lumē oīm rōnon: sine quo nulla doctrina instrueret. Finis omnium actionum sine quo nullus vsus vtilis est. Tercie sunt res q̄ fruuntur et vtuntur quasi inter vtrasq̄ꝫ res q̄bus fruendum est ⁊ vtendū constituti: vt sunt hoīes ⁊ angeli sancti: q̄ fruūtur deo: quia creati ad beatitudinē q̄ est summi boni fruitio. Angeli etiam sancti

D

vtuntur hoc mūdo in cognitione vespertina: ꝓut ꝑ species ꝯcreatas cognoscunt res in ꝓprio genere: rerūq̄ꝫ naturas ꝓprietates ⁊ vtilitates: ⁊ inde consurgunt ad laudē dei: ⁊ referunt oīa ad cognitionem matutinā quā habent in verbo. Homo etiam vtitur toto vniuerso quod constat ex visibilibus et inuisibilibus creaturis. Homo nanq̄ꝫ vtitur angelis in futura vita ad cōuiuendū. Et si modo in presenti sint superiores: qꝛ immortales ⁊ deo fruentes: in futuro tn̄ nobis erunt equales. Angelis etiā vtit̄ hō in p̄nti: qꝛ ad vsum ⁊ custodiā sunt homini deputati. Sicut res dn̄oꝝ dicunt̄ esse famuloꝝ nō dn̄oꝝ: qꝛ sunt ad vsum famuloꝝ. Angeli nanq̄ꝫ in quibusdā scripture nobis seruire dicūtur: dum ꝓpter nos in ministeriū mittuntur. Homo etiam vtitur creaturis alijs sub angelis: qđ patet ex sufficienti diuisione. Nam ea que sunt in mūdo. Quedā ꝑtinēt ad vsum voluntatis vt operantis sicut sunt opera nostra bona scꝫ virtutes fructus dona: beatitudines: per hec volūtas vtitur seip̄a inquantū per hec voluntas ordinat se ad suū finem scꝫ diligendū ⁊ fruendū deo. Quedā pertinēt ad vsum voluntatis vt approbantis: ⁊ sic vtit̄ rationalibus ad societatē: irrōnalibꝰ ad necessitatē: bonis corpalibus ad elemosynas. Omnibus alijs ad laudem ⁊ gratiarum actionē. Quedā pertinēt ad vsuꝫ voluntatis: vt tollerantis: vt mala pene: ad ꝓmouendū merita: vel ad purgandum peccata: vel vt detestantis vt mala culpe. christo etiam fruendum ⁊ vtendum est. Christus nanq̄ꝫ cōstat ex bono increato et creato: quia est creator ⁊ creatura: xp̄i nanq̄ꝫ felicitate est fruendum: xp̄i homis conformitate est vtendum. Sunt eñ res que fruunt̄ ⁊ vtuntur: vt angeli homies. Qui habent christum deum vt contemplentur delectabiliter eius diuinitatē: qꝛ deitas maxime letificat angelos et sctōs comprehensores. Habent etiam homines xp̄m hominem: vt imitentur exēplariter eius humanitateꝫ: quia humanitas xp̄i maxime edificat ⁊ letificat homines adhuc viatores.

De actibus imperatis a voluntate. Capitulum xxxvij.

Voluntatis de actibus immediate elicitis dictū est in p̄cedentibus capitulis. Nunc videndū est de actibus impatis a voluntate. Qualit̄ aūt differāt actꝰ eliciti ⁊ impati dcm̄ est i ꝑncipio. xxxv. ca. De actibꝰ āt ipatis a vo

A
De
imp
a vo

ḿnitate duo videnda sunt. Primū an imperium: siue imperare sit actus rationis vel voluntatis. Scōm ad que se extendat imperiū voluntatis. Ad primum dicēdum q imperium: siue imperare est actus voluntatis: presupposito actu rōnis. Primū patet: naz dicit sanctus Bonauentura in. ij. distin. xlj. Qr penes voluntatem cōsistit regiminis dñium: ꝓpeo q ipsa volūtas alijs potentijs imperet ꝛ a nulla imperat̄. Membra eñ ꝛ opera ꝛ quicq̄d nos sumus subiecit deus volūtatis imperio. vnde ꝛ voluntas immiscet se actibus: memorie ꝛ intelligentie: vel antecedenter: vel cōcomitant̄: vel cōsequēter. Scōm patet q volūtas presupponit actum ratiōis: per Cancellariū sup Cantica. Dicit eñ: q volūtas sola est vniuersalis motor ꝛ impator in regimine anime seu in toto microcosmo: dum fuerit p directionem intellectus seu rōnis applicata ad suum obiectum: tunc mouet vires alias impatiue: quo fit vt vis cognitiua siue ratio: que prius mouebat obiectaliter volūtatem p̄ntando obiectū (obiectū eñ volūtatis est bonū cognitū ab intellectu) nūc ordine quasi cōuerso mouetur libere ꝛ impatiue ab ipsa volūtate. Exēpli gratia. Memoria anime intellectiue fecunda speciebus intelligibilib⁹ abstractis a fantasmatib⁹: ponit in acie intellectus spēm representātem deum: nō quidem nude: sed quasi per speculū ꝛ in enigmate. Intellectiua virtus formabit simile verbum de deo ꝛ illud naturalit̄ obijciet volūtati: quo facto mouebit se voluntas libere nō in cognitiōem presentatā intus per intellectū: ſ in rem extra vel quasi extra existentē scz deum. Non eñ amat volūtas cognitiōem huiusmodi dei tanq̄ vltimū finem: qr non pōt esse finis eius. Amat eñ deū immediate ꝛ se fert in ip̄m ꝛ amplectit̄ ꝛ osculat̄. Deinde volūtas cōiūcta fini suo vltimo deo: p̄cipit intellectui q̄si dicēdo: veni vide gusta ꝛ sentiq̄ dulcis ē dñs. Volūtas eñ ꝛ intellectus licet sint distincte potētie: circūincidunt tñ se mutuo vt vna sit in alia ꝛ ecōuerso: ideo q̄libet virtus ab alia denominationē sortit̄. Volūtas eñ est appetit⁹ intellectiu⁹: siue appetitus rōcinatus: vl̄ intellectus appetitiu⁹: sicut de actib⁹ ip̄orū potētiaꝝ licet dicere q amor ē cognitiuus: ꝛ cognitio amorosa: duz ordinat ad amorē nō sistens in nuda speculatiōe veritatis. Exēplū māle: manus ꝛ oculus cōcurrūt ad scribēdū: oculus videt manui: ꝛ manus mouet calamū: nō virt⁹ visiua est virtus motiua calami: nec manus est oculus: ſ quodāmō circūincidūt se ꝓpter cōnexionē in vna actōe scribēdi. Et si quādoq̄ repiat̄ in dictis doctorū: q impare sit actus rōnis: hoc intelligēdū ē p modū intimationis denūciationis directionis ꝛ cōsilij. Nā rō (vt supra dictū ē. c. xxxij.) cōsulit volūtati vt dñe sue: sicut patet de portante candelaz ante dñm: nō tñ cogit volūtatem: imo diuertit ad volūtatis imperiū: lucernā suam: vel suffocat: vel deserit eam ne luceat actu pleno. Qr tū ad scōm dicendū: q imperiū volūtatis se extendit ad quatuor. Primo ad actū ꝓpriū de quo supra dictū ē. ca. xxxiij. vbi dicitur Qr volūtas est instrumētū seip̄m mouēs. Scōo extēdit se imperiū volūtatꝭ ad actū rōnis. Sed attēdendū est q actus rōnis tripl̄r pōt cōsiderari. Vno mō q̄ntū ad exercitiū actus: ꝛ sic actus rōnis semp imperari pōt: sicut cū alicui indicit̄ q intendat rōni ꝛ rōne vtat̄. Alio mō q̄ntum ad obiectū: respectu cui⁹ duo act⁹ rōnis attēdunt̄. Primo q̄dem est actus rōnis circa talia obiecta opp̄hēsa quibus nāliter intellect⁹ assentit: sicut p̄ma p̄ncipia cognoscibiliū seu speculabiliū: vt de quolibet esse vel nō esse. Et etiā p̄ma p̄ncipia opabiliū: vt qđ tibi non vis fieri alteri ne feceris: ꝛ sic de alijs: assensus talium nō est in ptāte nostra: ſ cōtingit p virtutē luminis nālis superinfusi a lumine supnāli. Iuxta illđ ps. Signatū ē sup nos lumē vult⁹ tui dñe ꝛc: ꝛ iō talis rōnis assensus B

imperio volũtatꝭ nõ subiacet. Scḋo sunt quedam alia apphensa q̃ nõ ita cõueniunt intellectui: qn possit assentire vel dissentire: vel saltim assensum vel dissensuȝ suspendere ꝓpter aliquaȝ causam. Et in talibus assensus ipse vel dissensus in potestate nr̄a cadit ꝛ sub impio est. Tertio extendit se volũtatis imperiũ ad sensualitatem: de quo supra dictũ est. c. xxv. In dubio. vij. De subiectione sensualitatis. Quarto extẽdit se volũtatis imperiũ ad membra corpis: de quo etiã dictũ est. ca. xxv. Dubio. vij. De pncipatu dispotico. Siliter. c. xxvj. De virtute motiua.

¶ De voluntatis subdiuisione. Caplm xxviij

A De volũtatꝭ subdiuisiõe. B Extũ ad quesitũ quo q̃rebat capitulo. xxxj. de volũtatis subdiuisione. Rñdet ꝭm Alex. pte. ij. q. lxxj. Oꝛ viriũ motiuarũ rõnaliũ differẽs ponit diuisio. Unde cõsiderandũ ꝙ in generali oĩs vis motiua aĩe rõnalis diuidit p impatiuã cõsiliatricẽ ꝛ affectiuã. Impatiue corñdet liberũ arbitriũ: cõsiliatrici rñdet ratio: affectiue rñdet voluntas. Et in hoc oñdit q̃daȝ imago beatissime trinitatis in pte motiua. Queadmodũ eñ in pte cognitiua rõnali (vt dictũ ẽ supra. ca. iiij.) est imago trinitatis: videlȝ memoria: q̃ dicit a seruando summã veritatem. Intelligẽtia a cognoscẽdo summã veritatẽ: volũtas ab appetẽdo summã veritatẽ: vñ memoria tenet imaginẽ pr̄is: intelligẽtia filij: volũtas spũssancti. Pariformiter in aĩa rõnali est imago trinitatis ex parte motiue. sicut dicit Augusti. scȝ liberũ arbitriũ: ratio ꝛ volũtas. Nam liberũ arbitriũ rñdet memorie: ꝛ tenet imaginẽ patris. Ratio rñdet intelligentie: ꝛ tenet imaginẽ filij. Uoluntas ex illa parte respõdet voluntati: ꝛ tenet imaginem spũssancti. Redeũdo ad ꝓpositum. Notandũ ꝭm Alexãdrũ vbi supra: ꝙ cũ in generali omnis vis motiua rõnalis diuidat im impatiuã cõsiliatricem: ꝛ affectiuã. Unaqueqȝ harũ differentiarũ subdiuidit: impatiua subdiuidit in Sinderesim ꝛ liberũ arbitriũ. Naȝ impatiua aut est ꝭm directionẽ nature q̃ determinata est ad vnũ: ꝛ dicit sinderesis: aut ẽ ꝭm directionem rõnis: ꝛ dicit liberũ arbitrium: qḋ est potestas rõnalis oppositoruȝ ꝛ dicit liberum arbitriũ impare ex parte voluntatis: q̃a liberũ arbitriũ (vt dicet) claudit in se rõnem ꝛ volũtatem: sed imperare (vt dictũ est) est actus voluntatꝭ presupponẽs actum rõnis dirigentis. Et colligit hec diuisio impatiue ex diuersis locis scripture: de sinderisi ponit sanctus Grego. sup Ezechielẽ. Liberũ arbitriũ a diuersis ponit doctoribus: ꝛ sumit ab eo qḋ dicit Eccĩ. xv. Abinitio deus fecit hominẽ: ꝛ reliq̃t eum in manu ꝯsilij sui ꝛc. vbi dat circũlocutionem liberi arbitrij.

Ex pte ṽo Cõsiliatricis ꝭm August. sumit diuisio q̃ est in rõnem supiorẽ et inferiorẽ: ꝭm ꝙ accipitur ratio cõsulendi ex ordinatione recta ad supna bona: vel ad inferiora bona. Ex pte ṽo affectiue ꝭm Johãnem damascenũ sumit diuisio: naȝ alia est voluntas thelisis: alia bulisis. hoc est: alia est naturalis volũtas: alia electiua: siue delibratiua: vt naturalis volũtas rñdet sinderisi. Delibratiua ṽo libero arbitrio. Sumit ꝛ q̃rta subdiuisio motiue rõnalis ex pte Cõsiliatricꝭ simul ꝛ affectiue. Et hoc dupliciter: vel ꝭm cõueniẽtiam quã habet aĩa rõnalis cuȝ angelo: et ꝭm hoc diuidit ab Aristotele in. iij. de aĩa: p intellectũ practicũ: ꝛ vim appetitiuam siue voluntatẽ: vel ꝭm qḋ ꝓprium est anime rõnalis. Et sic diuidit ab autore in libro de spũ ꝛ aĩa: p rõnalem cõcupiscibilẽ ꝛ irascibilẽ: ꝛ dicit totam animã esse in his potẽtijs. Potentias aũt ibi distinguit a viribus: in hoc ꝙ potentie dicũtur motiue: vires aũt cognitiue. licet potentie possint dici vires ꝛ ecõuerso. Ex dictis inferunt aliquot correlaria eoruȝ que in hoc capitulo dicta amplius manifestatiua. Primũ correlarium: predicte diuisiones non sunt solius volũtatis:

sed totius potentie motiue anime rationalis. Potentia nanque motiua ē duplex: scz potentia motiua cognitiua: scz rō motiua: ⁊ intellect⁹ practicus: ⁊ potētia motiua appetitiua: scz volūtas. Bonū enī apphensum ⁊ cognitū per rōnem motiuam ⁊ intellectum practicū: volūtas appetit diligit ⁊ ad ipm inclinaṫ ⁊ moueṫ. Non enī diligim⁹ per volūtatem nisi cognita per rōnem ſm Aug. Scdm correlarium diuisio voluntatis elicita ex p̄dictis subdiuisionibus motiue rationalis hec est. Volūtas: alia thelisis siue naturalis: alia bulisis siue delibratiua. Itē volūtas alia sinderesis: alia liberū arbitrium. Itē volūtas alia irascibilis alia cōcupiscibilis. Tercium correlariū. Quālibet volūtatem dirigit quedā vis apprehensiua voluntatem naturalē siue sinderesim: dirigit consciencia volūtatem delibratiuam dirigit ratio motiua seu intellectus practicus. Liberū arbitriū claudit in se rationē dirigentē ⁊ voluntatē appetentem ⁊ eligentē. Volūtatem vero irascibilem ⁊ concupiscibilem: dirigit vis rationalis. Quartum correlarium volūtatis membra supradicta non sunt diuerse volūtates distincte realiter sed vna potētia ⁊ volūtas a diuersis suis actibus ⁊ officijs varie nomiata. Dictū est enī p̄us ca. xxix. q̄ in aīa rōnali solū sunt tres potētie realiter distincte vicz intellect⁹ possibilis intellect⁹ agēs ⁊ volūtas. De potētijs cognitiuis motiuis. s. rōne intellectu practico: supra dictū ē. c. xxx. De potentijs ẜo appetitiuis motiuis nūc dicēdū ē.

Primo de libero arbitrio. ca. xxxix.

Scdo de voluntate naturali ⁊ delibratiua caplo. xl.

Tercio de consciencia quam presupponit sinderesis. ca. xlj.

Quarto de sinderesi que est vis affectiua caplo. xlvj.

Quinto de vi rationali irascibili ⁊ cōcupiscibili caplo. xlix.

¶ De libero arbitrio Capitulum xxxix

L Ibero de arbitrio quatuor dicēda occurrunt. Primo q̄d sit ſm diffinitionē. Scdo q̄d sit ſm nomen. Tercio de actibus liberi arbitrij. Quarto in quibus sit liberum arbitriū. — A De libero arbitrio

Quantum ad primū dicendū. Q2 beatus Aug⁹. in libro de gratia ⁊ libero arbitrio et post eū mgr̄ in. ij. dist. xxiiij. Liberū arbitriū sic diffiniunt. Liberum arbitrium est facultas volūtatis ⁊ rōnis q̄ bonū eligiṫ gr̄a assistente: ⁊ malum gr̄a desistēte — Liberum arbitrium

In hac diffinitione p̄mo tangiṫ potētia vt p̄ncipiū. Nam liberū arbitriū non est specialis potētia distincta a voluntate et ratione. Liberū enī arbitriū nominat voluntatē cū p̄suppositione arbitrij rōnis. Unde dicit San. Bonauē. in. ij. sen. dist. xxv. Q2 liberū arbitriū nō est potētia distincta a rōne ⁊ volūtate ſm rem: sed ſm rōnem tm̄. Primū patet q2 vt sepe dictū est potētie aīe rōnalis sufficiēter diuiduṫ p cognitiuas ⁊ affectiuas: ꝙ si rō cōphendit ẜtutes cognitiuas: ⁊ volūtas affectiuas ⁊ oēs act⁹ aīe p has potētias q̄ sunt cognitiua ⁊ affectiua siue rō ⁊ volūtas exerceri p̄nt. Nō est ꝯueniēs ponere terciā potentiā ab his differentē scz liberū arbitriū. Scdm pz. Nā liberū arbitriū distinguiṫ a rōne ⁊ volūtate ſm rōnē: in ħ scz q̄ liberū arbitriū hz se p modū mouētis. Volūtas ẜo ⁊ rō p modū moti: ħ in rōne impantis. Iste due p modū exequētis. Liberū enī arbi. mouet oēs vires aīe ⁊ rōni impat vt discernat: ⁊ voluntati vt appetat. Volūtas enī ⁊ rō sunt potentie sup se reflexiue: vt ꝯ̄ dictū est. Nā voluntas vult se velle: ⁊ rō etiā est ẜtus seipam cognoscēs: ⁊ iō si ibi est aliq̄ distinctio: ħ solū est ſm rōnē. Mouēs enī et motū in sp̄ūalibus nō oportet differre ſm subam Optime ergo diffiniṫ: liberū arbi. esse facultas siue consensus voluntatis ⁊ rationis. Facultas enim non tantū nominat potentiam: immo facilitatem et abilitatem potētie (Dicitͬ enī facultas facilis ptās) ex qua nō tm̄ potēs est: immo etiā

ꝑpotēs est ad exercendū in actu. Sicut igit̃ ex cōcursu duoꝝ hoim resultat quedam facultas ad portandū vnū lapidem quem nō posset ferre alter eoꝝ. Et sicut ex cōcursu prisfamilias ⁊ matrisfamilias ad disponendū regimen dom⁹. Sic ex cō cursu rōnis ⁊ voluntatis resultat q̄dam libertas siue qddā dominiū ad aliqd faciendū ⁊ disponendū: qd optie nominat̃ per hoc nomē liberū arbitriū. Non vno nomine sed cōposito: vt vnū nomē scȝ liberū respōdeat voluntati: ⁊ alterū scȝ arbitriū rōni. Scd̄o tangit in diffinitione liberi arbitrij: actus ꝓprius liberi arbitrij: cum dicitur: qua bonum eligitur. Eligere enim est actus liberi arbitrij: vt supra dictum est capitulo. xxxvj. Electio enim importat aliqd pertinēs ad rōnem scȝ iudiciū cū discretione rōnis: ⁊ aliqd pertinēs ad volūtatem scȝ desideriū cōsecutionis: ⁊ hoc est volūtatis: ⁊ sic electio est actus liberi arbitrij qd cōplectit̃ rōnem ⁊ voluntatem. Tercio tangit̃ in dicta diffinitione materia ⁊ obiectum ad qd se extendit liberū arbitriū cū dr̄ Qua scȝ facultate: bonū ⁊ malū eligit̃. Ex quo patȝ sicut dicit San. Bonauē. in. ij. sen. Qr liberū arbitriū hic diffinit̃ nō simpliciter: sed ẜm statum nature lapse: ⁊ qr in statu nature lapse defectū habet ⁊ inclinationem ad malum: ⁊ ideo nō solū diffinit̃ ꝑ electionem boni ad quā ordinat̃ mediāte grā: sed etiam per electionem mali: in quā cadit ex defectibilitate ꝓpria: nec ponit̃ ibi electio mali tanq̄ finis ad quē ordinat̃: sed vt per hoc manifestet̃ qualiter ad finem ꝓpriū scȝ ad electionē boni ordinat̃: non eñ ad illud ꝑuenit nisi per grē adiutoriū. Nec tñ ex hoc tollit̃ libertas arbitrij. Liberū eñ arbitriū est causa sui motus secūdaria: sed de⁹ ꝑmaria est causa: tam naturaliū q̄ volūtariū. Sicut eñ mouendo causas naturales non aufert ab eis quin actus earum sint naturales: ita mouēdo causas voluntarias ad bene agendū per gratie adiutoriū: non aufert ab eis quin sint volūtarie. Et hoc est qd dicit̃ ad Phil. ij. Deus operat̃ in nobis velle ⁊ ꝑficere: scȝ meritorie: inquantum de⁹ per grām monet liberū arbitriū: illuminādo rōnem: ⁊ fortificādo ⁊ inclinando volūtatem ad opus meritoriū. Nam ad ꝓductionē opis ista tria sunt necessaria scȝ scire: posse: velle. Ex quo ptȝ q̄ diffinitio liberi arbitrij quā ponit Aug. attēdit penes potētias. s. rōnem ⁊ voluntatē q̄ se habēt ad modū cause materialis: vt dicit Alexander parte. ij. mouent̃ enim a ꝑmo motore ad bonū. Gratia vero ē forma ẜm quā dirigunt̃ in finē. Nec hoc obstat q̄ potētie ille pñt ex se moueri in malum. Nō eñ ad hoc creatū est liberū arbitriū: sed cū possit in malum: cedat ei in meritū nō cōsentire malo: ꝓut dr̄ in Ecclesiasti. ca. xxxj. Qui potuit facere mala ⁊ non fecit. ¶ Scd̄a diffinitio liberi arbitrij. Liberū arbitriū est potestas seruandi rectitudinem ꝓpter se: scȝ rectitudinē seu iusticiā. Nam iusticia ẜm Ansbelmū est rectitudo volūtatis. Hec diffinitio vt dicit San. Bonauen. in. ij. distin. xxv. est ipsius Ansbelmi: ⁊ conuenit libero arbitrio in sua generalitate accepto: ꝓut conuenit creatori ⁊ creature: ⁊ cōuenit libero arbitrio ꝑ cōpationē ad finē. Et ħ ptȝ Nā Ansbelmus diffiniēs liberū arbitrium: nō solum dicit ipm̄ esse potestatē id est facultatē facilē seruādi rectitudinem: sed etiam addit ꝓpter se. Propter eñ dicit causam finalē: ⁊ refert̃ hoc ꝓnomē se ad rectitudinē. Sed hoc attendendū q̄ alia est rectitudo q̄ seruat̃ ⁊ alia ꝓpt̃ quā seruāda est. Prima eñ creata est: scd̄a increata Rectitudo enim increata est finis ad quē ordinat̃ liberū arbitriū ꝑ se mediante suo actu: qr tñ vna intelligit̃ in altera: hoc relatiuū se cū refert̃ ad rectitudinem creatū pōt supponere ⁊ accipi ꝓ rectitudine increata in ipsa creata rectitudine intellecta: sicut prima veritas in omni veritate: ⁊ prima bonitas in omni bonitate.

C … diffi … beri …

Capitulum XXXIX

¶Tercia diffinitio liberi arbitrij est ipsius beati Bernhardi. Liberū arbitriū est consensus ob volūtatis inamissibilem libertatē: et rōnis indeclinabile iudicium. Pro istius diffinitionis euidentia ꝯsiderandū ꝙ ex quo libe. arbi. simul ꝯsistit circa voluntatē ⁊ rationē. In p̄dicta diffinitione aliq̄d ponit̄ qđ cōcernit voluntatē aliq̄d qđ cōcernit rationē: aliq̄d qđ concernit vtrūqꝫ: ⁊ hoc est ꝯsensus. Nam sicut supra ca. xxxvj. dictū est. Consensus ē ꝯcordia volūtatis ⁊ rōnis ad vnū aliqđ faciendū: rōnis vt iudicantis ⁊ arbitrantis: volūtatis vt p̄optantis ⁊ cōsentiētis ⁊ sic ꝯsensus respicit li. arbi. qđ simul cōsistit circa rationē ⁊ voluntatē: ⁊ hec diffinitio (ꝓut dicit Alexander de ales in .ij. parte. q. lxxiij.) attendit̄ in cōparatione ad causam mouentē. Consensus eñ dicit ꝯuersionē liberi arbi. ad causaꝫ mouentem. In nobis eñ est consentire deo vel nō cōsentire: sicqꝫ consensus hic accipit̄ ꝫm ꝙ indifferenter se hꝫ ad bonū et ad malū vicꝫ ꝓ ꝯsensu ⁊ appetitu mentis q̄ bonus est ⁊ ꝓ cōsensu ⁊ appetitu carnis q̄ malus est. Aliqñ li. arbitriū cōsentit in id qđ dictat sensus mētis: aliqñ in id qđ dictat sensus carnis. Nō tñ eque se habꝫ ad vtrūqꝫ ex natura: sed ꝑ se hꝫ vt ordinet̄ ad sensum mētis: sed de ꝑaccidēs ex ꝓpria defectibilitate deordinatur ad sensum carnis. Scđo in dicta diffinitiōe ponit̄ aliq̄d qđ cōcernit voluntatē cū dī ob volūtatis inamissibilē libertatē. Vñ cōsiderandū ꝙ libertas est triplex scꝫ nature ⁊ hec est libera a coactione: ⁊ illa est inamissibilis: q2 volūtas vt infra dicet̄ a nullo cogi pōt. Gratie ⁊ illa est libera a pctō ⁊ illa est amissibilis in p̄senti vita. Glorie ⁊ illa est libera a miseria: ⁊ hec est inamissibilis in gloria. Libertas in diffinitiōe liberi arbi. debet accipi pro libertate nature ⁊ glorie: ⁊ non ꝓ libertate grē que pōt recuperari ⁊ amitti in p̄senti. Sciēdū tñ ꝙ libertas nature non est amissibilis ꝫm qđ natura essentialiter accipit̄ in his in quibus est. Et sic voluntas que est potentia naturaliter cōcreata essentie anie (quā concomitat̄ naturaliter libertas a coaccione) est inamissibilis. Scđm autē qđ natura dicit̄ naturale bonū innocentie qđ p̄mitus est datum (ꝓut dī in .ij. li. sen. xxiiij. dis.) Libertas arbitrij est ab oī labe ⁊ corruptela rōnis immunis: atꝫ volūtatis rectitudo: ⁊ oīm potentiarū anie viuacitas: sic est amissibilis. Sed sic non accipit̄ libertas in dicta diffinitione. Tercio in diffinitione liberi arbi. ponit̄ aliq̄d ꝯcernēs rationē cum dī: ⁊ rationis indeclinabile iudiciū: ibi accipit̄ iudiciū: ꝓut distinguit̄ ꝯtra consiliū Judicij enim est discernere q̄d liceat vel q̄d nō liceat. Cōsilij aūt est ꝓbare q̄d expediat: q̄d nō expediat. Hoc autem nō est idē cū iudicio. Multa eñ per iudicium licita vł illicita decernimus: q̄ tamē licita sunt nō approbamus ⁊ illicita respuimus ꝑ consilium. Dicit̄ etiā in dicta diffinitione iudicium rōnis indeclinabile. Vñ considerandū ꝙ iudiciū rōnis dupliciter dicit̄ indeclinabile. Vno mō q2 pōt declinare a rectitudine: ⁊ ꝫm hoc liberū arbi. ex parte rōnis semꝑ recte iudicaret siue sequeret̄ recta volūtas siue nō: qđ falsuꝫ est Eo ꝙ ratio est recta ⁊ nō recta: volūtas bona ⁊ mala: sic nō sumit̄ indeclinabile in diffinitione libe. arbi. Alio mō iudiciū rōnis dicit̄ indeclinabile: q2 inseꝑabile est ꝫm ꝙ rō inseꝑabilis est a libero arbitrio: vñ dicit Berñ. habet volūtas rōnalis quocunqꝫ se vertat rationē semꝑ comitē ⁊ qđāmodo pedissequā: nō ꝙ semꝑ rōne ſ ꝙ nūq̄ absqꝫ rōne moueat̄: ⁊ sic accipit̄ indeclinabile in diffinitione liberi arbitrij.

¶Quarta diffinitio liberi arbi. ꝫm magistrum in .ij. sen. est phoꝝ vicꝫ liberū arbi. est liberū de voluntate iudicium. Hanc notificationem dicit Alexander de ales esse Boetij. Et San. Bonauen. dicit dictam notificationem potius esse nomis interpretionem q̄ diffinitionem. Nā philosophus .vj. Ethicoꝝ reprehendit diffi- D Quarta diffinitio li. ar.

nitionē equicolā id ē equaliū mēbroꝝ in qua sunt tot vocabula ex parte diffiniti⸗onis quot ex pte diffiniti: vtpote si qs dif finiret tunicam nigram: diceret eam esse collobiū atrum: cum dicit Boe. libe. ar. est liberū de volūtate iudiciū. Hec notifi catio habet aliquid in se qđ est rōnis scꝫ iudicium: ⁊ aliquid quod est voluntatis scꝫ liberū. Per hoc innuit ꝙ volūtas nō mouetur nisi pambulo cogitatu ⁊ iudi⸗dicio rōnis. Necꝙ̄ aꝙ̄ eñ possum⁹ ama⸗re nisi cognoscam⁹: ⁊ hoc iudicium ratio nis dicitur liberum a libertate ⁊ imperio voluntatis. Quantūcunqꝫ eñ pcedit rō nis iudicium nil sequit nisi impet libere voluntatis affectio: ⁊ ideo sicut possibili tas ⁊ facultas scribendi pncipalius dici⸗tur esse in manu ꝙ̄ in oculo: licet ad eam cōcurrit vis oculi ⁊ vis manus: sic etiam iudiciuꝫ rōnis diffinitiuū pcipue residet circa liberū volūtatis imperiū: nā volun tas actū elicitū a rōne trahit ad actū pro prium. Judiciū eñ rōnis duplex ē quod dam est in solo dictamie: ⁊ hoc vel in so⸗la cognitione veri simpliciter: vel in co⸗gnitione veri sub rōne boni faciēdi vel non faciendi: ⁊ hoc nō ptinet ad libe. ar. Aliud est iudiciū rōnis diffinitiuū: scꝫ co gnitio boni faciendi non simpliciter: sed ad hoc vt fiat: ⁊ hoc est dispositio pxima ad voluntatem: ⁊ illud nunꝙ̄ est sine vo luntate. Aliter tñ alij exponūt supradi ctam liberi arbi. notificationem. Liberū arbitriū est liberū de volūtate iudiciū: di centes ꝙ ibi notificat libe. arbi. ex parte cause scꝫ voluntatis. Hec enim ꝓpositio de causam liberi arbitrij iudicat scꝫ volū tatem: quia voluntas est totius liberi ar⸗bitrij fons ⁊ origo. Liberum nō denotat ibi causam materialē sic ꝙ voluntas sit id de quo est iudicium: sed denotat origi nem libertatis: quia ꝙ iudiciuꝫ rationis sit liberum ⁊ electio ⁊ etiam alij actus vo luntatis: hoc ꝓuenit ex natura et liber⸗tate voluntatis. Contra phoꝝ libe. ar. notificationem posset fieri instātia scꝫ ꝙ ad philosophos non pertinet diffinire li⸗berum arbitrium. Cum enim anima sit imago dei ꝑm liberum arbi: vt dicit Ri⸗chardus et mediante libero arbi. merea⸗tur. Philosophi autem non cognouerūt animam esse dei imaginem nec meriti ori ginem ergo ⁊c. Respondet San. Bona⸗uentura ꝙ de libe. arbi. est loqui dupli⸗citer. Aut ꝑm ꝙ est principium moralium operum: ⁊ illo modo est de consideratio⸗ne phoꝝ: illorum maxime qui versati sūt circa mores cōponendos: quoꝝ libe. ar. est principium scđm regulam ⁊ dictamē iuris naturalis qđ vnicuiqꝫ est impssum. Aut ꝑm qđ est principium operum gra⸗tuitorum: ⁊ illo modo libe. arbi. est de cō sideratione theologoꝝ: quia sic hꝫ aspe⸗ctum ad diuinam grām: cuius gratie co⸗gnitio est per fidem catholicam sine qua omnia opera hominum vana sunt: et si etiam videantur laudabilia: ⁊ in hac con sideratione deficit phoꝝ pericia.

¶ Ad scđm quesitum in principio hui⁹ capituli quo querebat quid sit liberū ar bitrium ꝑm nomē. Pro istius questionis euidentia: hic quatuor sunt vidēda. Pri mum quare liberū ar. duplici nomie no⸗minatur. Scđm quare magis dicitur li⸗berum arbitriū ꝙ̄ liberum iudiciū. Ter⸗cium quare vocabulum spectans ad rati onem dicitur substātiue scꝫ arbitriū: ⁊ vo cabulum spectans ad voluntatem dici⸗tur adiectiue scꝫ liberum: ⁊ non poti⁹ di⸗citur libertas arbitraria. Quartuꝫ quot modis dicitur libertas. Quintum an li⸗berū arbi. ab aliquo agente potest cogi.

Ad primum respondet ꝙ cum libe. ar bi. sit facultiu⁹ voluntatis ⁊ rationis: cō tinet aliquid in se quod est voluntatis et aliquid quod est rationis. Primum patꝫ quia liberum siue libertas ex ex parte vo luntatis. Nam liberum arbitrium eo ipē dicitur liberum quia immune est a coa⸗ctione: ergo penes illud maxime est libe⸗rum quod magis elongatur a coactione ⁊ talis potentia est volunta (vt infra pa⸗

debit) et non ratio. In multis enim contingit cogi rationem non sic voluntatem ergo &c. Item quo ad voluntatē sumus domini nostrorum actuum. Nam dicit Augustinus. Nihil est in potestate nostra sicut voluntas & actus volendi: sed illius est libertas principaliter cuius est dominium actuum nostrorum: ergo cum voluntas sit huiusmodi libertas: primo & principaliter residet penes voluntatē. Secundum patet scilicet quod arbitrium sit ex parte rationis. nam secundum Augustinū. Arbitrium dicitur ab arbitrando. id est. iudicando seu discernendo: sed hoc pertinet ad rationem. Rationis enim est iudicare vel discernere: quid liceat & quid non liceat.

Ad secundum dicitur quod facultas illa censetur hoc nomine liberum arbitrium magis quam liberū iudicium. Pro eo quod iudiciū importat actum rationis regulatum secundum regulam veritatis siue superne legis. Arbitrium vero importat actum rationis regulatum secundum imperium voluntatis: vnde ille dicitur iudex cuius est secundum iura causam terminare. Ille autem dicitur arbiter qui ad proprium voluntatis nutum causam terminare habet. Et quia liberū arbitrium quantum de se est discernere habet de agendis iuxta voluntatis imperiū & nutum: magisquam iuris preceptum. Hinc est quod magis proprie nominatur per nomē arbitrij quam per nomen iudicij. Ad tertium dicendum quod cum arbitrij libertas resideat penes rationem & voluntatem: ita quod in ratione inchoatur & in voluntate cōsumatur. Nam voluntas non habet moueri ad obiectum acceptando vel refugiēdo illud nisi precedat rationis decretū: sicut nec habet approbare vel respuere: eligere vel refrenare actum proprium: nisi actus rationis precedat qui dictat & diffiniat actum voluntatis esse bonum vt fiat vel malum vt non fiat: hoc est perficiendum vel refrenandum. Et quia illud in quo res inchoatur habet se per modum materialis: illud in quo consumatur habet se per modum formalis: & adiectiuum respectu substantiui se habet per modū informantis. Et ideo in nominatione illius potestatis nomen respondens rationi: significatur substantiue. Nomen vero respondens voluntati: significatur adiectiue: et propter hoc magis vocatur ista facultas siue dominium ex qua redditur potentia facilis liberum arbitrium: quā arbitraria libertas. Ad quartum dicendum secundum magistrū in secundo distinctione .xxv. Quod libertas arbitrij est triplex. scilicet a necessitate: a peccato et a miseria. F

Prima libertas est nature: & hec semper libera est a coactione sine necessitate ante peccatum & post peccatum. Sicut enim tunc cogi non poterat liberum arbitrium nec nunc: hec libertas in omnibus est tam bonis quam malis: quia potestas ipsa & habilitas voluntatis & rationis que dicitur liberū arbitriū: libera est ad vtrūlibet quantū ad voluntatem: quia libere & spontaneo appetitu ferri potest ad ea que bona et mala ratio iudicat. Est tamen notandum quod ad rationem liberi arbi. non pertinet quod quis indeterminate se habeat ad vtrūlibet. scilicet ad malum & ad bonum. Cuius ratio est: quia liberum arbitrium per se est ordinatum in bonum: cum bonum sit obiectum voluntatis per se: et malum per accidens. Nec in malum tendit nisi propter aliquem defectum qui apprehēditur vt bonum apparens. Nam electio que est actus proprius voluntatis non nisi boni sit vel apparentis boni: liberum arbitrium secundum Bernardum est potentissimum sub deo. Et secundum Anshelmum potestas peccandi: non ad potentiā pertinet: sed potius ad impotentiam. Libertas ergo arbitrij est respectu boni simpliciter respectu mali non nisi de per accidens. Nam posse peccare plus dicit defectum quam complementum. Secunda libertas

est gratie: et hec est libera a pctō de qua dicit apl's .ij. ad Corinth. iij. vbi spūs domini ibi libertas: hec libertas a huitute pcti liberat et seruos iusticie facit. Unde apl's ad Ro. vj. Liberati a pctō serui facti estis iusticie: hanc iusticiā hō peccando amisit i deo dicit Augu. in Enchiridion. Qz homo male vtens libero arbi. et se pdidit et ipm. scz liberū arbi. q̄a pdita est p pctm̄ libertas nō a necessitate sed a pctō. Libertas illa a peccato est cōmunis q̄druplici statui hoīs. scz in statu innocētie: in quo poterat homo peccare et nō peccare. Ante em̄ pctm̄ ad bonuz nil impediebat: ad malū nil impellebat: tūc sine errore ratio iudicare: et voluntas sine difficultate bonū appetere potuit: in statu nature destitute gra et ante repationē: premit hō a cōcupiscētia et vincit et habet infirmitatē in malo: sed nō habet grāz in bono: et nō pōt nō peccare etiam dāpnabiliter. id est. mortaliter: hoc est non esse in mortali qd̄ cōmisit: q̄a ex se nō pōt exire: vel non pōt difficulter nō incurrere alia mortalia: spm̄ volūtas a coactiōe est libera. In statu nature repate et añ cōfirmatōem: pmitur pcupiscētia sed non vincit: et hz quidem infirmitatem in malo sed gratiaz in bono vt possit peccare saltem venialiter pper libertatem: et possit nō peccare mortaliter pper libertatem et gratiam adiuuantem. Nō tamē habet posse om̄ino nō peccare pper infirmitatē nōdum pfecte absorptam: et pper grām nōdum pfecte cōsūmatā: in statu glorie post cōfirmationem (infirmitate penit⁹ cōsumpta et gratia in gloria cōfirmata) nec vinci poterit nec premi: tūc habebit posse nō peccare et nō posse peccare: nec venialit̄ nec mortaliter. Tertia libertas est a miseria de q̄ua ait apl's ad Rom̄. viij. Et ipsa creatura liberabit a seruitute corruptōnis in libertatem glorie filior dei. Hanc libertatem habuit homo ante peccatū: quia omni carebat miseria: et nulla tangebat molestia: et plenius habebit in futura beatitudine: vbi miser esse non poterit: sed in hac vita que est inter primū peccatū et vltimam cōfirmatiōem: nemo a miseria liber est qz pena peccati nō caret. ¶ Miseria vite presentis. Et si querat qualis est miseria liberi arbitrij quam homo incurrit p peccato. Respōdet fm magrm in .ij. sentē. Miserie sunt penalitates q̄s homo iusto dei iudicio p peccato originali incurrit. Per peccatū em̄ originale naturalia bona scz liberū arbitriū (sub quo continent tres vires scz rōnalis: irascibilis et cōcupiscibil') vulnerata et debilitata sunt: et gratuita vulnerata et detracta. Hic est em̄ ille q̄ a latronibus vulneratus est et spoliatus. Uulneratus q̄dem in naturalibus bonis: quibus non est priuatus: alioquin non posset fieri reparatio. Spoliatus vero gratuitis bonis: que per gratiam naturalibus addita fuerunt. Considerandum igit q liberū arbi. quod est facultas rōnis et voluntatis per miseriam et penam peccati originalis vulneratum et debilitatū est. Nam rō siue vis rōnalis incurrit ignorātiam et errorem: voluntas cōtinens sub se vim irascibilem et concupiscibilem: ex parte irascibilis incurrit infirmitatem (que est in potentia resistendi malis et difficultas in agendis bonis). Ex parte cōcupiscibilis incurrit maliciaz (que est pnitas et inclinatio ad malum: vicz ire inuidie et accidie) Totus etiam homo fuit vulneratus per cōcupiscentiā que est corruptio diuidens appetitus. scilicet appetitum sensualitatis ab appetitu rōnis scz voluntate. Et hec vulnerat totum hominē: nam per illam homo diuiditur in se et a se: intantū vt sensualitas non subiacet rōni et voluntati: caro spūi: et corpus anime. Et concupiscētia est triplex. scz oculorū seu curiositatis. scz scire occulta videre pulcra habere chara. Carnis seu voluptatis: scz appetere mollia carnalia dulcia: et superbia vite seu vanitatis scz appetere honores laudes et fauores: et hoc ē qd̄ dicit Beda q quatuor no

Capitulum XXXIX

bis inflicta sunt in anima ꝓpter peccatū originale vicʒ infirmitas malicia ignorātia (que est ebetudo mentis ad cognoscēdum ea que sunt necessaria ad salutem) ⁊ concupiscentia. Sunt etiam septem miserie inflicte corpori ꝓpter peccatum: primum ẛm Gregorium scʒ frigus: calor: fames: sitis: labor: morbus ⁊ mors: ⁊ plura alia. Gratuita etiam bona per peccatū sunt spoliata ⁊ detracta. Ratio eñ siue vis rõnalis ante peccatum habuit grãtiam gratisdatam: scʒ sciētiam illuminantem. Nam ratio sine errore iudicare potuit: inter verum ⁊ falsum: bonum ⁊ malum. Voluntas ante pctm̄ habuit gratiā gratum facientem scʒ charitatem abilitātem volūtatem ad diligendum deum ꝓpter se ⁊ supra omnia: ⁊ ꝓximum ꝓpter deum: ⁊ sine difficultate ⁊ contradictione virium inferiorum: voluntas appetebat ⁊ diligebat bonum per vim concupiscibilem: et spreuit malum per vim irascibilem.

B Ad quintum vtrum liberum arbitrium ab aliquo potest cogi. Respõdet San. Bonauentura in. ij. dist. xxv. ꝙ est loqui de libero arbitrio q̃tum ad actum exteriorem siue alienum: ⁊ q̃tuʒ ad actū interiorem siue proprium. Si loquamur q̃tum ad actum exteriorem siue alienuʒ sic respectu talium actuum potest interuenire coactio. Potest eñ quis compelli vt genua coram ydolo flectat: ⁊ vt manibus ꝓprijs thura altaribus ydolorū imponat vel incendat. Si aūt loquamur q̃tum ad actum interiorem ⁊ ꝓprium scʒ velle vel eligere aut consentire: sic nullo modo potest compelli ⁊ cogi: nec ab aliquo creato: nec a deo. Nam liberum arbitrium cogi salua sue ꝓprietatis libertate et eius natura: implicat in se duo contradictoria: ex hoc eñ ꝙ liberum est: si aliquid vult libere vult. Ex hoc enim qđ voluntarium est: si aliquid vult voluntarie vult: et seipo moneute vult. Et ex hoc quod cogitur si aliquid vult seruilit̃ vult et si vult inuite vult: et si aliquid vult ab alio vult. Quia violentum est cuius principium est extra: nihil conferēte vim passo: ergo liberum arbitrium cogi non est aliud ꝙ actum liberi arbi. simul et semel esse liberum ⁊ seruilem: voluntarium et non voluntarium: esse a se ⁊ nõ esse a se. Si igitur impossibile est quod claudit intra se vtranqʒ partem contradictionis: non tm̄ est impossibile creature. Verum etiam creatrici essentie: quia illud posse non est posse: sicut in primo libro senten. determinatur. Potest tamen liberum arbitrium mutari ab agente increato. Potest induci ab agente creato: potest impediri ab ineptitudine corporis. Primum patet: qr deus de immensitate sue potentie potest auferre libertateʒ: ⁊ auferendo libertatem potest inducere coactionem. Mutatur etiam voluntas quando ipsa volente vnum: potente virtute dei affectio immittitur ei ad contrarium: ⁊ de inuoluntario fit volens: ita ꝙ vna actio expellitur: ⁊ contraria inducitur. Sicut patet cum deus de amatore temporalium: facit temporalium cõtemptorē: ⁊ hoc dicitur esse quedam compulsio ⁊ tractio diuina: dum voluntas ab eo separatur cui per amoris glutinū fortiter iungebatur.

Scdm̄ patet. Tunc enim inducitur quando aliqua persuasio fit ab hõine qua disponitur vt ad aliquod appetibile inclinatur: ⁊ hoc fit quando amat aliud a se et infra se: vtpote vitam temporalem vel aliud cõsimile: quod potest agēs creatum conferre vel auferre: ⁊ sic ꝑ ablationē vel collationem alicuius rei amate: potest induci ad consentiēdum in aliquid efficaci persuasione. Per quem modum ydolatre tentabant sanctos martyres consentire in ydolatriam: modo promittendo delectabilia: modo infligendo tristia. Ista tamen inductio longe distat a coactione: sicut probat ipe exitus: quia nec blandimentis allici: nec tormētis terreri potuerunt vt a veritate iusticie imitarentur. Tercium patet. Nam actus

rationis qui est preambulus ad vsum liberi arbitrij impeditur et ligatur per ineptitudinem factam in corporali organo: patet hoc in dormientibus. Vir enim castus et sanctus cuius castitas est magna frequenter in somnis consentit operi: quod nullo modo faceret tempore vigilie. Patet hoc etiam in infantibus et freneticis: in quibus fumositates ascendētes ad cerebrum: perturbant spiritus animales. Quecunque etiam alia lesio organorum in quibus resident spiritus subtilissimi animales: facilius impedit vsum rationis et liberi arbitrij. Est hic questio cum operatio liberi arbitrij vel etiam rationis nullo modo pendeat a corpore: vnde ē hoc quod impeditur propter aliquā ineptitudinem factam circa corporalem organum. Respondet San. Bonauentu. quod huius ratio est vnio anime et corporis ad vnius tercij constitutionem: scilicet hominis quod est vnum per essentiam: et cui debet propria operatio secundum quod vnum est. Hec autem operatio non est vnire tm̄: nec sentire siue mouere: sed etiam rationari et intelligere: et propter ipsam operationem non tantum pendet anima ex corpore quantum ad actum sentiēdi: sed etiam quantum ad actū intelligendi quamdiu est in corpore. Hanc questionem San. Bonauentura (in .ij. dist. xxv. questio. vltima) satis diffuse pertractat videatur ibi.

3 Ad tercium quesitum principale

Tertio dicit̄ in diffinitione: in qua ⁊ ꝑ quā principia prima moralia ⁊c. ꝑ hanc particulam ꝯsciētia differt ab intelligentia: nam intelligentia vt dictū est. c. precedenti est naturale: iudicatoriū ꝑ lumē innatū: cognoscēs prima ꝑncipia speculabilium esse vera ⁊ certissima: ⁊ tenet se ex ꝑte intellect⁹ speculatiui: vt de quolibet affirmatio vel negatio ⁊ sic de alijs. Conscientia ṽo respectu luminis ⁊ habit⁹ cognitiui inditi: iudicat ⁊ dictat de ꝑmis ꝑncipijs agibilib⁹ opabilibus practicis siue moralib⁹: ⁊ tenet se ex ꝑte intellect⁹ practici: vt q̄ deo ē obtpandū. q̄ ꝑntes sunt honorādi: q̄ nemini iniuria ē inferēda ⁊c. Nō tñ drn̄t realiter: ſꝫ quēadmodū intellectus speculatiu⁹ extēsione fit practicus sunt vna potētia: ſm tñ diuersos act⁹: diuersa sortiunt̄ vocabula. Pariformit̄ intelligētia ⁊ ꝯscia. nā intelligētia est cognitio ꝑmoꝝ ꝑncipioꝝ speculabiliū. Cōscia vero cognitio ꝑmoꝝ ꝑncipiorū agibiliū. Postremo dr̄ in diffinitiōe: terminis apprehensis: ꝑ hanc ꝑticulā innuit̄ q̄ ꝯscia (put dictū ē. c. ꝑcedēti i fine) nōiat qdāmō habitū innatū: respectu. s. lumis sup nos signati qd̄ ondit nob̄ bona. Noiat insup qdāmō habitū acq̄situ: respectu specieꝝ reꝝ sensibiliū: q̄ ꝑ termios ꝓpositionū ꝑ se notaꝝ signant̄. Cōceptus nanq̄ cōplexi ꝑncipioꝝ moraliū signati ꝑ ꝓpositiones ꝑ se notas: sunt euidētes: dū ꝯceptus simplices ex q̄bus cōponunt̄ apprehēsi: reddūt ꝓtinus cōplexionē euidēteʒ in lumie rōnis intellectiue: vt qd̄ tibi nō vis fieri alteri ne feceris: cui nō ꝯtingit intellectis termis dissentire: Tales. n. noiantur cōes ani ꝯceptōnes: ⁊ ebdomades. i. ꝯceptiōes mētales: nā ebdo grece: latine dr̄ ꝯcipio: ⁊ ꝑme impressiōes: ⁊ ꝑma ꝑncipia. ¶ Principia Cognoscibiliū ⁊ moraliū drn̄t. Pro dictoꝝ ⁊ dicēdorū clariori euidētia attēdēdū ē ꝑcipue: q̄ sicut in scientijs speculatiuis (q̄ruʒ finis ē cognitio ṽitatis vel recte intelligē) (q̄les sunt metaphisice: mathematice ⁊ phisice) q̄dam sunt ꝑncipia ꝑ se nota ⁊ euidētia: vtpote de q̄libet affirmatio vel negatio de nullo ṽo sil'. si ab eq̄libet eq̄lia demas remanentia sunt eq̄lia. Paralelle (. i. linee eq̄ distātes) in infinitū ꝓtracte non ꝯcurrūt ⁊ sic de alijs. Cognitio hoꝝ ꝑncipioꝝ ē nobis innata vt dictū ē. nā intellect' termis cognoscūt̄. Quedā i speculabilib⁹ sūt min⁹ euidētia sicē ꝯclusiōes ꝑticulariū sciaꝝ: ꝓ eo q̄ lumē nobis innatū nō plene sufficit ad illas cognoscēda. Rō ḡ hūana ꝓgrediēdo ꝑ viā inq̄sitiōis ⁊ rōcinatiōis deducit ꝯclusiōes ex ꝑmissis: in q̄b⁹ ꝑncipia prima ꝑ se nota ꝯtinent̄. Et rursus resoluit ⁊ reddit ad illa ꝑma ꝑncipia: q̄b⁹ inuēta examinat: ⁊ sic ꝓpter euidentiā ꝑncipioꝝ assentimus veritati conclusionū. Pariformiter in scientijs practicis ⁊ moralib⁹

D Principia

que tractant de moribus ꝛ virtutibus et vitijs oppositis: vtpote monastica: yconomica ꝛ politica (quorū finis est amor bonitatis: vel bene viuere ꝛ opari) nam dicit phs Theorice quidem finis veritas practice vo opus. Item inquirimꝰ quid sit virtus: nō vt sciamus ſ vt boni efficiamur. Hoc est cōtra supbos solo nomine theologos q̄ student vt sciant vel sciātur Nihil vero traijciant ad affectū: nihil ad mores ꝛ ad virtutes que erudiunt intellectum: simul p deuotionē reformāt inflāmant ꝛ pascunt affectū ꝛ voluntatem Sunt quidā principia moraliū quaꝝ cognitio nobis innata est: ꝓ eo ꝙ naturale indicatoriū sufficit ad illa cognoscēda: vt ꝙ deo est obtpandum: qd̓ tibi non vis fieri ꝛ sic de alijs. Sunt etiā quedā agenda .s. scʒ institutiones supaddite ad que tenemur: ꝛ se habent tanq̄ pticulares conclusiones deducte ex p̄missis ꝛ p̄mis pncipijs moraliū: respectu quorū recipiunt euidētiam bonitatis moralis. Verbigrā memento vt diem sabbati sanctifices: ſ preceptū morale consistens in hoc ꝙ nihil iniuriosum ꝯtra deum cōmittat: euidētiam sumit ex hoc principio p̄mo. Deus est reuerēdus: non occidas: nō furtuʒ facias: sunt pticulares regule morales: euidentiam sumentes ex hoc p̄mo principio legis nālis. Qꝫ tibi nō vis fieri alteri ne feceris. Est tñ hic ꝯsiderandū ꝙ p̄ma pncipia moraliū quoꝝ ꝯscia ē cognitio: nō solū sunt pncipia ſ ꝛ fines. Nā dicit phs .ij. phisicoꝝ. Finis in opabilibus habet se sicut pncipiū in speculabilibus. Queadmodū .n. vitas ꝯclusionis in speculabilibꝰ dependet ex p̄mis pncipijs demōstrationū: ita in moralibꝰ ſm exigētiā finis accipiēda sunt media q̄ nullā habēt bonitatē nisi ex fine. Est em̄ finis pncipiū p̄mū in practicis: qꝛ finis est primū in intentione ꝛ vltimū in executione. Est etiā finis forma moraliū actuum. Qm̄ sic forma mālis dat esse māe disposite: ita ꝛ finis legis q̄ est dilectio dat formalē existētiam actibus debite circūstātionatis. Circūstantie em̄ sunt tanq̄ dispositiones q̄litatiue: q̄bus deficiētibꝰ aut inordinatis neq̄t intētio finis informare actum vt bonus formaliter dici possit: vñ sicut in pure speculabilibꝰ nulla formaꝛ cōseq̄ntia nisi fieri posset reductio ad primā ꝛ vnicam veritatem: q̄ deus est: sic nulla valet ꝯseq̄ntia in agibilibꝰ bonis: nisi posset reduci ad primaʒ bonitatē q̄ deus est finis oīs bonitatꝭ. vnde dicit apl's. Omnia in gl'iam dei facite. Item dicit xp̄s Primuʒ q̄rite regnū dei: xp̄s etiam legē ꝛ ꝓphās reducit finaliter ad dilectionē dei q̄ finis est p̄cepti. Quinto conscia describiꝛ ꝓ sua q̄nta acceptione ꝓut vicʒ ꝯiungitur rōni. Consciētia est dictamē rōnis: q̄ iudicat ꝛ ligat ad faciendū vel nō faciendum Hec descriptio aliq̄ntulū claret ex cap'lo p̄cedenti: in quo dictū est de ꝯsciētie q̄nta acceptione. Et clarius patebit capitulo seq̄nti de actibꝰ ꝯscie. Iteʒ Origenes describit ꝯscientiā. Cōsciētia est spiritus corrector: ꝛ pedagogus anie sibi sociatꝰ que sepaꝛ a malis ꝛ adheret bonis. Sed hoc attendendū: ꝙ spūs hic sumiꝛ ꝓ spirituali quadā opatione anie seu ꝓ spūali dono: ꝛ non sumiꝛ hic pro natura aie.

De actibus conscientie.

Capitulum xliiij.

Quartū ad quesitū in pncipio .xlj. capl'i de actibus ꝯscientie. Dōm ꝙ Consciētie ſm multiplicē eius acceptionem ꝛ descriptionē diuersi attribuunꝛ actus. Cōsciētia nāq̄ (ſm Alexā. pte .ij. q. lxxvij) duo hʒ in se: vnū qd̓ ē supremū: vt sic ē nāle iudicatoriū ordinatū ad dictamē boni ꝛ mali. Et q̄ ad hoc ꝯiūgiꝛ sinderesi: quā dirigit in stimulatōe ad bonū ꝛ murmuratiōe ꝯ malū. Et ꝓpterea Hiero. ꝛ alij ipam ꝯsciam sinderesim dicere voluerūt: qd̓ nō placet .s. Bonauēture Alexādro ꝛ plerisq̄ alijs: vt ꝓbatū est .c. xlj. Nam ꝯscia est in pte cognitiua ꝛ realiꝛ differt a sinderisi: q̄ est in pte affectiua: sicut intellectꝰ ꝛ volūtas: aliud qd̓

in se bꝫ cōsciētia est inferius: ⁊ sic cōiūgit
magis rōni: q̄ ꝯscia mediāte lege nāli il-
lumināt: q̊ ad cognitionē boni ⁊ mali: vt
infra dicet. Hoc p̄supposito aduertēduz
ꝙ actus cōscie sunt duplices. Nā q̄dam
attribuunt ei ꝑm suū sup̄mū ,put cōiūgi
tur sinderesi. Alij actus attribuūt ei ꝑm
suū inferi⁹ ,put cōiungit rōni. Actus at-
tributi cōscie ,put cōiungit sinderesi sūt
duplices. Quidā sunt cōes ipi sinderesi
et cōscie: quidā appropriati soli conscie.
Actus cōes conscie ⁊ sinderesi sūt cōes
solo noīe ⁊ nō re ⁊ rōne. Nā sicut ꝯscien
tia ⁊ sinderesis sunt potentie realiter di-
stincte ita ⁊ eoꝝ actus: distincte nāq̄ꝫ po-
tētie distinctos habēt actus. Actus igit
cōes cōsciētie ⁊ sinderesis sunt: remorde
re: stimulare: gaudere ⁊ dolere et plures
alij. Sinderesis nanq̄ꝫ remordet ⁊ recal-
citrat: ⁊ murmurat ꝯ malū: ⁊ stimulat et
instigat ad bonū in nobis etiā est: gaudi-
um ⁊ dolor ex parte sinderesis. Nam do
lor sinderesis intensus erit in damnatis.
Et gaudiū intēsissimū sinderesis est i be-
atis ⁊ bonis viatorib⁹. Hi actus etiā at-
tribuunt conscie sicut patet in diuersis
scripture locis. Sed isti act⁹ (vt dicit. S.
Bonauē.) alia ⁊ alia rōne sūt ab vtrisq̄ꝫ
potētijs. Sunt eñ p̄ncipaliter a sindere
si sicut a mouēte: inclināte: instigāte mur
murante ⁊ eliciente. Nō tñ sunt a cōscia
p̄ncipaliter eliciēte ⁊ mouēte: sed solū si-
cut a cognoscēte iudicāte mōstrāte ⁊ di-
B ctāte ,put declaratū est ca. xlj. Act⁹ ap
,ꝓpriati ꝑm suū superi⁹ ,put cōiungit sin-
deresi attribuunt ei ꝑm multiplices eius
acceptiones ⁊ descriptiones de quib⁹ ha
bitū est. xlij. et. xliij. caplis. Pro q̊ cōside-
rādū ꝙ conscia accepta ,p potētia vl' pro
habitu solū non elicit a se actus: sed ,put
accipit ,p potētia habituali. Hu.⁹ rō est
q꞉ ꝯsciētia cum sit potētia intellectiua cō
tēta sub intellectu practico indetermina
ta est ex se ad actus: sed mediāte habitu
(vt dictū est ca. p̄cedēti) exit in actus su-
os. Conscia igit cū sit potētia cognitiua
habitualis ꝑficiens intellectū inquātum
est practicus: mediante suo habitu elicit
p̄mo actū: q̄ est cognoscere iudicare siue
discernere de primis p̄ncipijs moralibus:
q꞉ vera ⁊ bona ⁊ imitatiōe digna. Scd'o
ōndit bonū ⁊ malū sinderesi. Tercio di-
ctat ad motū: vt bonū fiat ⁊ malū euitet
Et per hoc sinderesis inclinat aīam ad ꝓ
secutionē boni ⁊ fugā mali. Quarto di-
rigit ⁊ regulat operatiuā i executiōe ope
ris: vñ dictū est s. c. xxx. Intellectus spe-
culatiuus fit practicus dū vicꝫ eadē po-
tētia intellectiua q̄ iudicat in cōsiderādo
⁊ discernēdo: postmodū dirigit ⁊ regulat
in operādo. Ex hoc ptꝫ ꝙ conscia bꝫ q̄dā
modo rōnē motiui: nō q꞉ efficiat motū ꝫ
q꞉ dictat ad motū. Idcirco h̄ nomē con-
sciētia cōponit ex hac ꝑpositione con. et
h̄ noīe sciētia. Et nō nominat simpliciter
scia ꝫ cōscia: vt in h̄ significet ꝙ ꝯscia nō
est pure cognitiua ⁊ speculatiua: ꝫ qd'am
mō cognitiua ⁊ qd'āmō motiua: iūcta af-
fectioni ⁊ oꝑationi: ,ꝓpter qđ nō dicimus
ꝙ dictamē cōsciētie sit ad h̄ p̄ncipiū. Qđ
totū est maius sua ꝑte ⁊ ad silia: ꝫ bñ di-
cimus ꝙ conscia dictat deū esse honoran
dū ⁊ cōsilia p̄ncipia: q̄ sunt regule agēdo
rū. Ex dictis ptꝫ ꝙ conscia ꝑm ei⁹ primā
scd'am ⁊ quartā acceptiones triplices bꝫ
actus inquantum coniungit sinderesi.

Quartū vero actū q̄ est dirigere i ope-
ris executione q̄ respicit particularia: bꝫ
ꝑm suū inferius ,put cōiungit rōni. Naꝫ
sicut sinderesis est inclinatio ad bonum
vniuersale: sic ꝯscia cui⁹ nāle iudicatoriū
cōiuncta sinderesi dictat ad bonū in vni-
uersali: vñ tres p̄mi actus attenduntur.

Accipiendo consciam tercio mō nālí
ter ,p obiecto ꝯscito: ,p lege vicꝫ nāli tres
bꝫ actus. Cōsiderādū est ꝙ lex nālis (vt C
dicet ca. sequēti) noīat obiectum ꝯscie ⁊
sinderesis: ꝯscie vt dictantis ad bonum.
Sinderesis vt appetentis ⁊ inclinantis.
Sicq̄ꝫ lex nālis se bꝫ cōiter nō solū ad cō
scientiā ⁊ sinderesim: verūetiam ad rōnē
⁊ voluntatē: q꞉ ꝯsciā eadē est cuꝫ rōne et

intellectu: ⁊ sinderesis cū volūtate ⁊ affectu. Nam eadem est potētia cognitiua q̄ cognoscim⁹ aliq̄d nāliter scꝫ conscia: ⁊ ꝑ acquisitionē ⁊ talis est rō: ergo pari ratione eadē est volūtas q̄ aliq̄d appetimus per nālem instinctū q̄lis est sinderesis: et ꝑ deliberationis arbitriū: ꝓut s. ꝓbatum est ca. xl. Cū igit̄ lex nālis cōprehēdat rationē ⁊ voluntatē: ergo cōprehēdat et liberū arbitriū: qđ est facultas rōnis ⁊ volūtatis. Et q₂ in libero arbitrio tria concurrunt ad q̄ lex nālis compat̄: scꝫ facultas ratio ⁊ volūtas. Juxta ergo illas tres cōpationes. Lex naturalis tres hꝫ actus vt dicit Alexā. pte. iij. q. xxvij. membro. ij. Hoc tñ p̄mittendū ſm Isidoꝝ. ij. ethim. Lex vno mō dr̄ a ligando. Alio mō a legēdo: extenso noīe lectionis nō soluꝫ ad lectionem tpalem ſ ad lectionē ſm q̄ legit̄ in mēte. Primus ergo actus legis est ligare: hunc actum hꝫ in cōpatione ad facultatē in libero arbitrio. Facultas enim de se habꝫ liberā facultatē ⁊ inflexionem ad bonū et ad malū. Lex naturalis ligat ⁊ artat facultatē ad bonū faciendū et ad malū vitandū. Scđs actus legis naturalis est ōndere: quē hꝫ in cōpatione ad rationē quā illuminat: ⁊ sic lex dr̄ a legēdo: q₂ in ea legit̄ q̄d bonum quid malū. Tercius legis actus est instigare seu mouere voluntatē ad bonū faciendū ⁊ malū vitādum. Correlariū p̄ncipalis actus legis ē ligare ⁊ artare facultatem. Alij vero duo actus sunt min⁹ p̄ncipales. Libertas nā q̄ p̄mo ⁊ p se nō dr̄ esse in voluntate nec in rōne: sed in facultate cui debet̄ auctoritas ptās ⁊ imperiū: ⁊ a parte ei⁹ est flexibilitas ad opus bonum ⁊ malū. Lex ergo ligat ⁊ artat facultatē ad bonū faciendū ⁊ ad malū vitandū. Post hoc sequit̄ iudiciū in rōne: ⁊ sic format̄ ɔscia: vlterius facto iudicio q̄ sic dꝫ esse: deinde seq̄tur sinderesis q̄ est scintilla ɔscie: q̄ stimulat ⁊ instigat volūtatē ad bonū faciēdū ⁊ īō lex ꝑ se regulat facultatē: mediāte aūt ɔscia hoc est ſm q̄ rō accipit iudicium legis regulat rationē: mediāte aūt sinderesi regulat volūtatē in bono. Actus cōsciētie attributi scđm suū inferius, ꝑut cōiungit̄ rōni scđm ei⁹ quintā acceptionē ⁊ descriptionē sunt multiplices: vñ ꝓ dicē doꝝ clarioꝛe noticia. Cōsiderandū q̄ cōsciētia dupl'r accipit̄. Uno mō est naturale iudicatoriū semꝑ bonū dictans ipi sinderesi: q̄ est scintilla rōnis vel conscie: ꝑ monēs ⁊ inclinās ad bonū ⁊ murmurās cōtra malū. Et tūc semꝑ ɔscia de se recta est: q₂ tūc circa agibilia vniuersalia (sicut ipsa sinderesis cui associat̄) versat̄: de ea sic accepta ⁊ eius actibus iā dictum est. Alio mō conscia dicit quandā acceptionē ex parte rōnis deliberatiue cui associatur: cuius est vnū ab altero discernere: ⁊ vnū alteri cōferre: qđ notat̄ in hac ꝓpositione con. Et sic ɔscia pōt accipere erroꝛem ⁊ est erronea ⁊ recta. Et sic ɔscia ſm alexan. dicit habitū: acquisitū: q̄ reliquit̄ in aīa vel intellectu practico ex eo qđ ɔscit̄ Et sic conscientia cōiungit̄ rōni q̄ circa ꝑticularia ratiocināđo ꝑ modū cuiusdam inquisitionis versat̄: in q̄bus erroꝛ freq̄nter cōtingit. Que vt apertius cognoscantur fiat. Silogismus ɔscie: nā dicit phs in. vij. Ethi. Ratio in eligēdis ⁊ fugiēdis vtit̄ q̄busdā silogismis. In silogismo fit triplex ɔsideratio ſm tres ꝓpositiōes: ex quarū dua⁹ b⁹ tercia cōcludit̄: Ita etiā cōtingit in pꝛoposito: dum ratio in operandis ex vniuersalibus pꝛincipijs circa particularia iudicium assumit. Et quia vniuersalia pꝛincipia legis ⁊ iuris ad sinderesim pertinent. Rationes autem magis appꝛopꝛiate pertinent ad habitus: quibus ratio superioꝛ ⁊ inferioꝛ illuminatur Uerbigratia. Sinderesis pꝛoponit ex lege naturali foꝛmatam maioꝛem ꝓpositionem. Omne malum est vitandum. Cui conscientia (iuxta pꝛimam eius acceptionem inquantum est naturale iudicatorium semper dictās ad bonum) se cōiungens non errat: quia circa istam maioꝛeꝫ non erroꝛ. Ratio deinde ſm eius duplicē

portionem sub ista vniuersali maiori: format vnam minorem ꝓpositionem ad aliquem actum particularem descendendo: adulterium est malum. Ratio superior assumit quia lege diuina ꝓhibitum: que dicit Non mechaberis. Ratio inferior assumit: quia adulteriū ē iniustum ⁊ inhonestum: ꝓpter actus turpitudinem: ꝓpter rationis humane dignitatem: ꝓpter offensam hominum ⁊ reipublice: cui minori si conscientia (iuxta scdam sui iam dictam acceptionem rationi associata) assentiat non errat. Infert postremo conscientia ex istis duabus p̄missis conclusionē (dicit enim conscientia quasi concludens sciētia) igitur adulteriū est vitandum: hec cōclusio similiter erit vera: quia ratio ⁊ conscientia in minori coniuncte non errant. Conscietia similiter errare potest in alio: non silogismo sed ꝑalogismo sophistico sic formato. Omne bonum est faciendum Adulteriū est bonum: in hac minori ratio superior heretici nicolaite: false assumit. adulterium est bonū: ex precepto diuino pessime intellecto Gen̄. j. Crescite ⁊ multiplicamini. Item ex actibus aplōꝝ. c. ij. Habebant oīa cōia Nicolaite heretici dicti sunt a nicolao aduena. Nicola⁹ enim (vt dicit. ij. q. ij. Nō omnes: in glosa) fuit vnus de septē dyaconibus quos apli instituerunt: qui fuit reprobus: nam ille heresiarcha vt dicit Lyra: dixit vxores omnibus esse cōes in cognoscēdo eas. Ratio etiam inferior cōuersa ad sensualitatem ⁊ carnē errat in dicta minore: vicz adulterium est bonū: quia delectabile sensualitati: silr ꝯsciētia rōni ꝯiuncta errat. infert postremo ꝯscia hētici ꝯclusionē: ꝙ adulteriū est faciendū: q̄ ꝯclusio etiam est falsa ꝓpter falsitatē minoris ꝓpositiōis: in qua ratio ⁊ ꝯsciētia se associauerūt. Et cōmittit in dicta argumētatione sophisma ſm quid ad simplr: sicut a sili nō sequit: ethiops est albus ſm dētes: ergo est simpliciter albus ſm corp⁹ totū. nec sequit adulterium est bonum delectibile ſm sensum: ergo est bonū simplr honestū ſm rōnem.

Considerādū etiā ꝙ in dicto silogismo ꝯscie: nō solum ꝯcurrūt actus sinderesis ꝯscientie: rōnis supioris ⁊ inferioris: sed etiam volūtatis: quia dicti actus sunt cōsciētie ⁊ rōnis vt dictantis ⁊ cognoscētis Volūtatis aūt vt approbātis ꝯsentiētis ⁊ inclinātis: ⁊ queādmodum in dicto silogismo ꝯcurrunt actus rōnis supioris et inferioris: sic etiam voluntatis supioris ⁊ inferioris: de qua dictum est supra. c. xxxj. Cōcurrūt etiam in silogismo ꝯsciētia act⁹ legis nālis: nam vt dictū est. Lex naturalis ligat in libero arbitrio facultatem. Lex naturalis: mediāte ꝯsciētia: illuminat rōnem Sinderesi mediante: instigat voluntatem. Est ⁊ alia argumentatio nō tamē per figuram ⁊ modū: silogistice formata: quā sctūs Bonauē. ponit in opusculo intitulato incēdiū amoris. In hac siquidē argumentatiōe actus potentiarū anime ꝯcurrunt. Meditando scilicet de via purgatiua: in qua tota anima debet esse intēta ſm omnes vires suas: scz ſm rōnem sinderesim conscientiam ⁊ voluntatem. nā in huiusmodi meditatione: ratio percunctando affert ꝓpositionē (rōnis enim actus est ratiocinando ꝑcunctari ⁊ inquirere) sinderesis sentētiādo ꝓpter distinctionem (Sinderes. n. ad modū iudicis sentētiat causas diffiniēdo) ꝯsciētia testificādo infert ꝯclusionē: ꝯsciētia vt. j. patebit testificat de bono omisso vel malo cōmisso: volūtas ꝑeligēdo differt solutōnē (volūtas delibratiua plurib⁹ ꝑconsiliatis: alteꝝ alteri ꝑoptat) Verbigrā. Si q̄s velit meditari circa viam purgatiuā: debet rō q̄rere quid debeat fieri de hoīe qui templum dei violauerit. Anima est templū spūssancti: fundatū ꝑ fidē: eleuatū ꝑ spem: ꝯsummatum ꝑ charitatē: q̄ diffund. in cordibus nostris per spiritūsanctum. Fides huius templi violatur per infidelitatem: spes ꝑ desperationem ⁊ presumptionē charitas

que est finis precepti violat᷑ p trāsgressio nē pceptoꝝ decalogi. nā pc. pta prime tabule ordinant ad dilectionē dei: ſ pcepta ſcde tabule ad dilectionē ꝓximi. Sinderesis rñdet ꝙ debet disperdi: aut lamētis pnie purgari: ꝯscia assumit: tu es ergo ille: ergo vel oportet te dānari vel pnie stimulis affligi: deinde volūtas pēligit (ſcʒ quia recusat dānationē eternā) volūtarie lamentū. Actus ꝯscie attributi ſm suū inferius ꝓut distingit᷑ rōni: sunt duplices: quidā sunt cōes ꝯscie ⁊ voluntati delibratiue: quidā appropriati soli ꝯsciētie: actus cōes ꝯscie ⁊ voluntati solo noie sunt esse mundū adueniēte gra: immūdū esse aduenīte culpa: esse tranquillūʒ ſcʒ sine remorsu vermis: esse turbatū verme remordente: esse malū ⁊ hoc triplr. Primo q: est inqnata ad Thitū pmo: coinqnatē sunt eoꝝ mens ⁊ ꝯscia: mens ꝗtuʒ ad intellectū: ꝯsciētia quo ad affectū: coinqnata ꝗtum ad pctm̄. Scdo q: cauteriata: de q̃. j. ad Thimoth. iiij. Cauteriatā habētes ꝯsciam. i. corruptā praua intētione: ⁊ adustam igne male ꝯcupiscētie: nā cauteriū ē corruptio carnis p ignē facta (Est aūt cauteriū ferrū quo vtunt᷑ dānati: inde cauterio as vbuʒ. i. cauterio inurere) Tertio ꝯscia ē mala q: ꝯturbata: de qua Sap. xvij. Semp ꝓsumit seua: ꝯturbata ꝯscia. Ex remorsu em̄ vermis est ꝯturbata ⁊ inqeta: ⁊ ꝓsumit seua: sup se ventura anteꝗ veniant: sicut fecit Caym Gene. iiij. qui dixit anteꝗ puniret᷑ a deo ero vagus ⁊ ꝓfugus: oēs predicti act⁹ sunt in voluntate delibratiua vt in subiecto: sed in rōne supiori ⁊ inferiori sicut in apprehēdente ⁊ cognoscēte: sed in ꝯscia (que applicat ⁊ ordinat sciam ⁊ cognitionem rōnis ad aliquē actum) sicut in dictante ⁊ monstrante volūtati: quid appetendum est vel quid refutandū: tandē voluntas delibratiua: cognita per rōnem et dictata p cōscientiā: elig't vel refutat: cōsentit vel dissentit: que oīa clarent ex superioribus de silogismo ꝯscientie: in cui⁹ minore ꝓpositione. Ratio cognoscit adulterium fore immundū ꝯturbans ⁊ inquinans totum microcosmū. Conscientia similiter in cōclusione: dictat immūditiaʒ ꝯturbationem ⁊ inquinatiōem adulterij fugiendas ⁊ vitandas. Voluntas vero mota ⁊ inclinata per rōnis notitiam ⁊ cōscientie dictamē: horret refugit immundiciam ⁊ inquinationē: dissentitqꝫ adulterio. Tandē voluntas velut rex in micro cosmo iperat potentijs apprehēsiuis motiuis ⁊ executiuis: vt fugiant adulterium immūdās ⁊ inquinās ⁊ maculans totūʒ exteriorem interiorēqꝫ hoieʒ. Postremo volūtas (excluso a regno aīe ⁊ minore mūdo adulterio) preoptat ⁊ pēligit: castitatis puritatem: immūdicie pariterqꝫ decorem. Actus attributi ꝯsciētie ſm suum inferius soli ꝯsciētie appropriati plures sunt sanct⁹ Bonauē. in centiloqo: ⁊ in. ij. sentē. dicit ꝙ actus pmus elicitus a ꝯscientia ꝓut est habitus acquisitus est dictare. Potest aūt cōsciētia aliqd dictare tripliciter: vicʒ ſm legeʒ dei: preter legem dei: ꝯtra legem dei (⁊ est hic sermo de dictamine cōscie p modum precepti siue ꝓhibitionis: non per modū cōsilij vel persuasionis) Primo ꝯscientia ligat simpliciter ⁊ vniuersaliter: quia legi dei concordat mediante qua cōscientia ostendit esse ligatum. Scdo cōscientia ligat ꝗdiu manet: vnde tenet᷑ homo illaʒ deponere vel qd̄ dictat opere adimplere: vtpote si dictat cōscientia ꝙ leuare festucā de terra est necessariū ad salutem: vel si dictat conscientia: intranti ecclesiam deponere caputium. Tertio modo conscientia nō ligat ad faciendum vel non faciendū sed potius ad se deponendum: quia cum talis conscientia sit erronea: error ille repugnat legi diuīe necessario: ꝗdiu durat ponit hominē extra statum salutis: vtpote si dicat leccatrix alicui moriaꝛ si non cognoscas me: ⁊ ille incipiat habere cōsciē-

tiam de mortali ſi non cognouerit leccatricem: non eſt in ſtatu ſalutis ipſa conſcientia perdurãte: quia ſi nõ cognoſcat eam peccat mortaliter ꝯtemnẽdo deum, dum dictat ꝯſcientia hoc domino nõ diſplicere: ſi cognoſcat eam facit cõtra preceptum domini Non mechaberis. Cõſiderandum hic primo ꝙ conſcientia errat duob⁹ modis. Primo ex falſa aſſumptione: puta quãdo aliquis aſſumit aliquod malum vel falſum tanꝙ bonũ vel tanꝙ verum. Exempligratia: quãdo ſinderesis dicit. Omne prohibitum a deo vitandum eſt. Conſcientia autem fundat̃ in hoc ꝙ iuramẽtum ſit a deo prohibitū et ideo falſo credit illud eſſe vitandum: cum ante permittittit ſe mori ꝙ iuret: ſicut facit hereticus. Secũdo errat cõſciẽtia falſa applicatione: ſicut cum ex aliquibus veris aliqua conſciẽtia erronea format̃. Exemplum de eo qui facit id quod habet ſpeciem mali: licet non ſit malum: exiſtimans ſibi ſufficere intentionem bonã quã habet: non curans de ſcandalo ꝓximi: ſicut faciebant q̃dam in eccleſia primitiua fideles comedentes ydolotica: licet nõ in venerationem ydoli: tamen coram ſimplicibus qui inde ſcandaliſabantur illos imitãtes: quos reprehendit apoſtolus Roma. xiiij. Secũdus actus cõſcientie eſt teſtificari: vnde pro cognitione iſtius actus ⁊ ſequentium conſiderandum: ꝙ conſciẽtia ſm ꝓprietatem vocabuli ſignificat applicatiõem ſiue ordinationem noticie ſeu cognitionis rationis ad aliquem actum particularẽ: quod denotat prepoſitio cum. Dicit̃ enim cõſciẽtia quaſi cum alio ſcientia. vnde Hugo Conſcientia eſt cordis ſcientia. Cor enim ſua ſcientia ſe nouit et multa alia. Cum enim ſe nouit appellatur conſcientia. vnde conſcientia eſt cognitio ſui ipſius. Unde dicitur conſcientia a conſcio: is: ire. id eſt. ſimul ſcire. Tunc enim aliquis cõſcit cum de bono ⁊ preſertim de malo ſibi cõſcius eſt. Cum autẽ cor preter ſe alia noſcit: vocatur conſcientia. Applicat̃ autem noſtra noticia vł cognitio ad aliquẽ actum tribus modis: ⁊ ſm hoc conſcientie ſunt tres ſequẽtes actus. Primo modo ſm ꝙ conſcimus vel cõſideramus: an aliquis actus ſit factus vel non: ſm ꝙ dicitur Geneſis. xliij. Non eſt in conſciẽtijs noſtris quis poſuerit pecuniaʒ in ſaccis noſtris. id eſt. neſcimus an hoc factuʒ ſit Et ille actus dicitur teſtificari de preterito: nam conſcientia vt ſic eſt teſtis factorum vel non factorum: inq̃ntum conſciẽtia retinet illud contra quod volũtas fecit quaſi contra voluntatem teſtificans: ꝙ legi ⁊ preceptis diuinis non obediuit. ⁊ ſic conſcientia habet virtutem dictaminis. Iſtud auteʒ dictamen non eſt aliud ꝙ preuentio precepti diuini ad eum qui habet conſcientiam: vnde conſcientia inquanntum teſtificatur perhibendo teſtimonium: eſt liber in quo ſcriptum eſt aliquid ſiue bonum ſiue malum: vnde dicitur Danielis. vij. Et libri aperti ſunt: ibi glo. Conſcientia ⁊ opera ſingulorum in vtraꝗ parte vel bona vel mala oĩbus reuelentur. Tertius actus conſcientie dicitur examinatio: inquãtum conſcientia examinat que iam facta ſunt: an ſint recta vel non recta: an bene an male acta. Et quando per examinationem inuenit̃ id quod factum eſt diſcordare a conſcientia a qua examinatur: dicitur conſciẽtia accuſare de bono omiſſo vel malo cõmiſ. Quando inuenitur illud quod factuʒ eſt proceſſiſſe ſm dictamen ⁊ formam conſcientie: dicitur ꝯſcientia excuſare. Quartus actus conſcientie eſt ligare vel ſoluere voluntatis facultatem. vnde conſcientiam ligare voltatẽ nil aliud eſt ꝙ aſtringere voluntatem: non aliud ſine peccato facere vel omittere ꝙ conſcientia ſibi dictat: ſicut ligatus corporaliter nõ poteſt ad alium locum ire niſi ſoluatur. Conſcientia enim non obligat virtute propria ſed

ui virtute diuini precepti. Non enim dictat aliquid faciendum vel non faciendū quia sibi videt: sed quia a deo preceptuȝ vel prohibitum. Ideo si aliquid apprehendatur a dictamine rationis vt directe cadens sub precepto mortaliter peccat omittens illud quod conscientia dictat: etiam si sit de veniali: si autē non apprehendatur vt directe cadēs sub precepto vel prohibitione: tunc non fit directe cōtra conscientiam sed preter conscientiā: ꝛ ita non peccatur mortaliter sed venialiter: vel etiam nullo modo: sicut quādo ꝯscientia dictat facere aliquod opus consilij si non faciat non peccat. Aliter tamē ligat recta conscientia ꝙ erronea: nam recta ligat absolute et in omnem euentum nec deponi pōt: sicut si q̄s sibi format conscientiam de adulterio que conscientia recta deponi non potest sine peccato. Conscientia vō erronea non ligat nisi ꝫm q̄d: inq̄ntum creditur esse recta: sed ea deposita non amplius ligat. ¶ Perplexitas ꝛ scrupulositas Nascunt ex conscientie. Est autem perplexitas conscientie dubietas quo ad scienda: agenda ꝛ euitanda. vnde a plecto: xi: xum: dicitur hic plexus us xui. id est. flexus: quod componitur cum per: ꝛ dicitur perplexus: a: um. id est implicitus irretitus inuolutus obscurus Inde perplexitas. id. est. conscientie dubietas. Est autem (vt sanctus Bonanentura dicit in cētiloquio) triplex perplexitas. Prima est intelligentie verborum sacre scripture que videntur sibi repugnare. Secunda est intelligentie faciendorū: de qua ad Roma. viij. Quid oremus nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis ꝛc. Tertia est ineuitabilitas peccādi. Prima dissoluitur per distinctionem et considerationem scripturarum. Secunda dissoluit: per inspirationem spiritus sancti: nam sapientia diuinitus inspirata est vnctio docens de omnibus per meritum orationis Jacobi. j. Si quis indiget sapientia postulet a deo. Tertia dissoluitur per depositionem erronee conscientie

H Perplexitas ꝛ scrupulositas.

Et considerandum ꝙ perplexitas veritate inspecta nihil est: nec potest aliquis perplexus esse inter duo mala necessitate astrictus ad aliquod malum perpetrādum. Cum ergo positus q̄s est inter duo mala: aut potest vtrunq; vitare: aut alterum facere sine peccato: et cum oportet facere alterum eligendum est ꝫm cōsiliū beati Gregorij quod per se consideratuȝ est minus peccatum. Verbi gratia. Cum quis iuramēto firmauerit perpetrare homicidium: preeligat periurium ꝛ de eo peniteat: ꝛ homicidium maius malum nequaq̄ faciat. Scrupulus est vacillatio quedam consurgens cum formidine ex aliquibus coniecturis debilibus ꝛ iūctis. Unde videtur esse scrupulus pusillanimitas que est tedio seu timore rerum aduersarum: iners et inconsiderata animi deiectio. vñ scrupulus a q̄busvocat erronea ꝯscia: ab alijs timor ꝯscie ab alijs pusillanimitas di: vnde magna est differentia inter habere seu facere conscientiam formatam: ꝛ habere solum timorem conscientie. Conscientia nanq; formata est quādo finaliter post discussionem ex diffinitiua sententia rationis iudicatur aliquid esse faciendum vel non faciendum: ꝛ contra talem conscientiam facere etiaȝ si sit erronea est peccatum. Timor vero conscientie seu scrupulus est: quādo nō sic finaliter post discussionem ex diffinitiua sententia firmatur aliquid esse faciendum vel non faciendum: sed mens inter dubia vacillās nesciens quid melius vel ad quid potius teneat. Nec tamē quoq; modo vellet omittere quicquid sciret esse placitum diuine voluntati: ꝛ contra hūc timorem ꝛ scrupulum facere: non semꝑ est peccatum. Et dicit scrupulus a scrupus: pi: qui est lapis puus sub talo in calciamentis latens multum ledens (et dicitur a scrutari: quia eum ꝓpter lesionem

scrutari oportet) Et p similitudinē scrupus vel scrupulus dicit̄ molestia sollicitudo anxietas et dubietas animi remorsus ɔscientie: multū hunc ledēs qui non est promptus in discernendo: sicut scrupus lesit viatorem.

¶ De obiecto conscientie Capitulum xlv

iecto entie

Q Uintum ad quesituȝ de obiecto conscīe qđ primo ei obijcit̄ in qđ primo fertur. Circa quod negociatur conscientia ſm San. Bonāuen. ij. sentē. dist. xxix. est lex naturalis: que etiā est obiectum sinderesis licet diuersimode. Nam lex naturalis obiectū est conscientie veluti cognoscentis ostendentis et dictātis. Et etiā obiectū sinderesis: sicut appetentis cōsentiētis ⁊ inclinantis. Un̄ illud qđ intellectus practicus siue cōsciētia intelligit ostēdit et dictat. Sinderesis appetit: ad hoc stimulat mouetur ⁊ inclinatur. Nā non diligim⁹ ⁊ appetimus nisi cognita ſm Aug⁹. Nec obsistit q̄ idem est obiectū diuersarū potentiarū: nā hoc diuersis rōnibus. Nā lex naturalis sub rōne honesti boni cōsiderata: inquantuȝ bonū est obiectū sinderesis q̄ inclinat ad bonū honestum. Sed lex naturalis cōsiderata sub rōne boni: inquantū verū est obiectū consciētie. Dictū est supra caplo xxxiij. q̄ bonum inquantū bonū est obiectum affectus: sed sinderesis vt dicet̄ se tenet ex parte affectus ⁊ volūtatis intelligentie vero ⁊ memorie obiectum est verum: ⁊ hoc dupliciter vel verū sub ratione veri: ⁊ hoc est obiectum intellect⁹ speculatiui. vel verum sub rōne boni: ⁊ hoc est obiectum intellectus practici ⁊ ɔscie. Et si querat̄ quō se habeāt ad inuicē sinderesis conscientia ⁊ lex naturalis. Rn̄det San. Bonauētu. q̄ sinderesis se habet ad cōscientiā sicut se habet charitas ad fidem. vel habitus ipsius affectus ad habitum ipius intellectus practici scđm q̄ est habitus. Lex autem naturalis communiter se habet ad vtrūq̄: scȝ ad sinderesim et conscientiam. Nam lex naturalis dupliciter accipi potest. Uno modo put dicit habitum in anima: ⁊ sic quia p legē naturalem instruimur: ⁊ per legem naturalem recte ordinamur: dicit habitū qui comprehēdit sinderesim ⁊ conscientiam. Alio modo lex naturalis vocatur collectio p̄ceptorum iuris naturalis: ⁊ sic nominat obiectum conscentie ⁊ sinderesis: vnius sicut dictantis: ⁊ alterius sicut inclinantis. Nam ɔscientia dictat ⁊ sinderesis appetit vel refugit. Et vtroq̄ modo inuenitur lex naturalis in diuersis locis scripture. Hoc tamen vltimo modo magis ꝓprie. Et sic vt ꝓprie loquamur sinderesis dicit potentiā affectiuā: inquantum nāliter abilis est ad bonū ⁊ ad bonū tendit. Consciētia vero dicit habitū intellectus practici. Lex v̄o naturalis dicit obiectū vtriusq̄. ¶ Questio p̄sens idcirco interseritur: q2 dictū est q̄ lex naturalis sit obiectū ɔscie ⁊ sinderesis: pro clariori ergo noticia legis naturalis hic queritur de multiplici lege: de q̄ in diuinis scripturis sepe fit mētio. Rn̄det Alexan. pte. iij. questi. xxvj. ⁊. xxvij. q̄ lex est quincuptita videlicet lex eterna naturalis: lex moysi. Lex euangelica siue gratie et lex humana. A lege eterna deriuantur alie leges ad ordinandā rationalem creaturā. Harum autem legum quedam est creature rationali indita: vt lex naturalis. Quedam imposita seu addita: vt lex euangelij: lex moysi et lex humana. Prior ergo inquisitio erit de lege eterna: secunda de lege naturali: consequenter de legibus superadditis. B Questio

¶ Lex eterna de qua primo queritur. an sit. Secundo quid sit. Tercio q̄liter alie leges ab ea deriuentur. Lex eterna

Ad primum dicit Damas. Necesse est omnium eorum que sunt: esse factorem ⁊ ꝓuisorem: neq̄ eñ decēs est alium esse

factorem alium ꝓuisorem: quia si hoc esset imbecilles essent vtriqꝫ hic faciendi ille prouidendi: deus ergo est factor et prouisor. Nam sapientis non est facere domū nisi ꝛ ipse ꝯseruet: ergo ꝛ summi sapiētis artificis nō tm̄ est ꝓducere vniuersum: sed et ꝓductū gubernare ꝑ suā ꝓuidentiā: cōstituendo leges ꝺm quas creata cōseruant̄: nā dicit Boe. Prouidētia est diuina rō in summo principe constituta q̄ cūcta disponit. Singularius tm̄ ꝓuidentiā hꝫ de creatura rōnali ꝺm quā eaꝫ erudit dando ei legē: vt p̄cepta vt ostendentia debitum faciendi ꝛ mali vitandi: ꝛ virtutes p̄stātes facultatē faciēdi ꝛ vitandi. Ad scdm̄ quesitū de quid sit lex Primo dicendum est de q̄dditate nois. Scdo de quidditate rei ꝛ diffinitionis

De quidditate nominis considerandū ꝙ lex ꝺm Isido. vno mō dr̄ a legendo: extenso noīe lectionis non solum ad lectionem tpalem sed etiā ad lectionē ꝺmꝙ legit̄ i mente: ꝛ sic habet statum in dispositione latoris scꝫ dei ꝛ sic ꝯuenit legi eterne. Conuenit etiam ꝺm istam nois interp̄tationem legi tpali: ꝛ sic lex est legibilis descriptio debite honestatis. Qm̄ aūt legibilis descriptio pōt esse interius in mēte ad intellectum: ꝛ sic ꝓprie dicit̄ lex: vel illa descriptio potest esse exterius in scripto ad sensum sicut in signo signans legē in mente. Alio modo dicit̄ lex a ligando: ꝛ sic lex consistit in ꝓmulgatione aliquoꝝ faciendoꝝ vel vitandoꝝ. Et h̄ dupliciter: quia ligare potest actiue: sic lex eterna in deo dicit̄ a ligando: vel passiue sic dicit̄ respectu creature. Et hoc dupliciter vel ꝺm cōparationē ad imperatū: sic lex dicitur esse in rebus que imperant̄ aut ꝓhibentur sed hoc sicut in effectu: vel ꝺm cōparationē ad illum cui imperat̄: sic lex dicit̄ esse in anima illius cui fit imperiū.

Tercio modo ꝺm Aug⁹. lex dicitur ab eligendo et sic lex dicitur ars ipsa qua eligimus debita fieri: ꝛ respuimus indebita fieri: ꝛ sic lex solum est in anima. hec alexander in tercia parte De quidditate rei legis Considerandum ꝙ lex eterna ꝺm sanctum Tho. p̄ma scde. questio. xciij. articulo p̄mo. non est aliud q̄ ratio id est conceptus diuine sapiētie scdm̄ ꝙ est directiua omnium actuum et motionum. Et quia diuina ratio seu verbum eternum nihil concipit ex tēpore sed habet eternum conceptum: ideo lex eterna. Deus enim sicut per sapientiam suam est conditor vniuersarum creaturarum ad quas comparatur sicut artifex ad artificialia: ita est gubernator omniuꝫ actuum ꝛ motionum que inueniuntur in singulis creaturis. Unde sicut ratio diuine sapiētie inquantum per ea cuncta sunt creata: habet rationem artis vel exēplaris vel ydee. Ita ratio diuine sapientie mouentis omnia ad debitum finem seu ipsa ratio gubernationis rerum in deo sicut in principe vniuersitatis exīstēs (cū mundus diuina prouidentia regatur) obtinet vim legis. Cum nil aliud sit lex q̄ quoddam dictamen practice rationis in principe qua gubernat aliquā cōmunitatem perfecte. Sanctus etiam Augustinus in libro contra faustum: sic describit legem eternam. Lex eterna est ratio vel voluntas diuina: ordinem naturalem conseruari iubens: ꝛ perturbari ꝓhibēs. Item de libero arbitrio. Lex eterna est qua iustum est vt omnia sint ordinatissima. Lex enim eterna scdm̄ qd̄ est ius ordinandi respicit bona ꝛ mala: quia deus bona facit ꝛ ordinat. Malum autem non facit sed ordinat: vnde ordinarē est actus communis et principalis legis eterne: tam respectu creature rationalis q̄ irrationalis: quia ordo currit ꝑ omnē actum: vn̄ Aug⁹. sup Gen̄. Uolūtas diuina subijcit sibi p̄mitus om̄ia: deinde creaturam corpalem sp̄ūali: deinde irrationalem rationali: terrestrem celesti. hunc actū p̄ncipalem legis eterne sequit̄ alter

actus scʒ artare. vnde sicut calefacere di
cit actū principalem ignis. Indurare au
tem ꝯsequentē: ita artatio dicit effectum
ꝯsequentem legis: ꝛ ꝯuenit legi eterne re
spectu rōnalis ꝛ irrōnalis creature: quia
lex artat: inq̄ntum determinat potentiaʒ
que est indeterminata in rōnali ꝛ irrōna-
li creatura. vnde dicit Augusti. sup Geñ.
Oīs natura quasdā habet nāles leges
ꝫm quas spūs vite qui creatus est habet
quosdā actus suos determinatos: quos
etiam mala volūtas nō potest excedere.
Et similiter de elementis dicit: ꝛ elemē
ta habent definitā vim ꝛ qualitates pro-
prias: quid vnūquodq̄ʒ valeat quid non
valeat. ideo dicit̄ Sap. xj. Deus oīa di
sposuit in mensura numero ꝛ pōdere: in
seipso ꝑ legem eternā: q̄ est mensura oīi
rei modos prefigens quo limitat̄ ꝛ artat̄
in essentia virtute ꝛ oꝑatione: nam solus
deus est infinite essentie virtutis ꝛ oꝑatio
et nūerus. i. oīi rei spēm prebens: ꝛ pon
dus. i. omnē rem ad stabilitatē trahens ꝛ
terminās ꝛ formans ꝛ ordinās oīa di-
uersa. Considerandū etiam ꝙ notio si
ue cognitio eterne legis impssa ē cuilibet
anime rōnali in creatione. vnde dicit Au
gusti. in li. de ar. Querit̄ a quolibet vtruʒ
impressum sit aīe sue ꝛ notū: ꝙ iustū est
ꝙ omnia sint ordinatissima: dicit vtiq̄ʒ ꝙ
sic. Dicit etiaʒ in libro. lxxxiij. q̄stionum.
Lex eterna transcripta est in aīam ratio-
nalem ex ineffabili atq̄ʒ sublimi rerū ad-
ministratione que fit ꝑ diuinā ꝓuidentiā
Interest tū ꝫm Alexā. Inter nosse ꝛ iu-
dicare legem eternam: quia ad cognoscē
dum satis est vt videamus aliq̄d ita esse
vel nō esse. Ad iudicādus ꝟo aliquid ad-
dimus vt iudicemus ita posse esse vel ali
ter venire: cuʒ dicimus ita debebit eē vel
debuit vt in oꝑibus suis artifices faciūt.
Iudicare ergo de lege eterna nullus po-
test: quia iudicans semꝑ superior est iudi
cato: sed videre seu cognoscere: cuilibet
anime impressuʒ est. Ad tertium quesi
tum respōdet Alexāder in. iij. Qꝫ oēs
leges et lex humana q̄ntum ad id qđ ha-
bent iustum ꝛ legittimū in: se tracte sunt
a lege eterna: sicut oē id quod bonum
est in creatura tractū est ex bonitate pri-
ma: ꝛ qđ verū est ex veritate prima. Lex
tū nālis ē a lege eterna ꝫm ꝓpinquus ꝛ re-
motius ꝫm ꝙ nature in quibus est se hūt
ꝓpinquius ꝛ remoti⁹ ad deum. Est eñ
lex naturalis triplex. Quedam que respi
cit ordinem rōnalis creature: de qua ha-
betur ad Roñ. ij. Cum gentes que non
habent legem naturaliter que sunt legis
faciunt: ꝛ dicit in glo. Lex nature est qua
quisq̄ʒ intelligit et sibi conscius est q̄d sit
malum ꝛ quid bonum. Item est lex natu
ralis respicēs ordinem creature irratio-
nalis sensibilis: de qua Ysido. Lex natura
lis est qua natura docuit omnia anima-
lia vt masculus cuʒ femina. Item tertio
est lex naturalis respiciens ordinem om-
nis alteri⁹ creature. scʒ irrōnalis ꝛ insen-
sibilis. de qua Augusti. in libro soliloq̄orꝫ.
Deus cui⁹ legibus rotant̄ poli: ꝛ cursus
suos sidera peragūt: ꝫm has differentias
vniuersaliter est lex naturalis a lege eter
na: prima tamē ꝓpinquius q̄ scđa ꝛ ter-
tia: et scđa q̄ tertia: ꝫm ꝙ rōnalem cre-
aturam constat esse ꝓpinquiorem q̄ sen-
sibilem: ꝛ sensibilē q̄ insensibilē ꝛ irrōna-
nem. Ex quibus patet ꝙ lex eterna di-
cit artem diuinam ꝛ sapientiam: inq̄ntuʒ
ordinat creaturam ꝛ motum creature: ꝛ
ita ordo ꝫm legeʒ in oīi creatura est ab
ea et lex similiter. Sed est ordo duplex.
Quedā. n. creatura est domina sui actus
sicut rationalis: ꝛ huius actum non ordi
nat necessario: sed relinquit eum in arbi-
trio iudicij sui. Quedam creatura nō est
domina sui actus sicut irrationalis: hui⁹
actum lex eterna ordinat necessario ꝛ si-
ne iudicio. ¶ De lege naturali De lege
naturali tria declaranda occurrunt. Pri
mum an sit: scđm quid sit: tertiū de eius
preceptis. Ad primū dicendum ꝙ lex
naturalis indita est omni creato qua di-
rigitur in suum finem. Primo creature

D
De lege nāli

irrationali insensibili. vnde dicit Hiere. .xxxj. Si defecerint leges iste scz solis et lune et stellarum celi. Ex quo patet quod sunt leges celi et terre. De hac lege potest intelligi illud Sapientie. viij. Quando circundabat mari terminũ suum: et legem ponebat aquis ne transirent fines suos: quia non est alia: lex naturalis quam inclinatio nature ad suas proprias operatiões: sicut lex celorum et planetarum est inclinatio ad motum quem faciunt quotidie de oriente in occidens: ad influendum in ista inferiora. vnde Psal. Preceptum posuit et nõ preteribunt. Omnis enim creatura per suas operationes: manifestat dei magnificentiam et bonitatem: et ad suam cõseruationem tendit. Similiter est lex innata irrationali creature sensibili. Unde dicit Ysido. quod lex natural' ẽ quã natura docuit omnia animantia: sicut est lex generationis et prolis educatõnis. Perfectior est creatura rationalis omnib' istis: ergo necesse est ponere quod habeat legem naturalem sibi inditam: qua dirigit' et regulatur in suum finem. Finis aũt rationalis creature est beatitudo: que ẽ summi boni fruitio: iõ deus dedit ei intellectũ ad sũmi boni cognitionẽ: et volũtatem ad appetẽdum summum bonum. Et quia ad summi boni cognitionem et amorem non potest homo puenire nisi per bona opera: quia rationalis creatura est debitrix voluntarie faciendi bonum et vitandi malum. Si ergo non potest facere bonũ et vitare malum nisi prius cognouerit: ergo naturaliter habet notionem faciendi bonum et vitandi malum. Hoc autem legem naturalem dicimus: per quam conscia bonum cognoscit: et sinderesis id appetit. Ad secundum dicendum quod lex naturalis sic

Lex nãlis describit'. Lex naturalis est quedam participatio legis eterne: mentibus nostris impressa: ordinans hominem ad deum et proximum. Per primam particulaz qua dicitur participatio legis eterne: differt a lege eterna: quia lex naturalis originat' a lege eterna. Nam lex eterna est regula exemplaris et prima veritas oĩpotẽtis artificis: sed lex naturalis est exemplum legis eterne inditum anime ad cognoscẽdum quid faciendum quid non. vnde dicit apostolus ad Ro. ij. Cum gentes que legem (scz scriptam) non habent: natura liter que legis sunt faciunt: ipsi sibi sunt lex. id est. legem naturalem habent secũ.

Per hoc quod dicitur ordinans hominem ad deum et ad proximum: insinuatur finis legis naturalis: nam lex naturalis continet precepta ordinantia tam ad deum quam ad proximum. Eo autem quod deus est vltimus finis: debet homo ordinari ad deum: eo ipse quod proximus est ordinabilis ad eundem finem: debet ordinari ad proximum: sicut ergo deus nõ potest negare seipsum esse vltimum finem: ita negare non potest hominem ordinari debere ad ipsum: et per consequens nec ad proximum. Ad terium dicendum fm Augusti. de decem preceptis: quod primum preceptum legis nature est: bonum ordinate diligendum. Pro quo aduertendum: quod sicut in primis principijs speculabiliũ quidam ordo inuenitur: nam illud quod primo cadit in apprehensione est ens: quod ab actu sumit' essendi: cuius intellectus includitur in omnibus quecunque quis apprehendit. Cum vero complexa vt orationes et propositiones constituantur ex terminis qui sunt incompleti: sed in propositionibus oportet fieri reductõnem in aliquod complexum primum principium intellectui per se notum: vt dicit' primo posterior: alias periret sciẽtia et procederetur in infinitum. Primũ ergo principium indemõstrabile in quod oĩa principia speculabilium et demonstrationum resoluunt': ex quo etiaz finaliter veritas dependet omniũ conclusionũ: fundatur super rõnem entis et non entis: siue super esse et nõ esse: et est de quolibet esse vel nõ esse. scilicet quod non est de aliquo simul affirmare vel negare propter contradictionẽ

vitandū. vnde dicit̄ de quolibet affirma- tio vel negatio: de nullo vero simul. Pa- riformiter in ꝑncipijs agibiliū ordo inue nitur quo omnia reducunt̄ in primū vnū ꝑncipium: a quo bonitatē recipiūt mota lem. Sicut aūt ens primū est qd̄ cadit in apphensione intellectus speculatiui: ita bonum est primū qd̄ cadit in apphensio ne intellectus practici q̄ ordinat ad opꝰ. Et ideo primum ꝑncipium in intellectu practico est quod fundat̄ super rationē boni: q̄ est omnia bonum appetūt seu di ligunt. Hoc ergo primum est principium et preceptum legis nature ꝙ bonum est ꝓsequendum ⁊ faciendum: ⁊ malum vi- tandum. Super hoc fundantur omnia alia precepta legis nature. Quia vero bo num habet rationem finis: malum autē rationem contrarij: inde est ꝙ omnia ad que homo habet naturalem inclinatio- nem Intellectus naturaliter appreben- dit vt bona: ⁊ per ꝯsequēs opere ꝓsequē da: ⁊ contraria eorum vt mala vitanda. Et quia facultatem cognoscendi ⁊ diligē di. Intellectū scꝫ ⁊ voluntatem habemꝰ a natura. Cognitionem autem veritatis et ordinem diligendi nequaꝙ̄ nisi a gra- tia: ideo Augꝰ. primū ꝑncipium legis na ture nominat: bonum est ordinate diligē dum. Qualis autem sit iste ordo patet in fra. Et illud primum preceptum legis na ture cōtinet immediate alia duo ꝑcepta dilectionis ⁊ ꝓximi. Et illa duo continēt immediate decem precepta moralia con tenta in decalogo: que sunt indita a lege naturali. Nam tria precepta prime tabu le ordinant ad dilectionem dei. Alia pre- cepta scd̄e tabule ordinant ad dilectionē ꝓximi. Et illa decem ꝯtinent omnia alia ꝑcepta moralia sparsim in veteri testamē to tradita. Ad cuius euidentiā sciendum ꝙ precepta moralia habēt se ad primum preceptum legis nature in triplici differē tia: quedam sunt in quibus precepta mo ralia radicant̄ sicut in principio ꝑmo: cō clusiones ꝓximiores. Cuiusmodi sunt ꝑ

cepta de dilectione dei et proximi: qualꝭ sunt ꝙ deus super omnia est diligendus Qd̄ tibi oderis fieri alteri ne feceris Tho bie. iiij. Et quecunqꝫ vultis vt vobis faci ant homines ⁊ vos facite illis Mat. vij. Alia sunt que de proximo ordinant̄ ad il la: quia ꝓpter obliuionem rōnis humane homo poterat errare circa illa: ideo scribi debuerūt: ⁊ hec sunt decem precepta de- calogi. Alia sunt ad que reducenda i pri- ma principia indiget homo maiori inue- stigatione ⁊ sapientū instructione siue di uina reuelatione: ⁊ talia reducunt̄ ad de cem precepta decalogi. Nam ad primū preceptū decalogi reducunt̄ omnia que ꝓhibent illa q̄ deseruiunt ydolatrie sicut Auguria: maleficia: incantationes ⁊c̄. de quibus habet̄ Deut̄. xviij. Ad scd̄m ꝑ ceptum reducunt̄ ꝓhibitiones blasphe- mie: de qua Leuit̄. xxviij. False doctrine de qua Deut̄. xiij. Ad tercium reducū tur oīa cerimonialia ⁊ ꝓhibitiones pec- catorū: que quietē mētis impediunt inva cando deo. Ad quartū de honoratiōe senū: de quo Leuit̄. xiiij. ⁊ omīa precepta de reuerētia superiorū. Ad quintum re- ducitur prohibitio iniuste violentie con- tra proximum: de qua Leuit̄. xix. Ad sextum reducitur prohibitio meretricij: de qua Deut̄. xxiij. et generaliter prohibi tio voluntarie effusionis seminis ꝑ quē- cunqꝫ modum: excepto federe matrimo- niali. Ad septimum preceptum reduci tur prohibitio vsure: de qua Deute. xxiij. et ꝓhibitio acceptionis rei aliene ꝑ frau dem: de qua Deut̄. xxv. Ad octauum ꝑceptum decalogi: reducit̄ ꝓhibitio fal- si iudicij: de qua Exodi. xxiij. et prohibi- tio detractionis: de qua Leuitici. xix. Nō eris criminator nec susurro in populis. Pariformiter transcurrenti veterem le- gem occurrent ꝙ̄plura precepta mora- lia reducibilia ad nonum ⁊ decimū deca logi ꝑcepta. Quorū numerus ⁊ ordo se- quētibus continet̄ ꝟsibus. Sperne deos fugito ꝑiuria. sabbata serua. Sit tibi pr̄is

Uersus

amor sit tibi matris honor. Non sis occi sor: fur: mechus: testis iniquus. Uciniqz thorū: res caueto suas. Sicqz patz q̄ oia p̄cepta moralia alia ad decē decalogi reducunt ad ea sicut cōclusiones ad principia. Principiū vero legis nature: ⁊ preceptum de dilectione dei ⁊ p̄ximi: continētur in p̄ceptis moralibus decalogi: sicut p̄ncipia in cōclusionibus. Multaqz alia legis nature p̄cepta reperiunt in varijs sacre pagine locis que reducunt vel ad primuz principiū legis nature (quale est hoc affirmatiuū. Omne bonum est faciēdum: ⁊ hoc includit illud p̄ceptū negatiuum. Malū non est faciēdum: seu malū est vitādum) plenitudo legis atqz finis est dilectio. Dilectio est causa vnionis atqz pacis. Finis oīs ptātis atz hierarchie est dilectio pax ⁊ vnio. Ad p̄ceptū dilectionis dei reducunt multa p̄cepta videlicet deus est metuendus honorādus ⁊ diligēdus. Oportet obedire magis deo q̄ hoibus. Redde altissimo vota tua: et multa similia. Ad p̄ceptū dilectionis p̄ximi. Unde glo. sup scōm ca. ad Rom. Cum gentes que legē nō hñt ⁊c. Lex naturalis est nemini iniuriā inferre. Nihil alienū p̄ripere: alieno ꝯiugio non maculari ⁊ sic de alijs. Sunt ⁊ multa precepta alia tm̄mō p̄babiliter deducta: ex predictis legibus: q̄lia sunt finis imponit necessitatē his que sunt ad finem. i. b̄m exigentiā finis cetera debēt moderari. Inimici hoīs domestici ei⁹: carnales sensus. Spūalis hō oīa dijudicat: mediumvirtutis accipiendum est vt sapiēs iudicabit. Uim vi repellē licet. Depositum non est reddendum indepositūz: vel rei publice detrimentū: vnicuiqz deus mandauit de p̄ximo suo. Qui ecclīam non audierit sit sicut ethnicus ⁊ publicanus. Infinita iuris naturalis ⁊ diuini p̄ncipia et p̄cepta inueniunt: nedum in legis diuine codicibus: verūetiam in libris legis hūane et philosophicis rudimētis: vt patet de regulis iuris libro sexto: ⁊ in oībus legis ciuilis ⁊ iuris canonici libris. Similiter et in libris Thopicoꝝ: in q̄bus p̄positiōes maxime siue dignitates per se note euidētiam prestant moralē. Unde diligēter aduertendū p̄ut dicit Cancellarius parisiensis: sicut in speculabilibus: sunt p̄mo principia naturaliter nota: sunt scdo conclusiones euidēter ab illis principijs demōstrate: sunt consequēter tercio conclusiones tm̄mō p̄babiliter illate ex p̄dictis veritatibus: circa quas est sola opinio. Tādem quarto sunt alie p̄positiones sic elongate a primis veritatibus: q̄ non apparet q̄ ex illis sequenk vel repugnēt: vt si altera sint paria vel ipparia: p̄portionabiliter suo modo dicendū est de legib⁹ et veritatibus moralibus sub hac distinctione q̄druplici. Ex dictis claret qd dictuz est in p̄ncipio huius capli: q̄ lex naturalis p̄ut est collectio preceptoꝝ iuris naturalis: nominat obiectū conscie sicut dictantis: ⁊ sinderesis sicut inclinantis stimulantis ⁊ refugiētis. ¶ Nā lex naturalis continet in se multa p̄cepta p̄ut iam dictum est: ⁊ omnia ordinank ad duo vicz ad dilectionē dī ⁊ p̄ximi. Et hec duo ad vnum primū p̄ncipium legis nature. s. q̄ bonum est ordinate diligendū. Ordinem vero diligendi bonum San. Bonauen. tradit in breuiloquio sic inquiēs: q̄ licet omia diuina opera sint bona: quatuor tamē sunt diligenda ex charitate: in q̄rum dilectione seruandus est ordo ⁊ modus: vt diligak primo deus super omnia ⁊ p̄pter se. Scdo q̄ nos sum⁹ sub deo et pro deo. i. nr̄ spūs. Tercio p̄ximos nr̄os sicut nos. Quarto corpus nostrum infra nos ⁊ infra p̄ximum: q̄a bonū min⁹ precipuum. Ad hoc autem exequendū datur vnus charitatis habitus (scz primū principium: bonum est ordinate diligendum) ⁊ duplex mandatuz (vicz dilectionis dei ⁊ p̄ximi) in quo dependet vniuersitas legis ⁊ p̄phetarū: non solū q̄tuz ad vetus testamētū: verūetiā q̄tū ad nouū.

¶ De lege mosaica ⁊ euangelica. Lex di

ica ⁊ euan
dica.

uina continet in se legē veterē mosaicam ⁊ legē nouā euangelicā. Jdcirco de ambabus legibus simul hic determinat̄: de q̄bus ⁊ in p̄senti dicenda occurrūt. Primū de diuine legis necessitate. Scōm de eius distinctione. Terciū de vtriusq̄ legis continētia. Circa primū considerādum q̄ ad directionem humane vite necessariū fuit habere legē diuinā ꝓpter excellentiā finis hoīs. Nam per legē diuinam dirigitur hō ad actus ꝓprios in ordine ad finem vltimū. Et si hō ordinaretur tm̄ ad finem q̄ non excederet ꝓportionē naturalis facultatis hoīs: nō oporteret q̄ haberet aliqd̄ directiuū ex p̄te rationis supra legem naturalē ⁊ legē humanam q̄ ab ip̄a deriuat̄: sed q̄a hō ordinatur ad finē b̄titudinis eterne: q̄ excedit ꝓportionē naturalis facultatis humane. Jdeo necesse fuit vt dirigeret̄ ad suū finem lege diuina diuinitus data. Circa scōm scʒ distinctionē legis diuine. Sciendum q̄ duplex est lex diuina scʒ vetus et noua. He aūt nō distinguunt̄ abinuicem sicut oīno specie diuersa: sicut distinguūtur equus ⁊ bos: sed sicut p̄fectū ⁊ imp̄fectum in eadē specie: vt puer ⁊ vir. Et hoc mō distinguunt̄ lex vetus ⁊ noua: vnde ap̄ls Gal.iij. compat statū veteris legis statui pueruli existētis sub pedagogo: statum aūt noue legis statui p̄fecti viri q̄ iā non est sub pedagogo: vnde imperfecti inclinant̄ ad opera virtutū (de q̄bus datur lex) cominatione penarū: vel ꝓmissione remunerationū: vt honoris diuitiaꝝ vel hmōi. Et ideo vetus lex que dabatur imp̄fectis: nondū grām consecutis: dicit̄ lex timoris: p̄fecti aūt inclinant̄ ꝓpt̄ amorem v̄tutis non ꝓpter aliquā remunerationē: ⁊ iō lex noua q̄ p̄ncipalr̄ cōsistit in ip̄a sp̄uali grā cordib⁹ indita: lex amoris dr̄: ⁊ hʒ ꝓmissa sp̄ualia ⁊ et̄na: vn̄ Aug⁹. breuis drn̄tia legis et euangelij timor et amor. Circa terciū de vtriusq̄ legis cōtinētia dicēdū est de vnaq̄q̄ lege diuina singillatim: ⁊ primo de lege mosaica.

Lex mosaica est de q̄ dr̄ Joh.j. Lex p̄ moysen data est: scʒ a deo ministerio angeloꝝ. Angl's eñ dn̄i (q̄ b̄m aliq̄s dr̄ fuisse michael) apparēs moysi in mōte synai dedit legē decalogi scriptā digito dei i duab⁹ tabulis lapideis quā pp̄lo iudeoꝝ referret. Quia v̄o hō ita erat rōne obscuratus: q̄ nesciebat legē in corde suo n̄aliter a deo insitā nec cōuersabat̄ scōm eā: sed iā declinauerat ad ydolatriā q̄ est ꝯ dilectionē dei: ⁊ ad vicia ꝯ naturā ⁊ alia que sunt ꝯ dilectionē ꝓximi: iō pijssim⁹ deus dedit ei legē scriptam in tabulis: vt ex ea q̄damō recordaret̄ vel excitaret̄ ad legē dam scripturā cordis. Precepta legis mosaice sub epilogo hic annotant̄. Preceptoꝝ aliud est n̄āe: aliud discipline: aliud legis sc̄pte. Preceptū aūt n̄āe: aut datū aut innatū. Si datū aut est datū ꝓpter ꝯseruandā n̄āʒ b̄m actū nutritiue: vt Genes.xx. de oī ligno paradisi comedas aut ꝓpt̄ naturā multiplicandā b̄m actū gn̄atiue: vt crescite ⁊ multiplicamini: Gen̄.ij. et.ix. Si innatū iux̄ illud ad Ro.ij. Si gētes n̄aliter ea q̄ sunt legis faciūt ⁊c. Preceptū ḡ hoc inditū est ꝯscie cuiuslibʒ b̄m dictamē rōnis de faciēdo vel nō faciēdo. Hoc v̄o recipit diuisionē: nā aliud p̄ceptū est ordinatū in deū: scʒ diligere creatorē sup oīa ⁊ obedire ei in oīb⁹ ⁊ sup oīa qd̄ est insitū cuiuslibet conscie ⁊ synderesi. Aliud est manifestatiuū ordinis in ꝓximū ⁊ h̄ dupl'r: vel b̄m viā innocētie: vt illud Thobie.iiij. qd̄ ab alio oderis tibi fieri ⁊c. Vel b̄m viā bn̄ficētie: vt illd̄ Matthei.vij. Quecūq̄ vultis vt faciūt vobis hoīes ⁊ vos facite illis: hec est diuisio legis naturalis. Preceptū v̄o discipline est datū ad ꝓbationē vt hō sciat se debere deo obedientiā nō tm̄ in expediētibus ⁊ honestis ſ etiā indifferētib⁹. Et h̄ recipit diuisionē Nā aliqd̄ p̄ceptū discipline datū est ad ꝓbationē obediētie: vt illud p̄ceptū negatiuū datū ade Gen̄.ij. De ligno sciētie boni ⁊ mali ne comedas. Qd̄dam ad ꝓbationē fidei: vt illud datum

B
lex mosaica

Abrahe Gen. xxij. Tolle filium tuū ysaac ꝛ est preceptū affirmatiuū. Et dicit̄ p̄ceptū discipline: qꝛ p ip̄m͂ discit̄ quanta sit virtus obedientie: q̄ tūc est pfecta qn̄ preceptū ex se solo obligat ꝛ nō ex alia causa. Unde p̄ceptū ade de vitādo lignū scientie boni ꝛ mali non suadet natura sed disciplina. Preceptoꝝ aūt legis scripte: quedā sunt moralia vt p̄cepta decalogi: quedā iudicialia: vt q̄ in decisione causarum sunt instituta de iusticia inter hoīes seruāda: de quibus Exo. xxj. Hec sunt iudicia q̄ ꝓponis eis. Quedā sunt cerimonialia: vt que fiunt in figuram futuroꝝ: sicut ea q̄ de cōpositione tabernaculi ꝛ sacrificijs ꝛ hmōi: que ptinēt specialiter in lege ad cultuȝ dei. Cultus eñ dei in lege dicebat̄ cerimonia: quasi cereris muniū id ē officium. Ceres eñ dicebat̄ dea frugum: eo ꝙ p̄mo ex fructibus oblationes deo offerebant̄. Ultra dicta precepta erant in lege ꝓmissa ꝛ sacramētalia. promissa erant ad alliciendū: sicut promissio terre manātis lacte ꝛ melle Exod. iij. Et ꝓmissio de bonoꝝ multiplicatiōe Leui. xxvj. Si in p̄ceptis meis ambulaueritis dabo vobis pluuias tp̄ibus suis: ꝛ terra germinet germē suū ꝛc. Sacramētalia erant figura sacramentoꝝ noue legis: sicut est sacramentū phase Exo. xij. Et sacramentū vacce ruffe Numeri. xix.

H Lex euangelica.

¶ Lex euangelica est de qua dicit iacobꝰ in sua canonica cap̄. iiij. Unus est legislatoꝛ ꝛ iudex scȝ xp̄s: qui legē dedit euāgelicā: que dr̄ lex sp̄ūs ꝛ gr̄e: qꝛ vltra precepta legis mosaice cōp̄hendit ꝛ sacramenta: q̄ sunt contētiua ꝛ causatiua gratie et sp̄ūs: vt baptismū penitētiam eucharistiam ꝛ alia q̄ non erant in lege mosaica nisi in figura tm̄. Et iō bn̄ dicit apl's. Nihil ad perfectum adduxit lex scȝ mosaica ad Heb. vij. Non eñ conferebat gr̄am q̄ adiuuat ad seruāda p̄cepta vt lex euangelica virtute sacramentoꝝ: q̄ ducit ad gloriam aperta ianua per christi passionem. De preceptis euangelicis considerandum ꝙ queādmodum diuina lex vetus plura continebat p̄cepta ad actus virtutum oꝛdinātia. Pariformiter diuina lex noua euangelica plura cōtinet precepta moralia. Nam precepta euangelica sunt duplicia. Quedam sunt specialia respectu presidentium: vt sunt p̄cepta q̄ specialiter dantur apl'is Math. x. Quedā sūt p̄cepta euangelica gn̄alia respectu oīum vt ea que continent̄ in sermone domini in monte Math. v. vj. et. vij. et Luce. vj. Et sunt duplicia. Prima precepta dant̄ de faciendis ꝛ vitandis. Et inter hec precepta quedā oꝛdinant vim irascibilē. Cū dicitur Math. v. Audistis qꝛ dictum est antiquis. Non occides. Quedam oꝛdinant concupiscibilē cum dr̄. Audistis qꝛ dictum est. Non mechaberis. Quedā oꝛdinant rationalē. Cum ibidem dicit̄ Audistis quia dictum est. Non periurabis. Scd̄a p̄cepta generalia dantur de oꝛdinata intentione habenda in faciendis ꝛ vitandis. Et quia ad oꝛdinatam intentioneȝ duo requirunt̄: scȝ Amoꝛ boni ne sit libido in voluntate. Et discretio boni ne sit erroꝛ in electione: ideo dantur aliq̄ precepta de rectitudine intentionis: cum dicitur Math. v. Attendite ne iusticiam vestram faciatis corā hominibus. Et aliqua de discretione: cum dicitur Nolite iudicare. Particularioꝛ declaratio de preceptis legis euangelice ꝓnunc p̄mittitur breuitatis gratia. Preceptis euāgelicis spectantibus ad iusticie necessitatem. Xp̄s legifer noster adiecit Consilia spectantia ad iusticie perfectionem. Cuiusmodi sunt: consiliū paupertatis: consilium obedientie et cōsilium castitatis ad que implenda inuitat dominus noster iesus xp̄s eum qui vult esse perfectus. Cōsiliuȝ paupertatis dn̄s persuadet Luce xiiij. Qui non renūciauerit omnibꝰ que possidet nō potest meus esse discipulus. Cōsilium obedientie persuadet Math. xxiij. Supra cathedrā moysi sedebāt scribi ꝛ pharisei. Consilium castitatis domi

nus ꝑsuadet Matth.xix. Sūt eunuchi q̄ seipos castrauerūt. ¶ De lege hūana Lex humana siue positiua est duplex Aliqua canonica vel ecclesiastica: aliqua ciuilis seu politica: nomē legis sumit hic cōiter ꝓut se extendit ad ius canonicū ⁊ ad ius ciuile. Lex canonica seu ecclesiastica ē duplex. scʒ scripta ⁊ nō scripta. Nō scripta que in scriptis redacta non est dr̄ ꝯsuetudo: que est quodā ius moribꝰ (.i. assiduis actibus) institutū: vt ꝙ in multis regnis primogenitus succedit in regno. ⁊ cū lex deficit: ꝯsuetudo ꝓ lege accipit: vt dr̄ dis. .j. cōstitutū: ⁊ hec lex cōsuetudinis ponit post legē diuinā mosaicā ⁊ euāgelicā: q̄a quicq̄d est cōtra p̄cepta moralia vel euāgelica ꝑ q̄ntūcunqȝ tp̄is sit ductū in ꝯsuetudinem: nō est lex nec ligat nec excusat a pctō illud faciens. Lex scripta dr̄ cōstitutio que est ius approbatū in scriptis redactum. Sicut em̄ ꝯsuetudo est ius non scriptū: sic cōstitutio est ius scriptū moribus vtentiū approbatū. Dicit aūt cōstitutio quasi cōmune statutū: nā papa cuʒ fratribus suis cardinalibus: ⁊ ceteri prelati cum capitulis ⁊ canonicis suis cōstitutiones faciūt de sen. ex. inter alia. Itē legatus: sinodus ꝓuincialis: princeps cū ꝓceribus in tp̄alibus: ppl's romanꝰ: collegium approbatū: s̄m Goff. in summa.

Potest aūt hic queri: vtꝝ lex humana deriuet a lege naturali. Rn̄sio s̄m Aug. de li. arbi. Non videt esse lex q̄ iusta non fuerit: vnde q̄ntū habet de iusticia tātuʒ habet de lege. In rebus aūt humanis aliquid dicit esse iustum: ex eo ꝙ est s̄m rōnis rectitudinē regulatū. Prima aūt rōnis regula: est lex nature. vnde oīs lex humanitus posita tm̄ habet de lege: inq̄ntum a lege natura deriuat. Si vō in aliquo discordet a naturali lege: non erit lex sed corruptio legis. Sciendū ꝙ aliqua deriuant a principiis cōmunibus leḡ nature per modum cōclusionum: vt hoc ꝙ non est occidēdum: potest deriuari sicut conclusio ab eo quod est: nulli malū esse faciendum. Quedam vero per modum determinationis: vt lex nature habet qui peccat puniat: sed ꝙ tali pena puniat est quedā determinatio legis nature. ¶ Lex ciuilis seu politica cōuenit cum lege humana canonica ⁊ ecclesiastica: ꝙ vtraqȝ dicitur lex humana: humanitus tradita. Lex tamen ciuilis ꝓprie dicit humana. c. ij. de prescp. li. vj. Lex tamē canonica q̄nqȝ dicit diuina. c. Nimis: de iureiurā. Dicit etiaʒ ius canonicū lex humana quia sunt in eo multa ab hominibꝰ statuta: licet respectu iuriū ciuilium dicit lex diuina: quia eius finis (vt infra dicet) est felicitas diuina seu eterna: sed legis ciuilis finis: est humana felicitas. Cōueniunt etiā lex canonica ⁊ ciuilis: q̄m vtraqȝ lex aliquādo solū moribꝰ approbat nō scriptis: ⁊ sic dicit lex consuetica siue cōsuetudo. Aliquando in scriptis redigit: ⁊ sic dicit cōstitutio. Lex em̄ siue ius canonicum: in decretis ⁊ decretalibus: in libro sexto Bonifacij in Clemētinis: ⁊ in multis extrauagātibus summoꝝ pontificuʒ scribit. Lex vero ciuilis in q̄tuor libris conscribitur. Primus liber vocatur. ff. id est. digestum: et scribitur per duplex ff. quia ille liber collectus est ex veteri iure romanoruʒ per duos Fredericos imperatores: ab vnoquoqȝ sumpta est prima littera f: ⁊ sic erunt duo ff. Et vocat digestum: quia omnia decidenda ibi digeruntur et deciduntur ⁊ soluuntur. Secundus liber vocat. C. i. codex. Tertius dicit Autenticū seu Autenticoꝝ: ⁊ scribitur Auten. Quartus liber iuris ciuilis dr̄ Insti. i. institutiōes seu institutū. Differunt tm̄ lex canonica ⁊ lex ciuilis in multis hic solum vna drn̄tia eaꝝ legum subiungit que est ex parte finis. Lex em̄ canonica ligat creaturā humanā ad aliq̄d agendum p̄ncipaliter pro cōsecutione felicitatis eterne. Lex vero ciuilis per humanaʒ positiuam traditionem: ligat hominem aliquid agere vel non agere pro consecutione finis qui est humana felicitas.

I De lege humana.

K Lex ciuilis

Pro elucidatione aduertendū ſm Cā cell. ꝑiſieñ. de vita ſpūali anie: ꝙ homo q̄ ꝯſiſtit ex duplici ſubſtantia. Una ſpūali eterna .i. diuina. Alia corpali ꝛ mortali: duplicem habet finem: vnū ſupnaturalē aliū naturalem qui humanꝰ pōt dici ſeu politicus ꝛ ciuilis. Unde ꝓ cōſecutione primi finis .ſ. ſupnālis: date ſunt ei leges a deo ꝓportionate ad illum finē. Et tales leges ſunt leges diuine vtriuſqꝫ teſtamē‑ti: ꝛ leges eccleſiaſtice tradite in iure ca‑nonico. Ad ꝯſequendū finem alterū qui humanus: ciuilis ſiue politicus dicit̄: le‑ges ciuilis late ſunt ꝑ humanā inueſtiga‑tionem impoſite: nam intentio legiſlato‑ris (vt dicit phs. ij. Ethico. eſt ciues face‑re bonos bonitate. ſcꝫ felicitate politica

Unde ꝯſiderādum ꝙ duplex eſt felici‑tas in quā leges ordināt: vna diuina ſeu eterna: alia hūana tpalis ciuilis ſiue poli‑tica.

L Felicitas

Felicitas eterna ꝛ diuina ꝯſiſtit in habendo eum qui eſt oīe ꝛ ſummū bo‑num: qui eſt ſuper omnē naturā exaltatꝰ ꝛ lucem inhabitat inacceſſibilē: ideo im‑poſſibile eſt ꝙ homo merendo ex puris naturalibus ad illud ſummū bonū aſcen dat niſi ꝑ aliqđ adiutoriū qđ ſit vltra na‑turam: ꝛ hoc eſt donū gratie glatūfacien tis. ſcꝫ fidei ſpei ꝛ charitatis: quibus in p̄ miū dant̄ in felicitate eterna: tres dotes anie: nam fidei ſuccedit aperta viſio ſum mi veri: ſpei certa tētio ſummi ardui: cha ritati pfecta dilectio ſummi boni: in pri‑mo perficit̄ rōnalis: in ſcđo iraſcibilis: in tertio cōcupiſcibilis. Felicitas huma‑na ciuilis ꝛ politica: ꝯſiſtit in trāquillo ꝛ pacifico ſtatu pñtis vite. Et hec felicitas eſt triplex ſcꝫ monaſtica: yconomica ꝛ po lica. Monaſtica felicitas reſpicit hoiem vnū: ꝛ eſt duplex ſcꝫ practica ꝛ ſpeculati ua. Practica reſpicit intellectū practicuꝫ ꝛ ꝯſiſtit in actiōe vite actiue. ſcꝫ in paſſio nibus moderandis: vitijs extirpādis: vir tutibus inſerendis: vnde dicit Yſidorus. Per actiuā vitam q̄ ad intellectū practi cum ꝑtinet: cūcta vitia exhauriāda ſunt per exercitiuꝫ boni operis: de hac vita ſu pra dictum eſt. c. xxx. de intellectu ſpecu‑latiuo ꝛ practico. Monaſtica felicitas ſpeculatiua reſpicit intellectum ſpecula‑tiuū: ꝛ ꝯſiſtit in operatione intellectꝰ ſpe culatiui: q̄ theologi vitam ꝯtemplatiuaꝫ vocant: ꝛ hanc felicitatem phus. x. Ethi. ponit in ſpeculatione prime cauſe. Nam dicit ꝙ felicitas conſiſtit in actu altiſſime potentie que in nobis eſt (ꝛ intellectꝰ ſm eum talis eſt: licet ſupra. c. xxxij. extat ꝓ‑batum: ꝙ volūtas ſit nobilior intellectū) ꝛ in habitu nobiliſſimo ſcilicet ſapientia: ꝛ in obiecto digniſſimo qđ eſt deus: vnde ꝛ philoſophi vltimū tempus vite ſue re‑ſeruabant ad ꝯtemplanda diuina: prece‑dens tempus in alijs ſcientijs expenden tes: vt ex illis abiliores fierent ad ſpeculā dum diuina: ꝛ in hoc Ariſtoteles: ſatꝰ cō formiter locutus eſt xp̄o: qui dicit. Hec eſt vita eterna: vt cognoſcant te ſoluꝫ ve rum deum: ꝛ quem miſiſti Jeſum xp̄um Loquunt̄ etiam ad ipſum ꝯformiter the ologi: ponentes vitaꝫ eternam in eterna dei viſione: que fruitionem complectitur delectationemqꝫ ſupremā includit. Ex di ctis patꝫ ꝙ predicta duplex felicitas mo naſtica ꝯſiſtit in actione vite ꝯtemplati‑ue ꝛ actiue: ꝛ quia vita actiua non ſolum ꝯſiſtit in agibilibus que ſunt ad ſeipſum ſed etiam ꝛ principalius ꝯſiſtit in agibili libus que ſunt ad alterū: quia bonū mul torum (ſm phm. j. Ethicoꝝ in ꝓncipio) diuinius eſt q̄ bonum vnius. Jdcirco fe licitas ciuilis ꝛ politica etiam extenditur in alterum. Unde diligenter notandū eſt ꝙ q̄libet ciuis poteſt tripliter ꝯſidera ri. Primo q̄tum ad ſingularē pfectionē in ſe: vt ſic ordinat̄ ad ſingularē ꝛ mona ſticā pfectionē: qua vicꝫ ſeipm̄ regere ſci at: ſe caute a pctis ſeruādo: ꝛ diuinis p̄ce ptis obediendo: ꝛ talis ē felicitas mona‑ſtica: de q̄ nunc dictū eſt. Scđo q̄tum ad familie gubernationē: ſic ordinat̄ ad feli‑citatem yconomicā. Tertio ciuis ꝯſide‑rat̄ q̄tū ad ſuis ciuibꝰ ꝯiūctionē: ſic ordi

naꝶ ad felicitatem politicā. De felicitate yconoica ꝛ politica iam dicendum est.

onoica — Felicitas scđa phoꝝ dr̄ yconoica que necessaria est ciui qͥtuꝫ ad familie gubernationē. Et dr̄ yconoica vel econoica: prudētia qua instruimur in ꝓprie familie dispēsatione. Et dr̄ economica ab economꝰ mi qđ est dispensator ꝓprie familie: inde economica vel yconomica .i. dispensatio. inde etiā econoicū vel yconomicū ꝛ est liber Xenofontis phi de vniuerse domus docens dispensatione. Et dr̄ yconomꝰ ab ycos qđ est imago vel signū ꝛ noma qđ est lex vel regula qꝛ ad eius signum legē vel imaginem tota familia debet gubernari. Economus vero dr̄ ab eco vel echo qđ est sonus redditiuꝰ qꝛ ad eius sonum vel vocem tota familia debet ordinari. Xenofon fuit discipulus socratis vir magne facūdie ꝓut dicit Ualerius maximꝰ li. vj. Illius economicū trāstulit Tulius de greco in latinū. Ubi sciendū ꝙ in pfecta familia domus (vt vult phs .j. politicoꝝ) tres cōitates requiruntꝶ. Prima est viri ꝛ vxoris: q̄ requiritꝶ ꝓpter opus gn̄ationis. Scđa est dn̄i ꝛ serui: q̄ requiritur ꝓpter opus administrationis. Nō ei res gn̄ate subsisterēt nisi adminiculū serui sꝫ esset: vn̄ ɓm phm loco serui nō tm̄ accipitur mister rōnalis quē pn̄t diuites habere: sed etiam mancipiū aliqđ irrōnale: qđ loco serui pauperibꝰ deseruit: vt bos asinus ꝛc̄. Uel etiā instrumentū aliqđ lucratiuū: vt securis ligo ꝛc̄. Tercia cōitas domus est pr̄is ꝛ filij: q̄ requiritꝶ ꝓpter ppetuam speciei ꝯseruationē: ꝛ ido humana vita in vno ppetuari nō pōt: ꝫ requiritur successio filioꝝ: in quibꝰ nō solū humana spēs ꝫ etiā vna familia ppetuari pōt. Ex his claret ꝙ felicitas yconomica cōsistit in tranquillo ꝛ pacifico statu domus.

M — Tercia felicitas phoꝝ dr̄ politica ꝛ cōsistit in tranquillo ꝛ pacifico cōuictu ciuilis multitudinis: vnde bene dicitꝶ politica a polis qđ est plura litas vel ciuitas: qꝛ in ciuitate (que est ciuiū vnitas) est multitudo ciuium politica ꝛ pacifica felicitate ꝛ societate adunata. Politica autē felicitas est triplex. (Politica) Cum eīn felicitas politica consistit in trāquillo ꝛ pacifico conuictu ciuiū: ciuis pōt tripliciter considerari. Primo vt alijs principās pncipatu regnatiuo. Et talis vocatꝶ felicitas regnatiua vel legis positiua seu architectonica. (Architectonica) Hec est hoi necessaria inquantum est rector cōitatis pfecte: vt est ciuitas vel regnum: Et qꝛ regis est regē ciuitates et regna: insup ꝛ leges condere: ideo talis felicitas dr̄ regnatiua siue legis positiua: sꝫ qua hn̄t comphendi q̄cunqꝫ alia bona regimina principum: vtpote ducū comitū: potestatū ꝛ hmōi. Hanc felicitatē regnatiuā Arestoteles i politicis diuidit i tres. Primā vocat regnū qđ est policia sꝫ vno bono rege impatore seu monarcha: q̄ nō ꝓpriū sed cōe bonū intendit. Cui opponitur tyrānides: vbi p̄sidet ꝓpriū tm̄ bonū inquirēs. (Tyrānides) Scđam vocat greco vocabulo Aristocraciā q̄ est policia sub paucis bonis reipublice p leges bonas intendentibus: vt senatus: (aristocracia) Cui opponitur Oligarcia: vbi pauci ꝓprijs comodis intenti president. (Oligarcia) Terciā nominat vocabulo generali approприate policiā: q̄ est cōitas ordinata ad finē aliquē pfectū: quā dicē possumus Tymocraciā: q̄ est policia sꝫ plurimis bonis vtilitati reipublice per leges intendētibus: (tymocracia) cui opponitꝶ Democracia in q̄ presidet multitudo nequā: vbi vnusquisqꝫ querit q̄ sua sunt. (democracia) Possumus conformiter ad p̄dictā phi policiā tripliciter distinctā politiā ecclesiasticam diuidere: ꝙ alia est papalis q̄ imitatꝶ regalem. Alia est collegialis dn̄oꝝ cardinaliū: que imitatꝶ Aristocraciam. Tercia est sinodalis seu concilij generalis: ꝛ hoc imitatur policiam seu tymocraciā: ꝛ hec est perfecta policia resultans ex omnibus.

Scđo consideratꝶ ciuis vt principanti tranquille ꝛ pacifice subiectus. In qua subiectione consistit scđa felicitas politica: ꝛ vocatꝶ cōi nomie politica felicitas.

Hō em̄ vt dicit phus.x. Ethi. nāliter est aial rōnale politicū ciuile ꝛ sociale: ꝛ per ꝯñs ydoneus ad seruandum ciuilia pce‑pta. Ex eo em̄ ꝙ hō hȝ cōes conceptus: p vocem, vult et delectaꝛ alteri hoi cōicare ꝛ iudicare qḋ cōcipit: ꝛ simul cū eo cōferre. Et sic colloquiū hois cū hoie facit ad bonū consiliū: cōueniēter ergo diffinitur hō aial est rōnale. Ratio em̄ discursuȝ inquisitionis importat: q̄ tandē ad rationē veri terminaꝛ. Tercio ꝯsideraꝛ ciuis vt cōis boni ꝓpugnator ꝓpter quietam ꝛ pacificam bonoꝝ tpaliū possessioneȝ ad quā pax mūdi ordinat: vñ ꝑstianus i mi‑nori volumine. Si queraꝛ q̄d est summū bonū in hac vita: hñ r̄ndeꝛ pax. In pace hac ꝯsecuta ex hostiū repssione: consistit tercia felicitas politica: ꝛ dī militaris seu militia: vñ considerandū ꝙ militia ꝑnci‑paliter est instituta ad defensionem boni cōis: qḋ impediri pōt p impugnationem hostiū et seditionē ciuium. Sic em̄ est in ciuilibus sicut in nālibus: cū ars sit imitatrix nature. Videmꝰ ꝙ natura tribuit rei nāli duplicē vim. Vnā p quā assequiꝛ cōueniētia. Alia per quā repellit nociua: vt igni dat leuitatē p quā ascēdit sursum ad locū quietis ꝛ salutis: ꝛ calorē p quē resistit ꝛ obuiat resistentibꝰ et corrūpentibꝰ. Aialibus tam vim cōcupiscibilē p quam assequunꝛ ea q̄ sunt eoꝝ saluti accomo‑da: ꝛ vim irascibilem p quā resistit corrūpentibus ꝛ lesiuis. Silr in moralibus et ciuilibus est duplex felicitas respectu boni cōis. Vnā ad regendū ꝛ leges ꝯdendū ꝛ hec ē regnatiua siue legis positiua, alia est ad resistendum ꝛ reprimēdum insul‑tus hostium: ꝛ hec dicitur militaris siue

Militia militia. Militia em̄ nihil aliud est q̄ quedam prudētia operis bellici ordinata ad defensionē boni cōis. Ex dictis pȝ ꝙ hec triplex felicitas hūana scȝ monastica acti‑ua. Yconomica ꝛ politica sūt partes pru‑dentie subiectiue. Nam sicut sapiētia cōsiderat altissimas causas in genere spe‑culabilium: dirigens in felicitatem monastica speculatiuam: ita prudentia con‑siderat altissimam causam in genere hu‑manorum actuum scȝ finem: recte vicȝ viuere in omni genere moralis ꝟtutis quē intendit prudentia dirigendo ꝛ dispone‑do. Igitur prudentia complectiꝛ totum humanum ꝛ politicum bonū ꝛ hoc dicūt philosophi humanā felicitatem.

Lex ¶ Lex fomitis. Est tamen vna lex q̄ non ꝓprie dñi dī: sed qui sequiꝛ eam transgreditur oēm dñi legem. Et de hac ait aplus ad Rom̄.vij. Video aliam legem in mē‑bris meis repugnantem legi mentis mee

Fomes scȝ rōnis: ibi glosa fomes peccati recte dicitur lex: quia legittime factum est: vt qui non obediuit suo superiori: non seruiat ei suuȝ inferius scȝ caro. Ista lex dicit fomes ꝛ lex membroꝝ.i. cōcupiscentia no‑bis innata. Inclinatio vicȝ ad malum: ꝛ ad delectabilia sensuum etiam que sunt contra rationem: vnde dicit btūs Tho. ꝙ lex essentialiter reperitur in regulante ꝛ mensurante. Participatiue vero in eo quod regulatur ꝛ mensuraꝛ: ita ꝙ omis inclinatio q̄ inueniꝛ in his que subiecta sunt legi: participatiue diciꝛ lex. Sub deo igitur legislatore diuerse creature diuer‑sas habent inclinationes naturales. Est igitur homini lex quā sortiꝛ ex diuina or‑dinatione ſm ꝓpriam cōditionem: vt ſm rationē opereꝛ que lex fuit tam valida in statu innocentie: vt nihil vel contra rati‑onem vel ꝑter rationem posset subripere homini. Sed dum homo a deo recesserit incurrit ꝙ feratur ſm impetum sensualitatis: vt sic qḋammodo bestijs assimile‑tur que sensualitatis impetu ferunꝛ: ſm illud psal. Homo cum in honore esset nō intellexit cōpatus est iumētis. Sic igitur patet ꝙ ipsa sensualitatis inclinatio dicitur fomes In alijs aialibus simpliciter habet rationē legis: illo modo q̄ in talibꝰ pōt lex dici ſm directā inclinationeȝ. In hoibꝰ tñ nō hȝ rōnē legis: ſ magis deuiatōꝫ legis a rōne. Sȝ inꝗtū p diuinā iusticiam homo destituitur originali iusticia et

vigoꝛe rōnis. Impetus ſenſualitat⁊ qui eum ducit habet rōnem legis inq̄ntū penalis ex lege eterna ſibi iuſte inflicta. Unde dicit Alexā.in.iij. ꝙ fomes in nob̓ pena eſt. Sed pena eſt duplex ſcꝫ feditatis ⁊ paſſibilitatis. Lex ergo fomit⁊: vno mō appellaṫ lex paſſibilitatis vt affligens: ⁊ hoc mō appellat eā apl̓s lex membꝛoꝝ. Hoc mō ipſa deriuaṫ a lege eterna: ⁊ dicitṫ lex paſſibilitatis: ſm ꝙ hō ꝑ eā habet legē vt affligaṫ ex illa ⁊ ꝯuertaṫ ad deū: h̓ mō reſpicit oꝛdinē diuine iuſticie. Alio mō lex fomitis dī lex feditatis: maculās aiam q̄tum ad difficultatē ad bonum et ꝓnitatem ad malū: ſic ipſa appellaṫ ab aplo lex pcti: ſic lex fomitis nō eſt a lege eterna ⁊ a deo: ſ a dyabolo ⁊ a pctō: quia lex iſta mala eſt: ſ pꝛimo mō inq̄ntū affligit aiam dicit bonū ⁊ oꝛdinē ad diuinā iuſticiam: vt homo afflictus coactus redeat ⁊ ꝯuertaṫ ad deū. Ex hoc em̄ ꝙ aia videt ſe ita deiectā ⁊ tāti vilitati ⁊ coꝛruptioni ſubiectā: citius ꝯuertiṫ ad deum eius auxilium imploꝛando.

❡ Sinderesis eſt vis affectiua.

Caplm xlvj

b Benigniſſimus deus homi: ex nihilo foꝛmato nec ꝑ ḡ&am ꝯfirmato: vt poſſit ſtare ⁊ pficere in bono: ⁊ a malo cauere ⁊ declinare: quadruplex in ſui creatōis ꝑmoꝛdio ꝯtulit adiutoꝛiū: duplex nature ⁊ duplex gr̄e. Duplicē em̄ rectitudinē indidit ip̄i nature: vnā ad recte iudicandū: ⁊ hec ē rectitudo cōſcie: aliā ad recte volendū: ⁊ hec ē ſindereſis: cui⁹ eſt remurmurare ꝯ̄ malū: ⁊ ſtimulare ad bonū. Duplicē etiā addidit ꝑfectionē gr̄e: vnā gr̄e gratiſdate: que fuit ſciētia illuminās intellectū ad cognoſcēdum deum ſuū: ſeipſum ⁊ mundū iſtum qui factus fuerat ꝓpter ip̄m. Aliā v̓o gr̄e gratūfaciētis: q̄ fuit charitas habilitans affectū ad diligendū deum ſup oia: ⁊ ꝓximū ſicut ſeip̄m: ⁊ ſic ante lapſum habuit homo pfecta naturalia: memoꝛiā videlicet: intelligentiā ⁊ voluntatē: ꝯſcientiam ⁊ ſindereſim: ſupꝑeſtita nihilomin⁹ diuina gratia: ſcientia vicꝫ ⁊ charitate. Poſt lapſum v̓o in pctm̄ cōſecuta eſt in homine ab indita ſibi rectitudine mirabilis deuiatio: nam memoꝛie virtus diſcōtinuando ſe a ſumma poteſtate: cecidit in impotentiam: ⁊ facta eſt inſtabilis: intelligentia auertendo ſe a ſumma veritate: cecidit in ignoꝛantiam: effecta eſt ignara: voluntas diſcedendo a ſumma bonitate: cecidit in maliciā: effecta eſt egena: ſed qm̄ vt dicit gloſa ad Roma.ij. Cuꝫ gētes ⁊c. Non vſqꝫ adeo in humana aīa imago dei terrenoꝝ affectuū labe detenta eſt: vt nulli in ea liniamēta remāſerint: nō omnino deletum eſt qd̓ ibi ꝑ imaginem dei impꝛeſſum eſt. Sic em̄ homo cecidit a rectitudine: vt ꝑderet ipſam rectitudinē: non rectitudinis aptitudinem: perderet habitum: nō appetitū: ſic amiſit ſimilitudineꝫ vt tn̄ ptranſeat in imagine: remenſit tamen in homie modicū ſcintille illuminationis ſeu cognitionis cōſciētie: ardoꝛis ſiue amoꝛis ſindereſcos: que cum dicant quid naturale non poſſunt a nobis oīno auferri: nec vnq̄ vitiū delet extrema nature veſtigia: qm̄ naturalibus ſublat⁊ potentijs: nō pōt fieri reformatio. De gr̄a gratiſdata: ſcientia vicꝫ illuminātc: ⁊ gratia gratūfaciente: charitate vicꝫ habilitante ſupꝛa eſt dictū.ca.v. de conſcientia habituꝫ eſt in q̄nqꝫ capitulis p̄cedentib⁹ iam dicendum eſt de ſindereſi que ē ſcintilla ⁊ igniculus conſcientie ſub quatuoꝛ queſitis. Pꝛimū an ſindereſis ſit in genere cognitionis vel affectionis. Scd̓m de ſindereſeos diffinitōe. Tertiū de ei⁹ actibus ⁊ ipſius diuerſa noiatione. Quartū de eius obiecto. B Ad pꝛimū queſitū dr̄ ꝙ ſindereſis eſt in gn̄e affectōnis. Eſt em̄ vis affectiua ſe tenēs ex pte volūtat̄. Eſt em̄ ſindereſis nālis volūtas aīe ⁊ ſcintilla ꝯſcīe: q̄ ad bonū inclinat ⁊ cōtra malū remurmurat: ſm ꝙ ꝑ naturale iudicatoriū ſiue ꝑ ꝯſcientiam demonſtratū extat ⁊ dictatū. Qꝫ v̓o ſindereſ̓ ſe tenet ex pte

voluntatis ꝛ affectionis: ꝓbaᷓ autoritate ꝛ rõe. Autoritate Ambroſij ꝛ habeᷓ in lr̃a.xxxix.diſtin. Homo ſubiectus peccato naturaliter vult bonum: ſed illud qḋ naturaliter inclinat nos ad bonũ: vel eſt cõſcientia vel ſinderesis: non ꝯſcientia qꝛ velle bonũ eſt actus potentie affectiue: ſ conſcientia eſt vis cognitiua: ergo eſt ſinderesis ꝛc. Item ꝓbaᷓ Autoritate magiſtri diſtin.xxxix. vbi dicit. Supioꝛ ſcintilla rõnis bonũ vult: ꝛ malum ſemp odit. Scintilla aũt rõnis ẽ ſinderesis ergo ꝛc. Item Alexãder pte.ij.q.lxxvj. mẽbro.ij. dicit ꝙ ſinderesis eſt eadẽ cum volũtate naturali. Item.q.lxxvij. membro.vj. dicit ꝙ ſinderesis eſt in pte motiua: ꝯſcientia in cognitiua. Item pte.iij.q.xxvij.ar.iij. dicit ꝙ ſinderesis eſt in voluntate inſtigando eam ꝛ ſtimulãdo ad bonũ. Itẽ ibidẽ ſinderesis ſtimulat ad bonũ tñ ſm appetitũ naturalẽ. Inſtigare aũt ꝛ ſtimulare ſunt actus potentie affectiue ꝛ volũtatis. Item Damaſce. voluntatẽ diuidit in naturalem ꝛ delibꝛatiuã: volũtatez naturalem vocat ſinderesim: put ſupꝛa dictum eſt.c.xl. Item Hugo de Balma allegans vercelleñ. in cõmẽto ſup miſticã theologiã: dicit ꝙ pꝛincipalis affectio eſt ipſa ſcintilla ſinderesis q̃ ſola ſpũſancto eſt vnibilis totius intellectus ſuſpendit officium mentis ſupꝛema affectio. Item Cancellarius pꝛiſieñ. in tractatibus pluribus: pꝛeſertim in de theologia miſtica in .xiij. ꝛ .xiiij. ꝯſideratiõe dicit ꝙ ſinderesis eſt vis aĩe affectiua: de q̃.j. ſeq̃nti caplo clari⁹ diceᷓ. Rõne etiã ꝓbaᷓ ſinderesim eſſe in affectu ꝛ volũtate. Sinderesis eſt quedã inclinatio ad bonũ: ſ debꝫ poni in illa potentia q̃ hꝫ bonũ ꝓ obiecto: ſ talis potentia eſt volũtas. Item ſinderesis in creatura rõnali ẽ aliq̃d quo hõ naturaliter inclinaᷓ ad bonum ꝛ remurmurat de malo. hec Petrus de aquila. Sanctus inſup Boñ. in.ij.diſt.xxxix.ar.ij.q.j. ꝓbat ſinderesim eſſe in gñe affectionis. Dicit enĩ ſicut intellectus indiget lumie ad videndum: ita affectus indiget caloꝛe quodã ꝛ pondere ſpũali ad bene amandũ: ergo ſicut in pte aĩe cognitiua eſt qḋdam nãle iudicatoꝛiũ: qḋ eſt ꝯſcia: ita in pte anĩe affectiua erit pondus ad bonuꝫ inclinans. Hoc aũt eſt ſinderesis. Item idem ibidez in pncipali rñſione. Quẽadmodũ in ipſa creatione aĩe: intellect⁹ hꝫ lumẽ qḋ eſt ſibi nãle iudicatoꝛiũ: dirigẽs ipm intellectũ in cognoſcẽdis: ſicuꝫ affectus hꝫ nãle qḋdaꝫ pondus dirigẽs ipm in appetendis. Appetẽda autẽ ſunt in duplici genere: q̃dam ſunt in genere honeſti quedam ſunt in genere comodi: ſic ꝛ cognoſcibilia ſunt in duplici gñe: q̃daꝫ ſunt in gñe ſpeculabiliũ: ꝛ q̃dam in genere moꝛaliũ: ꝛ quẽadmodũ ꝯſcia nõ noiat illud iudicatoꝛiũ niſi inq̃ntum dirigit ad opa moꝛalia: ſic ſinderesis nõ noiat illud pondus voluntatis: niſi inq̃tũ illa habꝫ inclinare ad bonũ boneſtũ: ꝛ quẽadmodũ nõ ꝯſcie põt accipi ꝓ potẽtia cum tali habitu: vel ꝓ habitu talis potẽtie: ſic etiã ſinderesis vſitatioꝛi tñ mõ loq̃ndi: ſinderesis noiat potentiã habitualẽ ꝙ nomieᷓ habitũ ſolum (ꝛ hec eſt ſnia alexandri pte.ij.) Et qꝛ illa potẽtia nunq̃ ſepaᷓ ab illo habitu: hinc ẽ ꝙ potẽtia ꝛ habit⁹ vno noie cõphenduᷓ: ꝛ ſic potẽtia ſic habilitata nomẽ ſui habit⁹ ſoꝛtiᷓ. Et ex hoc ptꝫ rñſio ad pꝛimũ q̃ſitũ vtrũ ſinderesis dicat quid affectiuũ vel cognitiuũ. Planum.n. eſt ꝙ ſinderesis dicit illud qḋ ſtimulat ad bonũ: ꝛ ideo ex pte affectionis ſe tenet. Coꝛrelariũ ex dictis: quemadmodũ ꝯſcia (vt dictum eſt.ſ.c.xlij.) dicit qḋãmõ habituꝫ innatũ cognitiuũ reſpectu luminis ſup nos ſignati: qḋ oñdit nob bona vt dicit pſ. Dicit etiã habitũ qḋãmõ acq̃ſitũ reſpectu ſpẽi ipſius cognoſcibilis. Pariformiter ſinderesis. Cum enĩ cuilibet potentie cognitiue coꝛrñdeat ꝓpoꝛtionabiliᷓ virtus affectiua: nam appetitus ſenſitiuus coꝛrñdet virtuti cognitiue ſenſuali: ꝛ voluntas delibꝛatiua coꝛrñdet rõni delibꝛatiue: ſic ſinderesis q̃ ẽ vo-

luntas nãlis corrñdet ↄſcie ſimplici:non
ſolum ꝓut dicit potentiã ſ; etiaʒ ꝓut di-
cit habitũ. Dicit.n.ſinderesis habitũ mo
tiuũ innatũ:nam ſicut a ↄditione anime
impreſſam eſt ei q̃dam directio nãlis:ha
bilitãs intellectũ practicũ ad expedite cõ
ſciendũ obiectũ qḋ eſt lex nãlis:a q̃ deri-
uant̃ regule agendoꝝ ↄtente in lege diui
na veter[is] ⁊ noui teſtamẽti:⁊ hec directio
nãlis eſt ↄſcia ꝓut dicit habitũ:ſic etiam
ei innata ⁊ ↄcreata eſt affectio nãlis vo-
luntatis;ſeu habit⁹ motiu⁹:mouens ⁊ in
clinans ⁊ ſtimulãs voluntatẽ ad inſecu-
tionẽ boni p̃ſentati:ex app̄henſione oſtẽ
ſione ⁊ dictamine ſimplicis cõſciẽtie:⁊ ta
lis eſt ſinderesis. Dicit etiã habitũ qḋaʒ
mõ acq̊ſitũ:nã ſicut nãle habem⁹ lumen
qḋ ſufficit ad cognoſcendũ ꝙ pntes ſunt
honorãdi : ⁊ ꝓximi nõ ledendi:⁊ tale lu-
men ⁊ habit⁹ cognitiu⁹ eſt ↄſciẽtia:nõ tñ
habemus nãliter imp̄ſſam ſpẽm p̃ris vel
matris: ſ; oportet ſpẽm eoruʒ a ſenſu ex-
teriori accipe ⁊ acq̊rere:ſic cum om̃is af-
fectio cõcomitat̃ aliquã cognitiõem:ſin-
deresis dicit qḋãmõ habitũ acq̊ſitũ: naʒ
nemo honorat vel amat patrẽ vel matrẽ
niſi p̃us ſpẽm eoꝝ acq̊ſiuerit ãminiculo
ſenſuũ. Si qua tñ ſint appetibilia quoꝝ
inclinatio non habet̃ a ſpecie ⁊ ſilĩtudine
a ſenſu acq̊ſita : reſpectu taliũ ſinderesis
poterit dici habit⁹ ſimpl'r innatus:vt po-
te reſpectu huius qḋ eſt deũ amare time
re ⁊ revereri:hec clarius patet ex q̃ſtione
vtrũ ↄſciẽtia dicit habitũ innatũ vel acq̊
ſitum.ca.xlij.

¶ De diffinitione ſindereſeos.

Capitulum xlvij

A ffinitõ derese

Ecundũ ad q̃ſitũ de ſindereſeos
B diffinitione. Rñdet̃ ꝙ vna ẽ diffi
nitio cõis doctoꝝ q̃ talis ẽ. Sin-
deresis eſt vis motiua aĩe rõnalis:q̃ nata
eſt figi in ſupioribus nãliter mouẽs ⁊ ſti-
mulãs ad bonũ ⁊ abhorrẽs malũ. In pri
ma hui⁹ diffinitõis ꝑticula claret ſindere
ſim eẽ in gñe affectõis ⁊ nõ cognitõis: ꝓ-
vt caplo p̃cedẽti declaratũ ẽ. In ſcḋa
diffinitõis ꝑticula:ſcʒ q̃ nata eſt figi in ſu
perioribus: innuit̃ ſindereſeos indeclina
bilis ad bonũ ↄuerſio : nullaten⁹ ꝑ pctm̃
obliq̃bilis:ex eo ꝙ ſinderesis figit̃ ⁊ imu-
tabiliter adheret ſupiorib⁹ ⁊ vniuerſali-
bus p̃ncipijs p̃mis moralib⁹:q̃ imediate
deriuãt̃ a lege nãli : que eſt imutabilis:⁊
obiectũ circa qḋ verſat̃ ſinderesis: nõ p̃t
declinare a bono ⁊ obliq̃ri ⁊ deprauari ꝑ
pctm̃:queãdmodũ ↄſcia q̃ eſt recta ⁊ nõ
recta : ꝓ eo ꝙ ↄſcia nõ tñ cõſiſtit in vl'i ſ;
etiã deſcẽdit ad ꝑticularia : ꝓpter qḋ im-
miſcet ſe ei actus rõnis deliberatiue q̃ fre-
quenter errat:vt.s̄. dictũ eſt de ſilociſmo
ↄſcie:⁊ etiã de ſcrupulo ↄſcie.c.xliij. Id
circo glo.ſup Ezech.j Sinderesim aqui-
le aſſiĩat reſpectu aliaꝝ triũ viriũ.ſ.rõna
lis ↄcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis: q2 ſinderes
inclinat ad bonũ in vniuerſali : ⁊ mouet̃
ↄ malũ : nõ hoc vel illud ꝑticulare malũ
ſ; in vniuerſali:vel ſi aliq̊ mõ inclinet̃ ſin
deresis ad deteſtandũ hoc malũ vel illud
hoc non eſt inq̃ntũ hoc ſ; inq̃ntũ malũ:⁊
hic ẽ ꝙ ſinderesis nõ obliquat̃ ſicut ↄſci-
entia errat. In tertia p̄dicte diffinitio-
nis ꝑticula tangit̃ ꝓprius actus ſindere-
ſeos:cum dĩ nãliter mouẽs ⁊ ſtimulãs.i.
inſtigãs ⁊ inclinãs ad bonũ ⁊ abhorrens
malũ:⁊ ſi duo actus ibidem noient̃:p̃nci
palis tñ act⁹ ẽ ſtimulare ad bonũ:q2 ſin-
deresis eſt reſpectu boni ꝑ ſe. Reſpectu
vo mali ꝑ accidẽs:inq̃ntũ illud reſpuit ⁊
deteſtat̃. Dicit̃ etiã in dicta diffinitiõe nã
liter ſtimulãs ad bonũ : in q̃ deſignat̃ qḋ
dictũ eſt.s̄. q2 ſinderesis nõ põt obliq̃ri a
bono ⁊ ꝑ pctm̃ deprauari. Cuʒ.n.nãliter
ſtimulet ad bonũ: nõ põt ab ea ſtimulus
auferri:q2 q̃ nãliter inſunt ſunt inſepabi-
lia. Et ſumit̃ ibi ſtimĩatio (vt dicit ſctũs
Bona.) habitudĩalit̃ q̃ ad habitũ ſtimu-
landi ad bonũ:nõ q̃ntũ ad actũ. nã volũ
tas nãlis ſiue ſinderesis q̃ bonuʒ appetit
nõ ſp ẽ in ſuo actu: q2 nõ ſp cogitat de bo
no: ⁊ cũ etiã cogitat nõ ſemp afficit̃. ſiue
ꝓpter tenebrã excecatiõis: ſiue ꝓpt̃ laſci-
uiã delectatõis : ſiue ꝓpter duriciã obſti-

natõis. Propter tenebrã excecationis impedit̃ sinderesis in suo actu presertim ne malo remurmuret: ꝑ eo ꝙ malũ credit̃ esse bonũ: sicut ẽ in hereticis q̃ moriẽtes ꝑ sua impietate erroris credũt se mori ꝑ pietate fidei: ꝛ ideo remorsum sinderesis nõ sentiũt: ſ magis q̈dã gaudiũ fictũ ꝛ vanũ. Et hui⁹ rõ potissima (vt dicit .s. Bona.in.ij.dist.xxxiiij.) ipsa mr̃ cecitatis supbia: q̃ regnat in q̈buidã laicis q̃tum ad ea q̃ sunt fidei ꝛ morũ. Cum.n. sint ydeote plumũt sacrã scripturã exponere: q̃ est ꝑfundissima oim̃ scripturarũ Cũ iterũ habeãt q̈ndã honestatẽ exteriorẽ: ꝯtẽnunt vitã oim̃ alioꝝ: ꝛ merito hui⁹ duplicis supbie excecant̃ vt nesciãt discernere q̃d bonũ ꝛ q̃d malũ. Propter lasciuiã delectatõis silr̃ impedit̃. Aliqñ.n. in pctis carnalib⁹ ita absorbet̃ homo ab actu carnis: vt remorsus ꝯscie ꝛ sinderesis nõ hꝫ locũ: q̄ carnales hoĩes tãto impetu delectatõis ferunt̃ vt sinderesis tũc nõ hꝫ locum. Propter duriciã obstinationis etiã impedit̃ sinderesis ne ad bonũ stimulet: sicut in dãnatis q̃ adeo in malo sunt obstinati: vt nũq̈ poterint ad bonũ inclinari: ꝛ ideo sinderesis q̃tũ ad instigationẽ boni: sempiternũ hꝫ impedimentũ. Habet tñ sinderesis in dãnatis alium vsum vicꝫ remurmuratõis ꝯ malũ q̃ maxime vigebit in dãnatis: ꝑut remurmuratio ꝯ malũ tenet rõnẽ pene: nõ ꝑut tenet rõnem iusticie: q̄ illa remurmuratio erit ad cõmẽdandã diuinã iusticiã: ſ non erit ad eliciendã fructuosã pniam. Est ꝛ alia diffinitio Cãcell. in tractatu de theologia mistica. Sinderesis est vis aĩe appetitiua: suscipiẽs imediate a deo q̈ndaꝫ nãlem inclinatiõeꝫ ad bonũ: p quã trahitur insequi motionẽ boni: ex apprehẽsione simplicis ꝯscie p̄ntati. Huius diffinitõis intellect⁹ ꝑ maiori pte ptꝫ ex declaratiõe diffinitiõis ꝯscie.c.xliij. Hec nãq; diffinitio dat̃ de sinderesi ꝑut dicit potentiam habitualẽ. Potentiã inquã recipientẽ in se habitũ motiuuꝫ quo inclinamur ꝛ stimulamur ad bonum. Ex prima huius diffinitionis particula (sinderesis est vis aĩe appetitiua) sinderesis decernit̃ a cõsciẽtia: que est vis aĩe cognitiua: ꝑut supra declaratũ est. Ex scd̃a diffinitõnis particula qua dr̃ (suscipiẽs immediate a deo q̈ndam inclinatõem) sumit̃ ꝙ sinderesis dicit habitũ innatũ ꝛ ꝯcreatũ aĩe: quẽ q̈dam nominãt habitum practicum ꝑncipioꝝ: ꝛ est quedam dispositio inclinatio seu affectio naturalis: p queꝫ habitum habilitat̃ sinderesis ad eliciendum hunc actum: qui est stimulare ad bonũ ꝛ remurmurare cõtra malũ. Oportet sꝑ hic tria attẽdere. scꝫ potẽtiam q̃ est sinderesis: habitũ p quẽ inclinat̃ ad ꝑsecutionem boni: iste habit⁹ etiã sinderesis vocat̃: q̄ potentia ꝛ habit⁹ vt dictuꝫ est hic vno noĩe noĩant̃: sinderesis cũ est potentia habitualis. Tertiũ est actus a potẽtia mediãte habitu elicitus. scꝫ stimulare ꝛ instigare ad bonũ: ꝛ ille habitus seu inclinatio (vt dicit̃ in diffinitione) immediate est a deo. Dicit eñ mgr̃ in.ij.dis.vij. Et etiam sctũs Augusti. in multis locis: ꝛ Autor de spũ ꝛ aĩa: ꝙ mens nr̃a rõnalis quo intelligim⁹ ꝛ sapimus: ita facta ẽ ad imaginẽ dei vt nulla interposita natura ab ipsa p̄ma veritate format̃. Mens eñ compꝛehendit silr̃ cognitiuã ꝛ affectiuã ꝛ de se est informis q̄ tenebra: ſ format̃ ꝛ deiformis fit dũ a deo illuminat̃ ꝛ inflammat̃. Sicut.n. aĩa (vt dicit .s. Bona.) a solo deo creat̃: sic ab ipso solo illuminat̃ ꝛ docet̃ ꝑficit̃ ꝛ inflãmat̃. Possunt.n. homines v̈ba dicẽ: aures pulsare: cor ad intelligentiã excitare: ſ solus deus q̃ lux est infinita: põt veritatẽ in corde hoĩs formare: vñ dicit Autor de spũ ꝛ aĩa: sicut oculus carnis licꝫ p se habeat facultatẽ vidẽdi: nunq̈ tñ p se visionẽ ꝯsequit̃: nisi exteriori fuerit luce informat⁹: sic licꝫ intellectus sit de suiñã ad intelligendũ aptus: nunq̈ tñ hoc cõsequit̃ nisi interiori luce diuina fuerit adiutus: inflãmat ꝛ inclinat deus affectũ ꝛ sinderesim ad amorẽ boni

Nota bene.

B

Vñ dr̃ in li. de spũ ⁊ aĩa: q̄ de⁹ in scriptura lux ⁊ ignis dr̃. Lux illuminans intellectum ad cognitionẽ veritatis. Ignis inflãmans affectũ ad amorẽ bonitatis. Et licet angelus ẜm Dionysium purgat illuminat ⁊ inflãmat siue perficit. Hoc tñ nõ facit vt p̄ncipale agens ⁊ efficiẽs queadmodũ deus: sed tanq̄ excitãs ⁊ adiuuãs vñ dicit. s. Bonauẽ. in. ij. dist. x. q̄ anglus illuminat p̄ modũ lingue viuacit̃ exp̄mẽtis: qñ qd̃ cõcepit anĩe suggerit: sicut doctor dũ exterius loquit̃: excitat intellectũ ad intelligẽdum: ⁊ viua ⁊ efficax locutio quadã sua viuacitate ad intellectum nostrum h̄z ingressum: cuz habeat aliq̇d latẽtis energie (.i. efficacie) viue vocis act⁹ vt dicit Hiero. Sic angelus interius illuminat viuaciter excitando: sicut doctor exterior ⁊ efficatiori modo. Ultima diffinitionis particula (ex apprehẽsione simplicis ↄ̄scie p̄ntati) nota est ex dictis. Cũ eñ vim effectiuã p̄cedat quedam vis cognitiua: sinderesim q̄ est vis affectiua p̄cedit ↄ̄sciã naturale iudicatoriũ: sinderesim dirigens ⁊ ostendẽs ⁊ dictãs qualiter stimulare debeat ad bonum ⁊ fugere malum. Signãter dr̃ in diffinitione (Ex app̄hensione simplicis ↄ̄scie p̄ntati) Cõsciẽtia nanq̧ vt dictũ est ca. xliiij. duo respicit: vnũ qd̃ est inferius: scz rationẽ delibratiuã cui ↄ̄iungit̃: vt sic app̄hẽdit ⁊ cognoscit bonũ ⁊ malũ aspectuz collatiuo: q2 ↄ̄iungit̃ rõni cui⁹ est rõcinari: ⁊ vnum ab altero discernẽ: ⁊ vnũ ad alterũ ↄ̄ferre sic sepe errat vt dictũ est: sic nõ accipit̃ in diffinitione supra posita. Aliud ↄ̄scia respicit qd̃ est supremum: scz sinderesim vt sic ↄ̄scia app̄hẽdit cognoscit ⁊ dictat absolute ⁊ aspectu simplici bonũ ⁊ malũ in vniuersali: p̄ntãs ⁊ oñdẽs illud sinderesi q̄ quantũ est de se mouet̃ motu simplici ⁊ instigãdo ad bonũ ⁊ remurmurãdo cõtra malũ a ↄ̄scia p̄ntatũ: sic dr̃ in diffinitione ex app̄hẽsione simplicis cõscie p̄ntati. Cãcella. tñ parisieñ. dicit: ex app̄hẽsione simplicis intelligẽtie: q2 nõ distinguit inter simplicẽ intelligẽtiam et simplicem consciam queadmodũ. s. Bonauẽ. q̇ dicit q̄ intelligentia simplex est nãle iudicatoriũ p̄ncipiorum primorum speculabiliũ. Cõscientiã vero dicit esse nãle iudicatorium p̄morum p̄ncipiorum agibiliũ: idcirco approp̄atius cõscia ponitur in diffinitione sindereseos. ¶ De actibus ⁊ nominib⁹ syndereseos. Capitulum xlviij

Terciũ ad q̄situm q̇ querebat̃ de syndereseos actibus ⁊ nominib⁹ Rñdetur q̄ sinderesis vna exñs aĩe rõnalis vis motiua ẜm subam: ẜm varios eius actus ⁊ officia diuersa sortitur noĩa: ex multis scripture locis varia colligunt̃ syndereseos noĩa. Primũ ex glo. Hiero. sup. j. ca. ezechiel. Facies aq̇le ⁊c̃. multa eliciunt̃ syndereseos noĩa: idcirco verba Hiero. hic interserunt̃. Pleriq̧ iuxta platonẽ: rõnabilitatẽ anĩe ⁊ irascibilitatẽ ⁊ concupiscentiã: qd̃ ille Logicon et Cunicon ⁊ epimeticon vocat ad hominẽ ad bouẽ ⁊ vitulũ referũt: quartã supra h̄ ⁊ extra h̄ tria ponũt: quã greci nominant sinderesim: q̄ scintilla cõscie in Caym q̄z nõ extinguit̃: quã p̄prie aquile deputant̃. Non se immiscentẽ tribus: sed ipsa errãtia corrigentẽ. Hic est spũs qui postulat p̄ nobis gemitib⁹ inenarrabilibus: hanc tñ consciam (impius cũ venerit in p̄fundũ peccati cõtemnit) sepe p̄cipitari videmus ⁊ suũ locũ amittere: cum quidã sine põdere peccãt: q̇bus merito dr̃ frõs mulieris meretricis facta ⁊c̃. Hec ille Ex his v̄bis b̄ti Hiero. q̄tuor noĩa synderese os p̄sertim eliciunt̃. Noĩat̃ aũt scintilla ↄ̄scie. Portio virginalis seu virgo. Apex mentis: spũs postulãs pro nobis. Nominatur Isa. vltimo ca. v̄mis q̄ non morietur. Nominatur etiam a Damas. volũtas naturalis. Singulorum horum nominum p̄prietates ex q̇bus actus sindereseos eliciunt̃: h̄ annotant̃. Sinderesis p̄ scintilla ↄ̄scie noĩat̃: vñ iux̃ diuersas q̄litates ⁊ p̄prietates scītille. sinderesis diuersos habet actus. Sinderesis eñ grece scintilla

A

De actibus ⁊ nominib⁹ syndereseos

Logicon
Cunicon
Epimeticon
Sinderesis

Scintilla consciẽtie

ſiue igniculus nomiat̃: vñ ſcintilla a ſcin
do qđ eſt diuido dĩ ⁊ eſt modica pars ab
igne vel ignita re deſciſa volitãs lucẽs et
ardẽs. Scintilla ſe hꝫ ad fauillã: vt res vi
uẽs ad corpus extinctũ: ⁊ ſicut forma ad
materiã. Sinderesis p̃mo ſcintilla ꝯſciẽ
tie eſt: vñ dicit. s. Bonauẽ. in. ij. ꝙ iõ ſcin
tilla dĩ ꝯſcie: pro eo ꝙ ꝯſcia quantum eſt
de ſe nõ põt mouere pungere nec ſtimu
lare niſi mediãte ſinderesi: q̃ eſt quaſi ei⁹
ſtimulus ⁊ igniculus (ignis inter oĩa ele
mẽta maxime eſt actiuitatis) vñ ſicut ra
tio nõ põt mouere niſi mediãte volũtate
ſic nec ꝯſcia niſi niſi mediante ſinderesi.
Nec tñ ex hoc ſequit̃ ꝙ sinderesis ſit ex
parte cognitiue: quinpotius ꝙ ſit ex ꝑte
affectiue: vt ꝓbatum eſt ſupra. Scintilla
puriſſimũ dici põt qđ in creatura rõnali
reperit̃: ſic ſuperior pars rõnalis aĩe q̃ ꝑ
pctm̃ deprauari nõ põt (vicꝫ sinderesis)
ſcintilla dĩ. Scintilla ab igne diuiſa euo
lat ⁊ ardet: ſic sinderesis euolat ⁊ ardet:
dum inclinat et ſtimulat ad amorẽ boni
⁊ deteſtationem mali in cõi. Sunt et alie
q̃litates et ꝓprietates ſcintille: q̃ pariter
ꝯſcie ⁊ sinderesi competũt. Scintilla lu
cet ⁊ ardet: ſic ꝯſcia ſimplex cũ ſit in gene
re cognitionis: lucet ⁊ cognoſcit: inquan
tũ dictat ⁊ oſtẽdit legẽ naturalẽ ⁊ ei⁹ pre
cepta: q̃ ſunt p̃ma p̃ncipia moraliũ eſſe
bona. Sinderesis xo ardet ſiue amat in
clinat ⁊ ſtimulat (cũ ſit vis affectiua) ad
ꝓſecutionẽ boni ꝑ ſimplicẽ ꝯſciam p̃nta
ti. Scintilla ꝑ iuxtapoſitionẽ tenebre fri
gidi ⁊ congelati extinguit̃: ⁊ in fauillã et
cinerẽ redigit̃: ſic sinderesis cũ ꝯſcia ſim
plici quo ad actum: licet amitti vel extin
gui nõ valet: põt tñ ad tp̃s impediri: ſiue
ꝓpter tenebrã excecationis: ſiue ꝓpter la
ſciuiã delectationis: ſiue ꝓpter duriciam
obſtinationis: put dictum eſt ca. p̃cedẽti
in declinatione prime diffinitionis ſinde
reſeos Scintilla eſt modicum quid lucis
⁊ ardoris ex igne magno euolans: ita in
telligentia ⁊ conſcientia ſimplex ⁊ ſinde
reſis: eſt modica participatio cognitiõis
et amoris reſpectu lucis ⁊ ardoris qđ an
gelus participat a deo magno igne ⁊ lu
ce immenſa (Sicut eñ ignis tranſſumit̃
ad ſignificandum deum: ſic omnis crea
tura ſcintilla quedam dei ſymbolice dici
poteſt. Sicut etiaꝫ lux tñſſumit̃ ad ſigni
ficandum deum) vnde ⁊ deus ſuꝑ omnẽ
creature ſciam (notatam per cherubin)
ſedere perhibet̃. Hinc de luce diuina ſcri
bitur ꝙ tenebre eam non comprehende
runt. Sic omnis creatura vmbra quedã Um
dei dici poteſt. Umbra quippe dicit̃ eſſe
dam refulgentia lucis plus aut min⁹: nõ
oĩmoda lucis priuatio. Sic angelus ordi
ne naturali eſt p̃ma vmbra ſeu refulgen
tia a ſumma luce ſcꝫ deo participata: qui
quia ſimplex et incorporeus nec corpori
vnitus: cognitio ſue nature debita eſt: vt
ſimpliciter ſine ratiocinatione ſine colla
tione ſine delibratione ſubito ⁊ intuitiue
veritatem ap̃hendat: ꝓpterea intelligẽ
tia ſeu natura intellectualis nominatur.

Anima rationalis altera eſt vmbra q̃
(iuxta diuinam ſapientiã cõnectentẽ ſu
periora ſecundorũ: vltimis primorũ) ſm̃
ſuum ſuperius: memoriã vicꝫ intellectu
alem intelligentiam ⁊ voluntatem: con
iungit̃ angelo ſm̃ aliqualẽ ſimilitudineꝫ
intellectualitatis: in hoc ꝙ ſine rationaci
onis et delibrationis diſcurſu: per intel
ligentiam ſimplicem intelligit p̃ma prin
cipia in ſpeculatiuis: ⁊ ꝑ ꝯſciam ſimplicẽ
p̃ma p̃ncipia in practicis: ſic aliq̃liter at
tingit intellectualitatẽ angeli: deficienter
tñ vmbratiliter ⁊ mõ imꝑfectiori. Aĩa
etiã rõnalis ꝯiũcta corpi ſm̃ ſuũ inferi⁹:
(vicꝫ potẽtias ſenſitiuas exteriores ⁊ ap
petit⁹ ſenſuales iraſcibilẽ ⁊ ꝯcupiſcibilẽ)
tercia ẽ vmbra min⁹ de luce cognitiõis ꝑ
ticipans: q: vt ſic a ſenſibilibus ⁊ fantaſ
matibus abſtrahẽs: ratiocinãdo delibrã
do diſquirẽdo in cognitionẽ ꝓcedit veri
tatis: idcirco ſm̃ taleꝫ imperfectaꝫ defici
entem et vmbratilem cognitionem eſt eti
am vmbra: reſpectu angelice lucis et ſui
portionis ſuperioris. Deniqꝫ ſicut ſol

est illustratiuus ₇ calefactiuꝰ: ꝓportiona
biliter q̄libet creatura rōnalis: qm̄ lucet
ꝑ cognitiōem ₇ calescit ꝑ amorē. Nō em̄
ꝯtingit repire cognitionē q̄ nō sit forma-
liter aut virtualiter quedam affectio: sic
affectio nō potest secerni quin sit quedaꝫ
experimētalis cognitio: hinc ē ꝙ sicꝫ vmbra
rōne lucis defectus repit̄ in potentijs co
gnitiuis. Pariformiter ₇ vmbra rōne di
minuti ₇ tepidi ardoris ₇ amoris: repit̄
in potentijs affectiuis. In sinderesi vicꝫ
voluntate ₇ sensualitate. nam tam in lu-
ce cognitionis quā in ardore dilectionis
Paulominus homo viator minoratꝰ est
ab angelis: de hoc plura requirant̄. s. ca.
xxx. Tandem vmbra cognitiue lucis oc-
plici genere passionū.s.naturaliū:anialiū rōnaliū ⁊ intelligibiliū:q̄rū de distinctiōe dictū est.c.iiij. Pro huius descriptōis intelligentia ꝯsiderandū,ꝓut dictū est.c.iij. Qꝫ sicut in corꝑali passione (que est effectus illatioq̧ actionis) tria est ꝯsiderare vicꝫ formā ſm quā agēs agit in passum: ip̄m agens velut terminus a quo ꝓcedit forma que recipit̄ in passum: terminū ad quē ip̄m scꝫ passum cui imprimit̄ forma actionis. Quēadmodum ignis generās ignem ex aere relinguit in igne genito caliditatē ⁊ leuitatē. Caliditatē ꝑ quā resistit resistētibus ⁊ corrūpentibꝰ. Leuitatē ꝑ quā assequit̄ ꝯuenientia: q̄ leuitas suo pondere vel tractu mouet sursum ad similem ignē: ⁊ dum illic est quiescit. Odit ꝟo locū deorsum tanq̄ sibi nō cōuenientem: ⁊ refugit ip̄m nec quietē habet in illo: sicut exēplificatū est de passione ⁊ inclinatione naturalis appetitus: sic etiam de alioꝝ appetituū passione. Nā hō affectus ꝑ amorē ad aliq̄d inclinat̄ ad illud: vbi iuxta similitudinē passionis naturalis est tria ꝯsiderare. Primū est terminꝰ a quo: agens vicꝫ virtus app̄hensiua sensitiua exterior vel interior a qua passio inchoat̄: q̄ cognoscit obiectū aliqd̄ bonum particulare: sub intentione vtilis vel delectabilis ꝯuenientis: vel malū particulare sub rōne damni vel pene discōuenientis: quēadmodū intellectꝰ practicus seu ratio motiua vel ꝯsciētia simplex: cognoscit verū sub rōne boni vniuersalis qd̄ ē obiectū voluntatis vel sinderesis: prout dictum est.j.tract.ca. xxxiij. ⁊ in plerisq̧ aliis. Scōm est terminus ad quē terminatur passio derelicta a virtute cognitiua: ⁊ ille terminus ad quē est appetitus sensitiuus: ꝯcupiscibilis vel irascibilis. Nō eñ patit̄ mouet̄ vel inclinat̄ ps appetitiua: nisi p̄cedēte in ꝑte apprehēsiua cognitione boni vel mali. Tertiū est forma media ſm quā vis app̄hēsiua agit in vim appetitiuam: motio scꝫ interior desiderij. Illa eñ motio sequit̄ naturaliter app̄hēsionē ⁊ est formaliter passio: mouens trahens coaptans assimilans ⁊ inclinās vim appetitiuam ad bonū app̄hensuꝫ ꝑ vim cognitiuā: ⁊ si nō habet desiderat: seu cōcupiscit illud: ⁊ si adipiscit̄ quiescit ⁊ delectat̄ in eo. Refugit ꝟo ⁊ odit cōtrariū: ⁊ horret approximationē eius. ⁊ si ei cōiūgit̄ dolet ⁊ tristat̄. Et he sunt sex passiones tres respectu boni simplicis: ⁊ tres similit̄ respectu mali: ꝓut infra docebitur: amor: ꝯcupiscentia: delectatio: odium: fuga: dolor vel inquietudo. Passionē aliter describit idem Cancell. suꝑ Magt̄ in tractatu suꝑ versu. Quia fecit mihi magna. Passio est app̄hēsio sensualis cōuenientis vel discōueniētis p̄ntis vel absentis. Pro istius descriptionis noticia considerandū p̄mo: q̄ hec descriptio conuenit passioni aniali q̄ sequit̄ app̄hensionem ⁊ cognitionē pure sensitiuā: poterit ⁊ cōuenire passioni voluntarie: que cōsequit̄ cognitionē rōnis delibrantis: ⁊ etiā passioni mentali ipsius sindereseos: que cōsequit̄ cognitionē simplicis cōscientie si adderet̄ hec particula intellectualis sic passionem describendo. Passio est app̄hēsio sensualis vel intellectualis cōueniētis ⁊c. Sed Cācell. seꝑatim describit passionē anialem: qua cognita facilius poterit aliarū passionū haberi noticia. Cōsiderandū scōm q̄ hec descriptio passionis nō est formalis sed causalis: quia apprehensio nō est formaliter passio: ſ passio formalis causat̄ ab app̄hensione ⁊ cognitione p̄ambula: sicut passio risus exterior causat̄ a passione interiori scꝫ gaudij (Ridere eñ vt dicit.s. Bona. in.ij. dist. viij. ꝑte.j. arti.iij.q.ij. Est oꝑatio: q̄ ꝑtim cōpetit anie vt est motor: ꝑtim vt est perfectio. Ibi eñ est quedā cordis exhilaratio: ⁊ hec est ab ania: vt ꝑfectio. Genarū motio ⁊ hec ē ab aīa vt motor) exemplificat Cancell. de passione causali ⁊ formali. Puer namq̧ dum mater ostēdit vbera app̄hendit ꝑ visum ꝑ sensum cōmunem ⁊ ꝑ fantasiam. Deinde si esurit sequit̄ ad

hanc app̄hensionem inclinatio et motio
quedā desiderij nedū naturalis: sed sen-
sualis ⁊ animalis: ⁊ si non eget cibo: seq-
tur aliquando motio fastidij. Tandē ter
cio si non fuerit impedimentū: consequit̄
executio ad mouendum membra: ad su-
gendū vbera: vel ab eis diuertendo. Me
dium eñ scꝫ motio est formaliter passio.
Illa eñ motio interior sequit̄ naturalit̄
app̄hensionem: sed app̄hensio nō est for-
maliter passio: sed causaliter: quia passio
formalis causatur ab apprehensione: ꝓ-
ut exemplificatū est. Considerandum
tertio ꝙ q̄libet passio (siue naturalis siue
animalis siue voluntaria siue mentalis
sinderesis) insequitur cognitionē ꝓuiam
separatā vel coniunctam. Passio siue in
clinatio naturalis insequit̄ app̄hensionē
seu cognitionē non cōiunctam ⁊ separa-
tam: que deus est: qui omia infallibiliter
dirigit in actus ⁊ fines suos: nam opꝰ na
ture (inquit Cōmētator) est opus indul-
gentie scꝫ dei. Passiones nanqꝫ ⁊ incli-
nationes naturales inanimatoꝝ (Qua-
lia sunt corpora simplicia celestia: ⁊ qua-
tuor elementa: similiter materia prima q̄
est pars compositi substātialis naturali-
ter appetit formā vt per eam actuetur in
esse actuali: forma etiā naturalis appetit
naturaliter iungi materie: vt in ea subsi-
stat. Similiter corpora mixta ex elemen-
tis cōposita: sicut mineralia sensibilia cor
pora humana: ⁊ animata insensibilia: vt
sunt vegetabilia quorum forma ꝓpter sui
materialitateꝫ modicū est eleuata supra
naturā in quibus solus naturalis appeti
tus reperit̄) insequunt̄ cognitionē ꝑnci-
pij separati: scꝫ dei qui primus motor est
Quemadmodū cognitio ⁊ intentio sagit
tantis est in sagitta directa: ꝓut dictū est
ꝑmo tracta. c. xxv. dubio tertio ⁊ quarto.
Item ibidē. xxxiij. et. xxxiij. capitulis.

Considerandum quarto ꝙ passio ani-
malis: ⁊ voluntatis ⁊ sinderesis sequunt̄
app̄hensionem ⁊ cognitioneꝫ coniunctā
nam passio aialis que est motus ⁊ incli
natio appetitus sensitiui cū sensibus: est
in parte aie sensitiue: q̄ cognoscit obiectū
appetitus sensitiui. Passiones vero ap-
petitus intellectiui scꝫ volūtatis ⁊ sinde-
resis cū rōne ⁊ ꝯscīa simplici: sunt in par
te anime rōnalis que cognoscit bonū vni
uersale: qd̕ est obiectū appetitus intelle-
ctiui: ꝓut habitū est in ꝑmo trac. in pluri
bus caplis. Correlariū ex dictis ad pas
sionē tria ꝯcurrūt. Primū est app̄hensio
boni cōueniētis vel mali discōuenientis.
et hec app̄hēsio fit ꝑ intellectū practicuꝫ
seu rōnem motiuā in hoie: ⁊ ꝑ fantasiam
in brutis: cooperātibꝰ sensibꝰ exterioribꝰ
⁊ iterioribꝰ ꝑsertim estimatiua: cuiꝰ actꝰ
(ꝓut dī ꝑmo trac. c. xxj.) ē elicere ex rebꝰ
sensatis intentiones non sensatas: vtilis
vicꝫ vel nociui ardui vel difficilis: hec oīa
sunt dispositiōes ꝓambule ⁊ ꝓuie discer
nentes ⁊ causantes motus passionum.

Scdm est appetitus rōnalis siue intel
lectiuus siue volūtas in hoie: et appetitꝰ
sensitiuus concupiscibilis ⁊ irascibilis in
brutis: q̄ sͭ subiectū passionis: ⁊ passiōes
eorundē actus. Tercium est motio af
fectio siue inclinatio actualis causata in
appetitu ex app̄hensione: et talis motio
⁊ inclinatio est formaliter passio: inchoa
ta in virtute app̄hensiua ꝯiūcta: ⁊ dereli
cta ⁊ terminata in v̄tute appetitiua. Po
stremo sequit̄ executio i opus ꝑ vim mo
tiuā executiuā (de q̄ dī tra. ꝑmo. c. xxvj.)

Passio formaliter accepta ꝓ motu et
inclinatione appetitꝰ sic describit̄ a Da- C
masceno. ij. libro. Passio est motus appe
titiue v̄tutis sensibilis in imaginatiōe bo
ni vel mali. Hec descriptio est passionis
aialis q̄ est actus ⁊ motio appetitꝰ sensi-
tiui. Et sumit̄ in dicta descriptione ima-
ginatio: pro app̄hensione fantasie q̄ spe
cies sensibiliū ꝑ sensum cōmunē a sensi-
bus exterioribꝰ acceptas ⁊ in imaginati-
ua reseruatas: app̄hēdit intētiones etiaꝫ
estimatiue app̄hēdit ⁊ cōponit: ꝓut dcm̄
est in ꝑmo trac. c. xx. vbi dī ꝙ imaginatio
sepe accipit̄ ꝓ fantasia. Passio etiam

sensualis aliter describit᷑. Passio est mo-
tus irrõnalis aie p̱ susceptionez boni vel
mali. Diffinit᷑ etiam passio a Remigio.
Passio est motus aie: p̱ suspicionē boni
ꝛ mali. Hanc diffinitionē declarat Alexā
der in tercia parte. q. v. mēbro. j. dicēs ꝙ
suspicio dupl'r sumit᷑ ꝓprie ꝛ sic dubitati-
onē importat: et sic sumit᷑ in diffinitione
Remigij. Sumit᷑ etiam extense nomine
ꝓut dicit apphensionē siue cognitionē: ꝛ
sic sumit᷑ in dicta diffinitione sub h̄ sensu
Passio est motus aie per apphensionez
boni vel mali. Diffinit etiam Alexāder
ibidē passionē: Passio est motus p̄ter na
turam sensibilis: vñ ƀm Johez Damas.
Passio generaliter dicta est mot⁹ ex alio
in aliud: hoc aũt põt esse dupl'r vel in ali-
ud ƀm naturā: tũc passio dr̄ a patyn gre-
ce qđ sonat informationē: ꝛ hoc mõ dici-
tur aīa passibilis. i. receptibilis ipsoꝝ in-
telligibiliũ sciētiarũ ꝛ virtutũ: ad qđ ƀm
naturā nata est: hoc modo generalissime
dicit᷑ passibilitas respectu cuiuscũq; crea
ture inquantũ est receptibilis cuiusq; p-
fectionis: ꝛ sic luna dr̄ pati recipiēs lumē
a sole (vt dr̄. c. iij.) Vel motus est ab alio
in aliud p̄ter naturā: tũc passio dr̄ specia
liter ƀm ꝙ distinguit Joh. Damas. inter
operationem ꝛ passionem: q: operatio dicit᷑
motus q̇ est ƀm naturā: passio vero dicit᷑
motus immoderatus q̇ est p̄ter naturaz
sicut pulsus cordis nõ ƀm naturā motus
passio est: non tñ sicut dicit Damas. Oēs
motus passiui passiones vocant᷑: sed qui
sunt vehemētiores ꝛ in sensum ꝓceden-
tes. Qui cũ pui sunt ꝛ insensibiles non-
dũ passiones sunt: ideo diffinit᷑ passio est
motus p̄ter naturā sensibilis. Haruz de-
scriptionũ noticia claret ex sequēti descri
ptione passionis: q̄ extracta est ex tracta-
tu Cancell'. de passionibus aie. Passio
est motus appetitus ꝓueniēs ex apphē-
sione alicui⁹ vt ꝯueniētis vel discõuenien
tis: pñtis vel absentis. Ad cui⁹ descri-
ptionis noticiā: pticule ei⁹ declarabũtur
singillatim. Primo dr̄ in descriptiõe pas-
sionis motus: motus ꝓut hic accipit᷑ nĩl
aliud est q̄ inclinatio in aliq̇d: ꝛ iõ illis vi
ribus aie q̇bus inclinatio nõ ꝯuenit: non
attribuit᷑ ꝓprie motus. Inclinatio autez
est in appetitu q̇ mouet in aliq̇d habēdũ
vel agendũ: ꝛ iõ actus appetitiuarũ ꝟtu-
tũ (scz naturalis sensitiui et intellectiui)
motus ꝓprie vocant᷑: nõ aũt actus ꝟtutũ
apphensiuaruz. Scđo dr̄ in descriptione
passionis Appetitus: in q̇ tāgit᷑ subiectũ
passionis. Subiectũ eñ passionis ē appe
titus (ꝓut dr̄. ca. iiij.) in q̇ causat᷑ motus
q̇dā ꝯsequēs apphensionē ꝟtutis cogni
tiue. Si eñ talis mot⁹ ꝯsequit᷑ ad cogni-
tionē pure sensitiuā: sic dr̄ passio aialis.
Si vero consequit᷑ cognitionē rõnis deli
berantis de particularib⁹ agēdis: sic dicit᷑
passio volũtaria vel rõnalis. Si ꝟo cõse-
quit᷑ cognitionē pure intellectualem seu
mentalē seu ꝯsci: simplicis: in cui⁹ lumie
nāli cognoscunt᷑ pma pncipia moralia:
sic põt noiari passio sinderesis vel menta
lis vbi fit raptus vel extasis. Ad causā
dam nanq; passionē combinant᷑ vis app
hensiua discretiua seu cognitiua simul ꝛ
motiua: sensus vicz vel ratio percipiēs ꝛ
appetitus mouēs: q: nec motiua vis sola
sufficeret plusq̄ȝ in rebus insensibilibus.
Mutuo eñ se p̄supponunt cognitiua et
motiua: sicut forma litterarũ p̄supponit
oculuz dirigentē ꝛ manum scribentē: vis
eñ motiua nõ mouet᷑ nisi p̄us obiectum
sit apphēsum ꝛ pñtatũ p̱ vim apphensi-
uā q̄ oportet in actu p̄cedere si nõ tpe tñ
ordine nature. Tercio dr̄ in passionis de
scriptione alicui⁹ vt ꝯueniētis vel discõ-
ueniētis pñtis vel absentis: qđ apphēdi-
tur tāq̄ pñs: si nõ re tñ intentione vl' spe
cie reseruata in imaginatione vel memo-
ria: in hoc tangit᷑ obiectũ passionis: dictũ
nāq; est ca. v. ꝙ vis appetitiua ꝛ sil'r pas-
siones ei⁹ habēt ꝓ obiecto bonũ tanq̄ si
bi ꝯueniēs ꝛ malũ tanq̄ sibi discõueniēs
Queadmodũ verũ simplex obiectum co
gnitiue sensualis ꝛ intellectualis (ꝓut di
ctũ est in pmo tract. c. xxv. in pmo dubio.

Et ca.xxix.q.vij.) noiat quādā adeqtionem rei cognite ad vim cognitiuā: qm̄ veritas est adequatio rei intellecte ad intellectū. Falsuꝫ xͦo noiat disproportionem Pariformiter bonū noiat q̄ndā ꝯuenientiam rei desiderate ad vim appetitiuam: sensualē vel intellectualē. Malū xͦo nominat discōuenientiā: ⁊ qm̄ bonū potest ꝯsiderare absolute simplr̄ ⁊ sine ꝯtractione. Pōt etiā ꝯsiderari cuꝫ ꝯtractione: vt absens ad pn̄s ad arduū: ſm hoc etiā diuersificant̄ passiōes: amor respicit bonū absolute: desideriū respicit bonū ꝯtractū q: bonū absens ⁊ futurū est obiectū desiderij: gaudiū respicit bonū ꝯtractum ad p̄sens vt iam adeptum: passiones irascibilis vt spes desperatio: respiciūt bonum ꝯtractū ad arduū: sic ꝓportionabilit̄ malū ꝯsiderari pōt absolute vel cū ꝯtractione respectu aliarū passionū habētiū malū ꝓ obiecto: de q̄bus singillatim dicet̄ .j. ca.viij. Et notāter addit̄ in passionis descriptione vt ꝯuenientis: nam passio non solū ꝯsurgit ex apph̄esione veri boni: sed etiā ex apph̄esione boni apparentis: qd̄ ē veri boni effigies ⁊ simulacrū qd̄ apph̄endit̄ tanq̄ ꝯueniēs: qd̄ notat hoc aduerbium silitudinis: vt cū dr̄: vt ꝯueniētis. Bonū nanq̄ qd̄ mouet appetituꝫ nō semꝑ ē verū bonū ſ aliq̄n ꝯppens bonū ⁊ actus pcti: nā dr̄.ij.phisi. q: finis est bonū verū vel apparēs bonū. De h̄ clarius dictuꝫ ē in p̄mo trac.c.xxxiiij. in declaratiōe p̄me diffinitōis boni. Itē de h̄.c.xxxv. de volitione. Autor de spū ⁊ aīa (q̄ credit̄ fuisse Hugo. de.s. victore) breuē ponit passionis sub noīe affectus descp̄tionē. Affectus inq̄t ē spōtanea ⁊ suauis inclinatio ad aliq̄d. Hec descriptio ꝯuenit passioni aīali: rōnali ⁊ intellectuali: ꝓut dictū est: ca.iij. Trip̄r in nobis attendit̄ passio siue affect⁹.s. in supiori pte rōnis: ⁊ in inferiori ⁊ in imaginatione: si spūs noster sequit̄ affectū: primū dr̄ hō spūalis: si scd̄m dr̄ homo rōnalis: si tertiū dr̄ aīalis. Poterit etiā ꝑ q̄ndā analogiā hec descriptio cōuenire passioni ⁊ inclinationi naturali insensibiliū: velut mox ptēbit. Pro hui⁹ descriptionis intelligētia ꝯsiderandū: q̄ descriptio duo innuit req̄sita ad affectuꝫ passionis. Primū q̄ sit affectus sit spontaneus.i. vltroneus seu volūtarius. Accipiendo volūtariū cōiter (nam dictū ē in p̄mo trac.c.xxv. in fine q̄rti dubij. Et etiā ca.xxxj. in fine) q̄ voluntas accipit̄ nō solum ꝓ appetitu intellectiuo: ſ etiā aliq̄n ꝓ appetitu sensitiuo ⁊ nāli. In omi eīn appetitu est spontanea (hoc est) inclinatio nō violenta. Spontanee nanq̄ ⁊ voluntarie inclinationi affectus: cōtrariat̄ coactio ⁊ violentū. Describit̄ aūt violentum (.iij. Ethi.) cuius p̄ncipiū ē extra nihil ꝯferente vim passo: vt lapis in altuꝫ ꝓiectus: p̄ncipiū motus sursum lapidis est extra naturā lapidis. scꝫ ꝓiciēs imp̄mens q̄ndam vim aeri motiuā: q̄diu hec vis durauerit in aere lapis sursum mouet̄: Lapisq̄ nullā confert vim: hoc ē inclinationē ad motū sursum: q̄n potius deficiente virtute ꝓiicientis: lapis ꝑ appetitum ⁊ passionē naturalē scꝫ grauitatem inclinatur ad motum deorsum. sic etiam appetitus sensitiuus: habet passionē ⁊ inclinationē spontaneā non violentatā ad bonū vtile vel delectabile ꝓsequēdū. Pariformiter ⁊ appetitus rōnalis: volūtas scꝫ delibratiua post electionē ⁊ ꝯsensum: spontanee ⁊ voluntarie sine coactione ⁊ violentatione libere inclinat̄ ⁊ mouet̄ in bonuꝫ vel ad malū. Appetitus etiam intellectualis voluntas scilicet naturalis sinderesis: inclinationem habet spontaneam naturalem nō coactum: quia instigat stimulat ⁊ inclinat ad bonum: ⁊ remurmurat ⁊ recalcitrat contra malum.

Scd̄m qd̄ requiritur ad affectuꝫ est q̄ sit suauis inclinatio: vnde dicitur Sapientie.viij. Sapientia attingit a fine ad finem fortiter. Hoc est omnia creata penetrando sua virtute vsq̄ ad minima: coniungens plincipia rerum adinuicem Nam principia sunt minima quantitate

molis sed maxima virtute. Et disponit oīa suauiter: hoc est q̄ dat oibus creatis formas ꝛ inclinationes seu affectus passionū: ꝑ quas mouent̄ ꝯnaturalit̄ ad actus suos ꝛ fines: sicut lapidi grauitatē ꝑ quā naturaliter tendit deorsum: cui cōformans se Augusti. vij. de ciui. dei. Dicit q̄ deus sic res quas ꝯdidit amministrat: vt eas ꝓprios motus agere sinat. Conformiter loquit̄ phs. viij. phisi. Dans formā dat ꝯsequētia ad formam. Cōsequēs ad oēm formā tam naturalē q̄ realem q̄ intentionalē ꝛ spūalē: ponit̄ esse coaptatio: inclinatio appetitus: passio vel affectus suauis: aut voluntas tendēs in finē suum: siue sit ꝓximus: mediatus seu vltimus. (Finis nanq̧ vt dictū ē ꝑmo tract. ca. xxxiiij. in fine est triplex: viꝫ finis in q̄ quiescitur. scꝫ deus: finis quo quiescitur in deo vel simpliciter. scꝫ charitas ꝯsummata in patria: vel vt nūc. scꝫ fides cum dilectione: vt dictū est clarius vbi supra) Patet hoc de appetitu ꝛ affectu naturali qui cōsequit̄ ad formaꝫ naturalē ad loca tanq̄ fines sue ꝯseruatiōis. Sicut ignis causans ignem dat formā suam igni genito: cum inclinatiōe ꝛ naturali appetitu ꝛ affectu ad locū sursum in quo quietat̄ si est. Mouet̄ aūt si nō est impedimento cessante: ꝓpterea affect⁹ seu affectio dicitur quasi affixio. naꝫ affectio seu amor velut pondus ꝯiungit stabilit ꝛ figit amantem cum amato. vñ dicit Augusti. Amor meus pondus meū: illo feror quocūq̧ feror. Suauitati affectus contrariat̄ duricia cordis seu mentis: que cōpunctione nō mollit̄. vñ dī Ecci. iij. Cor durū male habebit in nouissimo. Cor eñ duruꝫ resistit instinctui ꝛ inclinationi diuine ad bonum: sicut in corpalibus dicit̄ duruꝫ qđ non cedit tangēti. iiij. Metheoroꝝ. Male habebit in nouissimo: nā sicut dicit Augustinus in sermone de innocētibus: hac animaduersione. id est. punitione: ꝑcutit̄ peccator vt moriens obliuiscat̄ sui: qui dum viueret oblitus est dei.

¶ De significatione passionis.

Capitulum vij

Interiectioni accidit vnū tantuꝫ viꝫ significatio. Interiectionuꝫ significationes diuerse sunt. Aut eñ sunt gaudentis: vt euax: euge. Aut dolētis: vt heu: hey: ah: ꝓhdolor. Aut flētis vt au: ve. Aut sunt ridētis: vt haha: hehe Aut irridētis: vt vaha: vah. Aut sunt admirantis: vt pape: hui. Aut exclamātis: vt o: proph. Aut gementis: vt hem. Aut metuentis: vt tatat. Aut indignantis: vt propudor: spurcissimus: mahumet: o infandum (quasi nō fandum) hussitarū cōuenticula in Bohemia. Et si qua sunt similia: veluti amabo (media breuis: ab amo: as) interiectio est blandientis.

Grāmatica infima ancilla sapiētie theologie (que scientiarū omniū est ꝑnceps ꝛ regina: cui cetere artes tanq̄ pedisseq̄ ancillant̄) cum alijs scientijs philosophicis: deseruit theologice sapiētie: ꝺm q̄ dī Prouerb. ix. Sapientia misit ancillas suas: vt vocarēt ad arcem: verticē viꝫ sublimissimū veritatis fidei theologiceq̧ sapientie: que sup oēm speculationē philosophicam extollit̄: ꝛ dignitate ac vtilitate antefert̄: cui cetere artes ancillantur: maxime cum multe sint q̄stiones ac ꝯclusiones fidei: que sine aliaꝝ scientiaꝝ pericia terminari nō possunt. Vix eñ grana absq̧ paleis colligi possunt: ꝛ verba diuina sine verbis ꝛ scientijs humanis. Non ergo incōgrue huic operi grammaticalis diffinitio ꝛ significatio interiectionis interserit̄. Nā interiectionū ꝛ passionū affectionaliū cognitō: nō parū ꝓdest ad doctrinalem cognitōem theosophie xp̄ianorū. Prodestq̧ anie deuote ad deuotōis scolam vocate: ꝓdestq̧ ꝓ adipiscēda noticia habituū vitioꝝ ꝛ virtutū: ꝑut in. ij. ca. huius scōi tractatus extat ꝓbatum. Grāmatica ḡ notificans affectioneꝫ siue passionē sub nomine interiectionis: eam quo ad essentialia diffiniēdo (interiectio est ꝑs orationis indeclinabilis: passioneꝫ

aut affectū animi significans: voce incognita: hec diffinitio declarat̄ in p̄mo ca.) notificat eam etiā quo ad accidētalia ei⁹ significationē explicando dicens. Interiectioni vnū accidit tm̄. scȝ significatio: q̄ multiplex est: aut gaudentis: aut dolentis ⁊c. Grāmatica etiam describit significationem. vnde dicit: significare est intellectui aliquid rep̄sentare. Uel sic significare est rem ꝑ vocem ꝟm placitū intellectui rep̄sentare. Significatio est rei ꝑ vocem ꝟm placitū rep̄sentatio. Pro quo cōsiderandū: ꝙ significare vno mō accipitur large ꝟm oēm modū quo intellectui aliquid p̄ntat̄: sit hoc ꝑ voces: sit ꝑ colores vel species coloꝝ: sit ꝑ obiecta quorūlibet sensuū: sit ꝑ enigmata figurarū in scripturis sanctis: sit ꝑ reuelationes misterioꝝ qua deus reuelando aliquid aliquā illustrationē in intellectu modo efficit. vnde dicit Grego. in moralib⁹. Deus sine mora sermonis insinuat repētina luce nostre ignorātie tenebras illustrat: vt sic significare nō cōuenit grāmatice: que vtitur dictiōe ⁊ voce significatiua ad placitum. Alio mō significare cōuenit grammatice: ⁊ accipit̄ ꝓprie inq̄ntū aliquid rep̄sentat̄ intellectui ꝑ vocem significatiuā Nam ꝯceptiones interiores mentis nō sufficiunt ꝓ statu nature destitute: ad cōsecutionē sentētiaꝝ philosophicaliū theologicaliū ceterarūq; artiū ⁊ doctrinarū: si nō fuissent inuēta noīa ad placitū significantia. vnde grāmatica: logica: rethorica sumpserūt initiū: ꝟm hoc Significare sic habet diffiniri. Est rem ꝑ vocem ꝟm placitū intellectui rep̄ntare. Significatio est rei ꝑ vocem ꝟm placitū in intellectu rep̄sentatio. Primi eīn inuētores metaphisici ꝯceptiones interiores aīe a rebus ad extra formauerūt: ⁊ hoc innuit̄ cuȝ dicit̄ Significatio est rei ꝑ vocem ⁊c. Primo eīn ꝑ sensus acceperūt accidentia cū subiectis secum inuolutis. Scd̄o abstraxerunt quidditates rerum ab hic ⁊ nunc: ⁊ denudauerūt ab accidentibus substātias

Non tamē ꝓpter hoc decipit̄ abstrahens suam scientiam a sensibus ⁊ a fantasmatibus: per abstractiōem ab hic ⁊ nunc ⁊ a materia. Intellect⁹ eīn noster est vis abstractiua potens vnita diuisim concipere ⁊ intelligere: ⁊ diuisa ꝯiunctim. Materialia quoq; immaterialiter: ⁊ singularia vniuersaliter. Tertio primi impositores apud se verba mentalia seu conceptiōes imposuerunt que quidditates huiusmodi representarēt: ⁊ ita fuit in eis logica q̄dam mētalis priusq̄ vocalis aut scripta: immo et grāmatica prius ita composita est que minus aspicit res q̄ logica: quia fundat se ⁊ suos modus significādi in cōceptibus: qui sunt prime intentionis vel scd̄e. Consequēter ars imitata est naturam in vocibus ⁊ scripturis ad placituȝ institutis. Tales nanq; voces ad placitū institute: interiorem mentis conceptum simplicem representātes: ꝟm logicos dicunt̄ termini. Nam terminus est vox significans vniuersale vel ꝑticulare: vt homo socrates. Apud grāmaticū dicunt̄ dictiones siue ꝑtes orationis. Si v̄o exprimūt ꝯceptum complexum: apud logicum dicunt̄ ꝓpositiones: ꝟm v̄o grammaticum Oratio que est plurimarū dictionū congrua aggregatio. Nam grāmatica (que est recte loquendi scientia) ad exprimendum mentis interiorem cōceptionē vtit̄ oratione: que eadem est cum locutione.

Terminus

Oratio

B

Qualiter v̄o locutio fit docet sanctus Bona. in. ij. distin. x. art. iij. q. j. vnde dicit ꝙ loqui dupl'r est. Uno modo loqui dicit actum in se siue intrinsecum: ⁊ sic loqui: idem est qd̄ verbum siue interiorem conceptionem: formare siue gignere: sic locutio nō aliud q̄ cogitatio. Rōnis eīn app̄hensio (vt dicit̄ in p̄mo tract. in fine. xj. capl'i) dicit̄ cogitatio quasi coagitata. id est. collata rōnis apprehensio: vt sic cogitatio nil aliud ē q̄ verbi formatio: vel v̄bi ꝯceptio: sicut vult Anshelm⁹ ⁊ August. Alio modo loqui dicit actum ad alteruȝ qd̄āmodo extrinsecū: ⁊ sic ideȝ est quod

Locutio

verbũ formatuz ꝑ vocem exprimere: ꝫm ꝙ dr̃.j.periarmenias. Voces sunt note.i.signa passionũ.i. ↄceptuũ que sunt in anima:ibi sumit̃ passio cõmuniter: ꝫm ꝙ sola receptio alicuius passio dr̃:ꝓut dictuz est supra.ca.iij. Et sic locutio dicit plusꝙ̃ cogitatõem. Cuz eñ homo loquit̃ alteri nõ solum cogitat:sed cogitationẽ suã formando vocem sensibilẽ tanꝙ̃ per notã. id est.signum mediũ alij interpretat̃ ⁊ explicat. Ratio aũt quare locutio hominis nõ solum reddit actum sed etiaz signum mediũ hec est: quia in aĩa alius est act⁹ ↄuersionis supra se: ⁊ alius actus ↄuersionis ad alterũ:⁊ in cogitatione ↄuertit̃ anima supra illud qđ habet in se. In locutione ṽo offert alteri: ⁊ ita oportet ꝙ alius sit actus cogitare ⁊ loqui: ⁊ ita addit actũ locutio supra cogitationẽ in homine. Addit etiam signũ:quia aĩa ꝙ̃diu est cum corpe: nõ est nata suscipe nisi mediante vi sensitiua:vnde qui amittit vnũ sensum:necesse habet amittere vnã scientiam: ideo ad hoc ꝙ aĩa ↄceptũ suũ alteri exprimat: oportet ꝙ ipm̃ voce sensibili ꝑ organa formata mediante vi imaginaria ↄiungat: ⁊ sic silr̃itudo intelligibilis siue signatũ intelligibile ꝑ illud suũ signũ sensibile: mediãtibus virtutibus sensitiuis ad intellectũ alterius aĩe ascendat. Et hoc ↄueniens est:vt sicut hõ compositus est ex aĩa ⁊ corpe: ita eius locutio aliquid habet spũale aliq̃d corpale. In spũalibus aũt substantijs scz angelis aliter fit locutio: ꝓut dictũ est in p̃mo trac. ca.xxix.q.x.art.ij.

C Correlariũ ex dictis. Locutio eadem est cum significatione de qua in p̃nti cap̃lo agit̃:nam vtrobiqꝫ verbum mentale seu ↄceptio interior mẽtis gignit̃ ⁊ format̃ in vtero ventriculo seu matrice aĩe rõnalis. vicz in memoria seu in intellectu possibili:⁊ tandẽ verbũ mentale seu ↄceptio interior ꝑ vocem exp̃mitur q̃ interiorẽ significat ↄceptionẽ: nam ↄcipe dr̃ quasi simul cape:⁊ intelligere q̃si intus legere: ⁊ recipe in memoria: quasi intus parere ꝑ intellectũ agentem:cuius est spẽs intelligibiles a fantasmatib⁹ abstrahere:⁊ eas in memoria seu in intellectu possibili (qui est locus specierũ intelligibiliũ) velut in vtero seu matrice aĩe rõnalis gignere ⁊ concipere:⁊ tandem in locutione ꝑ vocem in mediũ ꝓferre: vnde dicit August. ꝙ verbũ est ipsa cogitatio seu ↄceptio que adhuc intra ↄsciẽtie secreta retinent̃. Vox ṽo index verbi.

Considerandũ ꝙ ↄceptões in vtero vel matrice aĩe rõnalis: solent geminos fructus seu ↄceptus afferre: ꝫm duplicẽ vim anime rõnalis:qm̃ aliqui sunt cognitiui vel app̃hensiui:alij ṽo affectiui. Conceptus affectiui significant̃ ꝑ interiectiones. Conceptus ṽo cognitiui significant̃ per alias partes orõnis:non faciendo hic differentiã inter significare ⁊ ↄsignificare vnde dicunt grãmatici. Ceteris ꝑtibus orationis significãtibus mentis ↄceptum sola interiectio significat mentis affectũ. Ex quo sequit̃ ꝙ interiectio significans mentis.i.volũtatis affectum:nobilior est ceteris ꝑtibus: significãtibus mẽtis.id ẽ. intellectus ↄceptum:queadmodũ volũtas eminentior ⁊ nobilior est potentia ꝙ̃ intellectus:nisi degeneret in vitium:sicut dr̃ de pctõre ꝙ ↄcepit dolorẽ ⁊ ꝑpit iniq̃tatem: que duo ꝑtinent ad voluntatem. Conceptões eñ affectiue vehemẽtiores ⁊ efficaciores sunt ꝙ̃ cognitiue: imo sine eis languidi sunt ↄceptus cognitiui: velut inertes ⁊ mortui:⁊ ideo nobiliores dici debent:sicut ⁊ voluntas in hoĩs regno p̃ncipat̃: ꝓpterea lex ⁊ ꝓphe pendẽt ex dilectõne seu charitate:de puro corde: ⁊ cõsciẽtia bona:⁊ fide nõ ficta: de volũtatis nobilitate dictũ ẽ in.j.trac.c.xxxij. Correlariũ ex dict͛: significatio interiectionũ significantiũ affectũ siue passionẽ mẽtis: corrñdet nũero passionũ. Vndecim nãqꝫ sunt passiões (vt dicet̃ seq̃nti cap̃lo) vicz amor:odiũ:desideriũ:fuga:gaudiũ:tristicia:spes:desperatio:timor: audacia ⁊ ira Idcirco passiones ⁊ significatões inter-

sectionū in numero vndenario sibi corrñ deat. Nā q̄dam interiectiones significāt affectū ⁊ passionē amoris: q̄dā odij: q̄dā gaudij: q̄dā ire ⁊ sic de alijs. Et sicut diuisio passionū in numerū vndenariū nō est in spēs specialissimas s̄ subalt̄nas (Continēt eñ vndecim passiones p̄dicte alias sub se vt infra patebit). Pariformiter significationes interiectionū: nā multe int̄iectiones rōne significationis reducunt̄ ad aliquā de vndecim enumerat̄. Interiectiones ridētis exultātis iocūdantis et sic de alijs: reducuntur ad interiectiones gaudētis: interiectiones flētis: ad interiectiones dolētis: indignātis irridētis: reducunt̄ ad interiectiones irā rep̄ntātes: ⁊ sic de alijs: vt caplō sequēti videbit̄.

A numero ciētia num

¶ De numero ⁊ sufficientia passionum. Caplm viij

Passionū numer⁹ ⁊ sufficientia sumit̄ tam ab obiecto q̄ a subiecto. Subiectū eñ passionū (vt dī. s. ca. iiij.) est appetit⁹. Qui ſm phos ⁊ theologos distinguit̄ in appetitū ꝯcupiscibilē ⁊ irascibilē (vt. s. dī. c. v.) vñ gignunt̄ ⁊ p̄deunt oēs passiones aie: circa q̄s sūt v̄tutes sub t̄pantia ⁊ fortitudine cōstitute: dū p̄ prudētie directionē fiāt ꝯformes recte rōni: q̄ regula est agibiliū hūanoꝝ: vt dicet̄ in tercia pte huius opis: supiori cap̄. v. dictū est q̄ obiectū passionū est bonū ⁊ malū: particulare vel vniuersale: verū vel apparēs: bonū vtile delectabile vl' honestū: cui opponit̄ triplex malū dāni: vicȝ pene ⁊ culpe. Cū eñ satis diffuse in p̄cedētibus caplīs determinatū sit de quibusdam documentis cōmunibus ad cognitionē passionū inducētibus. Nūc determinandū est de ipis passionibus. Primo gn̄aliter in p̄nti et sequēti caplīs. Dehinc in alijs caplīs specialiter de vnaq̄q̄ passionū aialiū: nā apud phos p̄ncipalis fit sermo de passionib⁹ aialibus appetit⁹ sensitiui. Quibus cognitis dicet̄ p̄ quandā similitudinē de passionib⁹ volūtarijs appetitus intellectiui: in hoc ergo caplo tria videnda sunt. Primū est de numero ⁊ sufficientia passionum concupiscibilis ⁊ irascibilis. Scdm q̄liter diuersificantur passiōes ſm differētias accidētales. Tercium est de quatuor passionibus p̄ncipalibus singularū passionū: dehinc cap̄. sequēti videndū est: q̄liter in passionib⁹ est bonitas vel malicia moralis: in ca. x. dicetur de passionū aialiū origine: in caplīs sequētibus dicet̄ de passionibus singillatim. Q̄tum ad p̄mū de numero ⁊ sufficientia passionum: p̄mittenda est ratio ⁊ fundamentum vñ p̄ōt passionum sumi sufficientia. Deinde ponit̄ sufficiētia passionum concupiscibilis tandē irascibilis.

Considerandū igit̄ q̄ passiones de quibus hic fit mētio: differūt ſm ea q̄ sūt obiecta ⁊ causatiua ⁊ illatiua talium passionum ipi anime: ſm vim ꝯcupiscibilem ⁊ irascibilem. Horū aūt obiectoꝝ que causant tales passiones differētia p̄ōt dupliciter sumi. Uno modo ſm naturā ⁊ substantiā ipsoꝝ actiuoꝝ: sicut ignis differt substantialiter ab aqua quoꝝ q̄dlibet est actiuum. Alio modo ſm diuersam virtutem actiuam: sicut alia virtute agit aqua alia ignis. Diuersitas autē actiui vel motiui q̄tum ad virtutem mouendi accipi potest in passionibus anime ſm similitudinem agentium naturalium. Omne autem agens vel mouens aliquod istorum duoruȝ facit: quia trahit q̄dammodo ad se passum: vel repellit a se: si trahit ad se tria facit: nam agens primo dat inclinationem vel aptitudinem passo: vt tendat in ipsum: sicut corpus leue quod est sursum: dat leuitatem alicui corpori generato inferius in quod agit: per quaȝ habet inclinationem et aptitudinem vt tendat in ipm. Scdo corpus leue quod est sursum dat leuitatem alicui corpori generato inferius in quod agit: per quam nō solum habet aptitudinem ⁊ inclinationem s̄ etiā actū: vt si corp⁹ ē ex̄ locū dat ei motū sursū ⁊ moueri superi⁹. Tercio dat ei

quiescere, z stare in loco cuz puenerit. Ex eadem eni causa mouet aliqd ad locu et quiescit: licet moueat ppter rem nõ habitã. Quod aũt dictũ est de agente naturali dum passum ad se trahit: intelligendũ est per oia dum passum a se repellit. Exẽplum est de igne. Ignis eni generãs ignẽ ex aere relinquit in igne genito caliditatẽ z leuitatem: q leuitas suo põdere vel tractu mouet sursuz ad similẽ ignem z dum illic est quiescit. Odit vero contrariũ locum deorsum tanq̃ sibi nõ conuenientẽ: z refugit ipm nec quietem hz in illo His suppositis ex eis patebit distinctio passionum cõcupiscibilis pmo: deinde irascibilis scdo.

Sufficiẽtia passionum ꝯcupiscibil'

¶ Sufficientia passionũ concupiscibilis. Passionũ numerus z sufficientia sumitur tam a subiecto q̃ ab obiecto. Notandum q bonũ z malum q sunt obiectum appetitus: apphendunt a vi cognitiua sensuali exteriori vel interiori: a virtute scz estimatiua naturali: quã apphensionẽ sequit appetitus qui mouet a rebus apphensis. Bonũ aũt habet virtutem quasi attractiuã. Malũ vero expulsiuã aut repulsiuã. Bonũ ergo apprehẽsum mouens appetitũ ꝯcupiscibilẽ: causat in ea quandã inclinationẽ z aptitudinem coaptationẽ siue cõnaturalitatẽ ad bonũ cõmodi absolute: z sine cõtractione aliqua ad absens seu futurũ vel psens et sic causat vna passio appetitus cõcupiscibilis que dicit amor vel libido. Qui vl' que est coaptatio vel inclinatio qdam ad bonũ cõmodi. (Bonũ eni cõmodi dicit rõnem ꝯueniẽtie in appetitu: z p oppositũ malum incõmodũ) per cõtrariũ autẽ malum incõmodi absolute apphensum: causat oppositaz passionem in appetitu ꝯcupiscibili q dicit Odiũ qd est discõuenientia z disproporcio passi ad ipm malũ Et quia bonũ comodi non semp est presens vel habitum. Idcirco si nondum sit habitum sed absens vel futurum: dat eidem cõcupiscibili quã monet non solum aptitudinem sed etiam motum ad affe quẽdum bonum amatum: z sic causatur in cõcupiscibili vna passio que dicit Desiderium z cõcupiscentia siue cupido vel cupiditas: quasi satagens illud adipisci. Ex quo patet differentia bea. Aug. inter desiderium z amorem: quia amor est rei habite vel non habite: quia respicit bonũ absolute sine cõtractione ad presens vel futurum: sed desiderium est rei habẽde: gaudium rei habite vt presentis. Ex opposito autem malum apphensum vt absens licet vt imminẽs causatur in concupiscibili passio que dicitur fuga vel abbominatio seu horror Cum ergo bonum tercio apphenditur vt presens per motũ iam acquisitum z adeptum: ipm bonum dat appetitui concupiscibili quietationẽ quãdam in ipso bono adepto. Et ab hoc originatur passio in cõcupiscibili que vocatur Gaudium delectatio vel leticia vel voluptas. Ex opposito malum apprehẽsum vt iam psens oritur Tristicia dolor angustia cũ similibus q opponunt gaudio.

Suffi[ciẽtia] passio[num] irascib[ilis]

¶ Sufficiẽtia passionum irascibilis. Considerandum q appetitus irascibilis nõ respicit bonum vel malum absolute: sed cum contractione ad arduum vel difficile: absens vel futurum ad adipiscendum. Nam si illud bonum vel malũ iam esset adeptum z psens: iam non haberet rõnem ardui vel difficilis: et sic non pertineret ad irascibilem sed ad cõcupiscibilem: ppterea vis irascibilis manet solũ in tẽdẽtia vel fuga. Tẽdit ergo vis irascibil' i solũ bonũ cõmodi absens: tanq̃ difficile ad obtinendũ: vl' malũ incõmodi absens tanq̃ difficile refugiendum vel depellendum. Et siquidem hoc fieret respectu boni futuri cum fiducia adipiscendi: z sic dicitur spes. Si cum diffidentia sic Desperatio nominat. Si vero fiat respectu mali futuri: et hoc cum fiducia repellendi et obpugnãdi sic Audacia noiatur Si cum diffidẽtia sic timor. Aut met' exorit. Et vtrobiq; fiducia aut diffidẽtia pt iueniri nũc cũ certitudie nũc sine certitudie: licz

Spe[s] Desp[eratio]

Aud[acia] Tim[or]

iste passiones certitudinē magis impor-
tune videant̄. Sic ergo quatuor habent̄
passiones in irascibili: due respectu boni
futuri difficilis. scz spes desperatio. Due
respectu mali futuri difficilis. scz auda-
cia ꝛ timor. Superaddit̄ quinta passio re-
spectu mali p̄teriti que dicit̄ ira: dum vis
irascibilis insurgit ad vindictā mali ꝛ il-
late iniurie: que iniuria apprehendit̄ vt le-
siua ꝓprie excellentie ꝛ concupiscentie: et
inductiua vilipensionis ꝛ minorationis.
Ira enī naturaliter sequit̄ actum concu
piscibilis: quia ira ē vindex lese ꝯcupiscē
tie: vt dicit Damasce. Ideo querit̄ vicis-
situdo quedā lesionis: tanq̄ agens ꝯtra
patiat̄ vt dignum est: ꝛ sic fiat quedā eq̄
litas: ꝛ hoc apprehendit̄ vt difficile vel ar-
duum: sed cur hec passio nō habet cōtra-
rium. Rn̄det̄ q̄ virtus irascibilis sic ob-
firmat̄ q̄ nullo mō satagit vel audeat as-
surgere iniurie iam illate: hoc non fit nisi
duplici causa: quia vel malū apprehendit̄
vt p̄sens vel euitabile: ꝛ sic cadit sub rō-
ne passionis que dicit̄ tristicia vel dolor:
vt sic nō exit rōnem cōcupiscibilis: aut h̄
fit quia vis irascibilis nō satagit in vindi-
ctam: ꝛ sic cadit a rōne ire: quia reputat
q̄ iniuriās satis ꝯtra passus est: aut ꝯtra
patiet̄ absq̄ vlla difficultate qn̄cūq̄ pla
cuerit: ꝛ ita quietat̄ seu quiescit ꝛ qd̄am-
mō delectat̄ tanq̄ adepta victoria: ꝛ hoc
iterum spectat ad cōcupiscibilis rōnem.
Doctor tn̄ Egidi⁹ de Roma dicit q̄ mā-
suetudo opponit̄ passioni ire. Dicit nāq̄
q̄ ira est respectu mali imminētis: nō so-
lum sub rōne arduitatis sed etiā sub rō-
ne infligentis difficultates seu periculū.
ꝛ tunc si tendit in vindictā dicit̄ ira: si nō
tendit sed est etiam ꝯtrariū ire: sic vocat̄
mansuetudo. Doctor tamē cōis. s. Tho.
eiusq̄ sequaces Cancell̄. parisieñ: ꝛ alij
multi: dicunt q̄ mansuetudo nō opponi
tur ire inq̄ntum est passio virtutis irasci-
bilis: sed opponit̄ ire ꝓut est habitus vel
actus cuiusdam vicij: qd̄ opponit̄ māsue
tudini: que ē virtus moralis: ꝛ tale viciū
nominat̄ irascibilitas. iiij. Ethic. Vitium
ꝺo s̄m defectū vocat̄ irascibilitas: vt di-
cet̄. iij. tract. huius opis. Dicit etiam san
ctus Tho. p̄ma. ij. q. xxiij. ar. iij. Q2 mot⁹
ire nō pōt habere aliquē motum anie cō-
trarium: sed solum opponit̄ ei cessatio a
motu. Sicut phus dicit in sua rethorica:
q̄ mitescere opponit̄ ei qd̄ est irasci: qd̄
non est oppositum cōtrarie sed negatiue
vel priuatiue. Opposito nanq̄ passionū
accipit̄ s̄m oppositionē obiectoꝝ: sed ob
iectum passionū sunt bonū ꝛ maluz: que
opponunt̄ contrarie: ergo ꝛ passiones.
Aliter tamē repit̄ ꝯtrarietas in passioni
bus cōcupiscibilis: aliter in passionibus
irascibilis: ꝓut declarat sctūs Tho. p̄ma
scd̄e. q. xxiij. ar. ij. de passionū ꝯtrarietate
dicit̄ infra. c. xxvj. de desperatione: quera
tur ibidez. Correlariū ex dictis. passio
nes in vniuerso sunt vndecim: qd̄ ptz ex
p̄dictis. Nam in cōcupiscibili sunt tres
cōiugationes passionū oppositarū respe
ctu boni ꝛ mali. scz amor ꝛ odium: deside
rium ꝛ fuga: gaudiū ꝛ tristicia. Et sic sūt
sex in concupiscibili. In irascibili autem
sunt due cōiugationes. scz spes ꝛ despe-
ratio: quoꝝ vtrunq̄ est respectu boni fu
turi: timor ꝛ audacia: quoꝝ vtrunq̄ ē re
spectu mali futuri: vnica seu vna passio
sine ꝯiugatōne est respectu mali p̄sentis
ꝛ dicit̄ ira: ꝛ sic passiones ꝛ virtutes mo
rales sibi in vndenario nūero corrn̄dent.
Sunt aūt virtutes morales vndecim. vi
delicet iusticia: fortitudo: tp̄antia: māsue
tudo: liberalitas: magnificentia: magna-
nimitas: philotomia: veritas: amicitia:
eutra pelia: quas oīes enumerat Aristo
teles cum oppositis vitijs. ij. Ethi. de oi-
bus determinabit̄ in. iij. tract. hui⁹ opis.
Notandū tamē q̄ sicut diuisio passio-
num supius posita nō est in spēs specia-
lissimas sed in species subalternas: sic di
uisio harū virtutū. non est in species spe
cialissimas: sed in spēs subalternas: con-
tinent enī alias sub se: vt magis infra pa
tebit. Q2tum ad scd̄m quō diuersificā

tur nomina passionū ꝫm differentias ac-
cidentales: ex quibus accidētibus diuer
sa nomina eis cōueniunt. Pro quo cō
siderandum ꝙ accidentia passionuꝫ du-
pliciter possunt accipi: vel ꝫm ea que eis
in se accidunt vt ꝙ sit passio intensa vel
remissa: vel ꝫm ea que eis accidūt ꝫm ob
iecta: que scꝫ accidūt bono vel malo ap-
parenti: quia obiectū passionū ꝑ se est bo
num vel malum appns. Si igit̄ accipia-
mus drñtiam accidentalem: que respicit
ipsam passionē in se: sicut esse intensum:
sic diuersitas nominū accipit̄ in passioni
bus q̄tum ad passiones cōcupiscibilis:
Cōcupiscentia nam respectu desiderij ponit̄ Concupia
que nihil aliud est q̄ desideriū multū in-
tensum: patꝫ hec de ꝯcupiscentia carnis.
Nihil enī obest plus veritati acquirende
vel speculande (potissimū de causis altis
simis) q̄ cōcupiscentia venerea: q̄ cōta-
ctus corporum sine quo vxor cum liberis
habere nō potest: vbi sorbet̄ rōnis iudici
um: vbi nihil virile: nihil altum: nihil cele
ste mens que tali se dederit passioni cōcu
piscentie: sinit̄ meditari. Respectu auteꝫ
amoris ponit̄ Zelus: qui nihil aliud est
Zelus q̄ amor intensus: ꝙ nō patiat̄ consortiū
in amato: de quo dicit̄ infra. ca. xxij. Re-
Abbominatio spectu odij ponit̄ Abbominatio: q̄ nihil
aliud est q̄ odium intēsum. Respectu au
tem gaudij ponunt̄ tria: quia qñqꝫ gau-
dium est adeo intensum vt in signo exte-
riori qñqꝫ generaliter ꝓrumpat. Et dicit̄
Exultatio Exultatio. i. extra saltatio. Hilaritas aūt
Hilaritas dicit̄ q̄tum ad signa que ex intenso gau-
dio apparēt facietenus in facie: maxime
ꝑ oculos in homine leto. Jocunditas au
Jocūditas tem q̄tum ad signa q̄ ostendunt̄ in alijs
membris ⁊ alijs actibus: vt patꝫ in iocis
Et hec tria sunt respectu effectus extrin-
seci. Alio modo pōt accipi respectu effe-
ctus intrinseci q̄ sequit̄ ex intensiōe gau-
dij: vt est cordis dilatatio: respectu hui⁹
effectus ponit̄ nomen Leticie: quasi lati-
Leticia cia quia dilatat. Respectu aūt tristicie q̄
est multum intensa intantū vt immobili-

tat ad operandum ⁊ actum seu actionē re-
tardat: ponit̄ Accidia. vñ Damasce. di- [Accid]
cit: ꝙ accidia est tristicia aggrauans im-
mobilitans intīn: vt vocem auferat: quia
ꝓhibet locutionē. Respectu aūt passio-
nis q̄ ē fuga: nō sic habem⁹ nomē impo-
situ qd accidētalē drñtiaꝫ facit: nisi forte
poneret̄ abbominatio respectu fuge intē
se: sicut respectu odij intensi: nā ꝓpt intē-
sum odiū fugā vel horrorem: abbomina
tio extendit̄ ad significandum ydolatriā
vel ydolum. vnde dicit̄ Math. xxiiij. Cū
videritis abbominationeꝫ desolationis.
Hoc est ydolum qd nomine abbomina-
tionis intelligit̄ in veteri testamento: qd
debebat poni in templo desolato in hieru
salem: ⁊ dicit̄ ibi abbominatio ydolatria
nam odio intenso ⁊ fuga horroris: ydola
tria debet execrari detestari ⁊ odiri. Quā
tum aūt ad passiones irascibilis respectu
spei ponit̄ Presumptio que nihil aliud [Pres]
est q̄ spes multū intensa. Audacia auteꝫ [Aud]
dicit intensionem et excessum cōfidentie
in aggrediendo terribilia. Furor autem [Fur]
dicit intensionem ire. vnde furor nihil a-
liud est q̄ ira multum intensa. Unde fu
ror et ira ꝑ quandam similitudinē attri-
buunt̄ deo. Deus enī semp idem est in va
rios affectus nō est mutabilis. vnde scri-
ptum est. Tu aūt domine virtutum cum
tranquillitate iudicas. Furit ergo deus
semp tranquillus: irascit̄ semp placatus
Non enī est furor ⁊ ira in deo ⁊ in suo af-
fectu: sed extra eum est in suo effectu. Fu
ror dei intensus pena est inferni: ira pena
est purgatorij. vnde orat ꝓpheta Domi-
ne ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira
tua corripias me: in inferno quasi furen-
do arguit: in purgatorio quasi irascendo
corrigit: in inferno ꝑ iusticiam arguit in-
solubiliter: in purgatorio ꝑ misecdiaꝫ cor-
ripit salubriter. Respectu auteꝫ timoris
⁊ desperationis non habemus nomina
imposita accidentalem differentiā expri
mentia ex parte intensionis actus. simili
ter nec ex parte remissiōis actus. Sed

si accipitur accidentalis differētia ex parte obiecti: cum obiectum passionum vt dictum est sit bonum ⁊ malum apparens. Ea que ita accidētaliter respiciunt faciūt etiam differentiam accidētalem in passionib⁹ respectu obiecti: ⁊ pz manifeste i duab⁹ scz in tristicia ⁊ tiore. Qn̄tū aūt ad tristiciā q̄ est de malo qđ appet tristi. Qz āt malū appet tristi: accidit q̄ pōt alteri esse malū vl' bonū. Si igit̄ tristicia fit de malo qđ non solum apparet malum ipi tristi s̄ etiā est malum alteri: sicut pauptas apparet malum ipi diuiti: ⁊ est malum alteri scz paupi: sic respectu talis tristicie ponitur.

ricor- Misericordia q̄ est circa maluz apparens alicui ⁊ alteri inexistens: ex q̄ app̄hendenti apparet esse malum: si autē sit bonum alteri ⁊ p̱ hoc app̄hendit̄ vt malum ꝓpriū: sic est inuidia q̄ ē tristicia de

uidia ꝓsperitate bonorum alterius vel Neme-

mesis sis que est tristicia de ꝓsperitate malorū: vt pz. ij. ethi. De nemesi plura dicent̄ in tercio tractatu ca. xvj. Qn̄tum ad timorem est distinctio: quia circa malum difficile quod supat facultatem timētis cadit aliq̄d dupliciter. Uno modo ex parte ipius mali quod timet̄. Alio modo ex parte timentis malum: ex pte autem ipsius mali accidit turpitudo: ⁊ hoc vel in se: et

cūdia sic est verecundia que est de tupi actu: de qua dicit̄ in. iij. tracta. ca. xvj. Uel in opinione ⁊ sic est Erubescētia que est timor

scētia de cōuicio s̄m Damas. vel verecūdia ptinet ad turpitudinem culpe. Erubescētia vero ad turpitudinem pene. Ex pte autem timentis sumunt̄ differētie accidētales hoc modo. Quia terribile excedit facultatem timentis: vel in agendo vel i cognoscendo: si in agendo sic est Segnici-

icies es vel ignauia que est timor future opationis s̄m Damas. vel in cognoscēdo: et hoc tripliciter vel ꝓpter cognoscibilis al-

atio titudinem: ⁊ sic est Admiratio que est timor ex magna imaginatione: vnde admiratio est quoddā desiderium sciendi: qđ in homine contingit ex hoc qđ videt effectum ⁊ ignorat causam: quia causa talis effectus excedit cognitionem vel facultatem eius: et sic admiratio est causa delectationis inquantū habet adiūctaz spem consequēdi cognitionem eius quod scire desiderat: et ꝓpter hoc omnia mirabilia sunt desiderabilia: vel ꝓpter dissuetudinē ⁊ sic est stupor qui est timor ex inconsue- Stupor

ta imaginatione: vel ꝓpter incertitudinē Agonia

⁊ sic est agonia que est timor infortunij: ⁊ hec dicitur Trepidatio vel dubitatio.

Agonia etiam accipitur pro certamie vel pugna: ⁊ sic dicitur de xp̄o Luce. xxij. et factus est in agonia. Erat enim in xp̄o reluctatio sensualitatis mortem horrentis: ⁊ rationis mortem acceptātis. Quia diuina virtute quelibet pars permittebatur agere ⁊ pati quod sibi ꝓprium. Pars enim sensitiua non alleuiabat̄ in tali agonia ex diuine essentie contemplatione: qz diuina virtute fiebat vt ex superiori parte anime non fieret influentia in inferiorē vt sic esset ibi dolor partis sensitiue maximus: ad ostendendam veritatem nature humane: ⁊ ad merendam nostram redēptionem. Qn̄tum ad tercium principa- D

le huius capituli de quatuor passionibus principalibus singularum passionū que sunt: ⁊ quare non dicuntur Cardinales sed principales Considerandum q̄ sicut in virtutibus moralibus sunt quattuor principales viz iusticia fortitudo temperantia ⁊ prudētia: ita inter passiones anime ponuntur quatuor passiones principales: scz gaudium tristicia spes ⁊ timor Harum autem due que sunt in concupiscibili pro tāto principales dicunt̄: quia sunt completiue ⁊ finales respectu omnium passionum simpliciter: vnde ad omnes passiones consequunt̄: vt patet. ij. ethi. Alie aūt due scz spes ⁊ timor q̄ sunt in irascibili dicunt̄ p̄ncipales: non q̄dem completiue simpliciter: sed qz sunt cōpletiue in genere mot⁹ appetitiui ad aliquid Nā respectu boni incipit mot⁹ in amore ⁊ ꝓcedit i desideriū: ⁊ terminatur in spe.

Respectu aũt mali incipit in odio: ⁊ ꝓcedit ad fugã: ⁊ terminat̃ in timore: ⁊ sic in genere motus appetit⁹ sunt termini passionum aliarum. Unde si ordinez omnium passionũ ẽm viam generationis scire velimus Primo occurrũt amor ⁊ odium: scđo desideriũ ⁊ fuga: tercio spes ⁊ desperatio: quarto timor ⁊ audacia: quinto ira: sexto ⁊ vltimo gaudium ⁊ tristicia que consequunt̃ ad oẽs passiones: vt dicitur .ij. ethico. Ita tamẽ ꝙ amor est prior odio: desiderium prius fuga: ⁊ spes desperatione: ⁊ timor audacia ⁊ gaudiũ ꝙ̃ tristicia: vt etiam ex predictis colligi potest. Hec sctũs Tho. prima scđe. q. xxv. art. iij.

Harum aũt passionũ q̃tuor pncipalium numer⁹ ad quas oẽs alie reducunt̃ ⁊ sufficientia põt sumi ẽm differentias tẽporum p̃sentis vel futuri. Motus eñ respicit futurum bonum vel malum: sed q̃es est in aliq̃ p̃senti bono vel malo. Omnis ergo passio vel est respectu boni p̃sentis: sic est gaudium vel respectu boni absentis ⁊ futuri sic est spes vel est respectu mali p̃sentis: sic est dolor: vel est respectu mali absentis: sic est timor. Propterea Boetius vltimo metro primo libro de cõsolatione: has quatuor pncipales sic enumerat. Tu quoq; si vis lumine claro cernere verum. Tramite recto carpe callez. Gaudia pelle pelle timorem. Spemq; fugato: nec dolor assit. Nubila mens ẽ vinctaq; frenis: hec vbi regnant. In his philosophia hortat̃ humane diuineq; sapiẽtie amatorem pħm. Si voluerit cognoscere veritatem claro lumine intelligẽtie Siq; velit carpere .i. attingere callem scz viam veritatis: recto tramite seu ꝓcessu rõnis. Oz pellat gaudia ⁊ timorẽ fugatq; spem bone fortune nec dolor assit amissionis scz bonoꝝ vtiliũ ⁊ delectabiliũ. Nã mens est nubila .i. obscura: quo ad intellectum: ⁊ vincta frenis .i. ligaminib⁹ praue consuetudinis: q̃ ad affectum. Hec .i. passiones vbi regnãt .i. dñant̃ rõni ⁊ voluntati. Non tamen passiones sunt pellẽde vt iam non sint in anima homis: quia hoc est impossibile scđm humanam industriam nature destitute p̃sentis miserie: vt dicitur infra ca. xxix. Sed sic sunt pellende vt non dominent̃ in homine: vnde sedare hmõi passiones est hominis virtuosi: quia virtus consistit in moderatione passionum. Si autẽ dominant̃ in homine tunc subuertunt ⁊ impediunt ⁊ obnubilant iudicium rõnis. Q̃uis autem p̃memorate quatuor passiones generales ⁊ pncipales dici possunt: non tamen cardinales dicunt̃: quia in eis nõ inuenitur ratio cardinis ⁊ hostij sicut de virtutibus cardinalibus: de quibus dicitur in tercio tractatu huius opis. Per illas eñ virtutes est ingressus ⁊ introit⁹ ad alias. quare rationẽ habent cardinis ⁊ hostij: vnde cardinales dicunt̃. Sed ꝑ has passiones non venit̃ ad alias: immo ꝑ alias venit̃ ad illas: quia alie ad has terminantur: et iste ad illas cõsequẽter vt dictũ est. Ideo carent ratione cardinis ⁊ hostij: ⁊ ꝑ consequens q̃uis generales et pncipales dicuntur: non tamen cardinales ꝓprie possunt nominari. Animaduertat etiã studiosus hanc de passionibus distinctionẽ: ꝙ medici sex ponũt passiones pncipales iuxta sex modos alterandi cor: vnde cor in gaudio paulatim dilatatur: ⁊ maxime ad anteriora ꝓpter qđ moueri dicit̃ a medicis ꝟsus pectus. In tristicia vero paulatim ecõtra scz ad interiora: ⁊ maxie versus dorsum: in ira vero subito versus pectus: in timore mouet̃ ad oppositũ subito: in verecundia subito ad vtrũq;: in angustia vero paulatim. Sunt et q̃ omnes passiones ad duas pncipales reducũt videlicet ad gaudiũ et tristiciã. Sunt q̃ ad vnũ velut ad radicalẽ originẽ reducũt scz ad amorẽ: vt dĩ. c. xij. inferi⁹. Nec ibi ẽ cõtradictio ꝙ nũc vna nũc due nũc q̃tuor: nũc sex nũc vndecĩ nũc plures passiones enumerant̃ ẽm diuersas doctorũ ꝯsiderationes. Cõtradictio ãt (vt dĩ. j. elencoꝝ) est ad idẽ scđm idẽ: ⁊ pro eodẽ tp̃e.

¶ Qualiter in passionibus animalib⁹ sit bonitas vel malicia moralis.

Capl'm ix

pceptionē. Consequit̄ ergo secūda perce
ptio ad vnionem vtriusq̧ cause cōcurrē-
tis. nec potuisset aliunde pcipi reflexa de
lectatio nisi simplex pōr esset. vnde si non
fieret noua reflexio sup delectationē pce
ptam tunc ꝓprie non esset delectatio. Ut
esset darc exemplū in infantibus ꝛ insen-
satis. q̄rū licet sensus suum obiectū tan-
q̄ꝫ sibi bonum et conueniens apprehen-
dere posset ꝛ exhinc sequi quedam quies
virtutis appetitiue in eo qđ amat vł desi
derat. quia tamē in eis ratio nihil appħē
dit nec diiudicat. ꝛ sic nec delectari se in-
telligūt aut cognoscūt: ideo ꝓprie delecta
ri nō dicunt̄ moraliter. Considerandū
C tercio ꝙ iuxta quadruplicem vim appre
hensiuā quadruplex repitur delectatio.
Delectationē nāq̧ que ē actus motus ꝛ
passio appetitus ꝯcupiscibilis. pcedit q̄-
dam vis apprehensiua discretiua seu cō-
gnitiua. Idcirco ꝓm multiplicē vim app
hensiuā multiplicat̄ ꝛ delectatio. Est eñ
q̄dā vis appħēsiua sensitiua exterior q̄dā
īterior. q̄dā ratiōis inferioris. quedā rōis
superioris. Delectatio igit̄ quedā est sen
sualis que duplicat̄ ꝓm duplicem sensuz
exteriorem videlꝫ ꝛ interiorem. Quedaz
est rōnalis. quedā est intellectualis Dele
ctatio sensualis dr̄ etiā corpalis. carnalis
ꝛ animalis ꝛ est que in appetitu sensitiuo
ꝯcupiscibili. de bono delectabili ꝛ cōueni
enti p sensum appħenso ꝯuenit. Et dicit̄
delectatio talis sensualis ꝛ corpalis. ꝓpt̄
appħensionem sensus. qui ē vtus ī orga-
no corporeo. ꝛ q̄ nō nisi mediāte organo
corporeo appħendere pt̄. ex qua appħen
sione dū fit de bono ꝯuenīēti ꝓm sensum
sequit̄ quedā virtutis appetitiue quies i
eo qđ amat seu optat: ꝛ hinc creat̄ illa de
lectatio corpalis. que ꝛ carnalis nomina
tur qꝛ frequēter ex corruptiōe peccati cō-
tingit hoiem detineri circa ꝯcupiscentiaz
carnis que cōcupiscit aduersus spiritum
intantū ꝙ opationes potentiarū supiorꝝ
cessant impediunt̄ ꝛ deficiunt. Talis ho
mo nō rationalis nō spiritualis. quin po
tius bestialis. carnalis brutalis nominat̄
a pho. j. Ethicoꝝ. vnde Phus in expien
tie moral. scola versat⁹. duas species tra-
didit delectationis. vnā que a viciosis vi
tam pecudū eligentibus inquirit̄. et h̄ fe
da turpis inquieta breuis est ꝛ nocitura.
Aliā que est studiosorum puram lauda-
bilem tranquillam diutinam. Hinc est il
lud ꝙ phylosophia admirabiles hꝫ dele-
ctationes firmitate ꝛ puritate. Nomi-
natur delectatio sensualis ꝛ animalis ab
animali. qꝛ cōuenit omni animali ꝛ homi
ni nō inquantū hō. sed inquantū animal
Et ideo homines ꝓm hanc delectationē
sensualem viuentes dicunt̄ animales et
bestiales. Poterit ꝛ delectatio sensualis
dici nālis que etiā delectatio nālis ratiōa
lis ꝛ intellectualis dicit̄ inquantū vnaq̄-
q̧ vis anime naturaliter delectat̄ in suo
obiecto qđ tāq̄ꝫ sibi bonū ꝛ ꝯueniēs app
hendit. vtputa ratio in cognitiōe veri. vi
sus in coloribus maxime mediis. Audi-
tus in sonis mediocribus. ꝛ talis delecta
tio nihil aliud est q̄ꝫ quedam naturał vir
tutis quies in aliquo bono sibi cōuenien
ti amato ꝛ desiderato. vt posset poni exē
plum de delectatiōe q̄ habet̄ p⁹ magnuz
frigus in calefactione. vel potu post vehe
mentē sitim. Et dicit̄ talis delectatio na-
turalis quia liberūarbitriū nō pncipatur
sup huiuscemōi delectatiōes sicut nec su
per virtutes naturales nutritiue vł vege
tabilis. ꝛ sic est quodammō brutalis. nec
laude nec vituperio digna. Hec autē de-
lectatio sensualis ꝛ corpalis duplicat̄ ꝓm
duplicem appħensionem sensus exterio
ris ꝛ interioris. Delectatio pma est so-
lacium sensus exterioris. Cuius subiectū
est caro aut neruus sensibił mediante spi
ritu corpali ꝛ subtili. Unde cōsurgit faci-
litas vel difficultas delectatiōis iuxta cō
plexionis corpalis qualitatē accidentalē
vel innatam. Delectatio secunda sen-
sualis est gaudium ymaginatiue vel cogi
tatiue virtutis organo interiori corporeo
vtentis. Et inde consurgit vt prius dele-

stationis solacij varietas ꝭm diuersitatē organi ꝛ spirituū animalium ex quatuor humorib⁹ sanguine colera fleumate melancolia. Et ex diuersis fantasmatibus. ꝛ speciebus rerum sensatarū in ymaginatione vel fantasia reseruatis. Delectatio tercia rationalis ꝛ voluntaria est que apprehensionem rationis consequit̄ cū enī ratio aliquid tanq̄ bonū conueniens apphendit causatur in ea quidā motus seu appetitus ad illud sic apprehensum: quem consequit̄ delectatio que nihil aliud est nisi quedā volūtatis cōplacentia in eo qḋ sic ratio apphendit. Et hec delectatio ē gaudiū rationis vt apphendentis ꝛ volūtatis vt complacētis organo corporeo nō vtentis in actib⁹ suis vbi plurimū valēt habituales ꝛ actuales in ratiocinādo dispositiones ꝑ abstractiones specierū intelligibiliū a fantasmatib⁹ cū virtutū moraliū equali serenaq̄ tranquillitate.

Delectatio quarta intellectualis ꝛ spūalis ē gaudiū mentis q̄ supior ps ē rōnis sicut pcedens ē inferior. Causat̄ aūt hec spūalis ꝛ mentalis delectatō ex amorosa actuali ꝛ expimentali vnione mentis cū supmo suo obiecto qui deus est ex cuius vnione pceptiua sequit̄ summa delectatio ꝛ cōplacentia volūtatis in summo bono. Nullū enī obiectū ē ɔueniētius sponse videlicet anime rōnali q̄ ipe de⁹ summū bonū ad qḋ capiendū ꝑ mentem memorandū videlicet intelligendū ꝛ amandū possidendūq̄ facta est. Quare supest dū sibi ɔiungit̄ inheret ꝛ vnitur tanta ꝓpinquitate quāta sunt os ꝛ os osculātia se mutuo. Sicq̄ causat̄ ex hac vnitionis pceptione delectatio. nō qualiscunq̄ sed in suo genere supma q̄ supius esse bonū non potest. Propterea quietatur gaudet ꝛ letatur in hac vnica opatione nullū aliud obiectum petens q̄uis ipius continuationem possessionemq̄ securam amare nō cesset. Neq̄ tamen motus est ꝓpe dictus qui est actus entis in potentia. cum habeat amor id quod actualiter requirit sicut esuriens id edens qḋ habet semper in p̄sentia caret motu fastidij. Hec quarta delectatio causatur ex vnione actuali anime cum deo ꝑ pondus charitatis. de qua dictum est supra. c. xvij. circa mediū. ꝛ in fine. Considerandū quarto q̄ cancellis pisiens. in tractatu tercio de Canticordo sub nomie solacij describit delectationē. Delectatio est mulcebris passio cōsurgens ex pceptione cōiunctionis obiecti cōuenientis cum subiecto conuenienti. Delectatio hic ample describitur vt se extendit ad omnem potentiā cognitiuā sensualem scʒ rationalem ꝛ intellectualē ꝓut dicim⁹ bruta homines ꝛ angelos delectari vel solaciari. In hac descriptione passio ponitur ꝓ genere. Alia inibi posita ponūtur loco differentiarū. Nam dicitur ibi mulcebris id est suauis ꝛ conueniens passio cōtra tristicias ꝛ dolores et luctus. Additum est nomen pceptionis q̄ est generalis terminus ad omnē vim mētis apphensiuam ꝛ affectiuam. ꝑ qḋ excluditur motus rerum carentium penitus omni sensu ratione vel intellectu: vt sunt res inanimate ꝛ naturales que mote in id quod eis ꝭm naturā cōuenit hoc nō cognoscūt ꝛ ꝑ cōsequens nō delectantur. Requirit̄ etiam ꝓut dicit̄ in descriptione ad delectationē obiectum ꝛ subiectū cōueniens. Delectatio enī hʒ ꝓ obiecto bonū verū vel apparens cōiunctum Naʒ omē qḋ ē aut appere pt̄ bonū vl̄ cōueniēs pt̄ dici obiectū delectationis. Bonū enī vt dictū ē supra. c. v. ē triplex. Utile delectabile ꝛ honestū cui oppositur triplex malū. s. nociuū. tristabile ꝛ ihonestū Bonū apparēs sūt diuitie ꝛ honores vtiles ꝛ delicie sensuales delectabilis. Bonū aūt verū ē bonū honestū qḋ duplicat̄ vel pure ꝛ sūme bonū qḋ de⁹ ē. vl̄ in q̄ relucet ei⁹ silitudo vt grā ꝛ ṽtutes. Omē ergo bonū siue apparēs siue verū ē obiectū delectatiōis. Ex cui⁹ pceptione seq̄t̄ delectatio ꝓpt̄ ɔuenientiā cū appetitu cōcupiscibili qui est subiectum delectationis.

Delectatio.

Ex dictis patet ꝙ tria ꝯcurrūt ad integritatē ꝑfecte delectationis. Primū est ꝑceptio seu apphensio potentie cognitiue. Secundū est bonū siue obiectū cōueniēs ꝛ ꝓportionatū. Terciū ē cōuenientia ꝛ dispositio potētie q̄ apphendit q̄ si indispōsita sit ꝛ ab armonia debite ꝓportiōis discrasiata faciliter decipit̄ i iudicio. aut q̄n ꝗꝫ nihil sentit. Exemplū sumat̄ in potentia sensitiua. da febricitāti vinū illō amaricabit linguā eius. Ostende lippo lumē gratissimū ille ꝯturbabit̄ Exulceratū palpa leniter tamē nō delectationē ſ dolorē acerrimū iferes Odores suauissimos nō sentit reumaticus. Surdastris nō ē delectamēto vox canora dulcisꝗꝫ symphonia (Surdaster dr̄ surdus a sordes dis. q2 a sordibꝰ ꝛ humoribꝰ auriū frequēter surditas ꝓuenit) Aduertendū etiā ē ꝙ delectatio ꝯsurgit ex ꝑceptiōe duplicis ꝯiūctionis obiecti ꝯuenientis quarū vna est realis vt in sensu exteriori. Altera solū intentionalis seu spūalis vt in rōne vl' in intellectu vl' etiā in ymaginatione. Et vtrisꝗꝫ delectationibꝰ dicta ꝯuenit descriptio

E Consideradum quinto ꝙ quarta delectatio q̄ ꝛ solaciū spūale siue cōsolatio et iocunditas spūalis nominat̄ a Cancellario pisienꝰ describit̄ in sermone quodā de oībus sanctis. Consolatio siue delectatio spiritualis habitualis Est habitus anime quo inclinatur amplecti quodam mō ꝛ vnire sibi obiectū sub ratione boni honesti ꝛ cōuenientis apprehensum. Delectatio vero actualis ex habituali procedens Est vitalis ꝛ mulcebris motus anime ex tali habitu ꝛ inclinatione ꝯsurgēs

Unde cōsolatio ꝛ delectatio h̄ descripta opponit̄ luctui q̄ ē tercia btitudo: de q̄ dr̄ Mat. v. Beati q̄ lugēt q̄m ipi ꝯsolabūt̄. vn̄ luctꝰ ꝛ ꝯsolatio sub vna acceptione gn̄ali sīt due passiōes ille ꝯrie (vt dicit Cancel.) q̄s alit̄ noīamꝰ dolorē ꝛ gaudium siue delectationē. Cōsequūt̄ aūt passiones iste due luctꝰ ꝛ ꝯsolatio. vel dolor ꝛ delectatio ad duas rationes obiectales generales ꝛ extremas quarum vna ē boni vt ꝯueniētis: ꝛ altera vt mali discōuenientis. Descriptio luctus patebit infra. Elucidatio descriptiōis delectatiōis i magna ꝑte nota ē ex priori descriptiōe q̄ generaliter cōuenit oīni delectationi. Aliq̄ tamē h̄ elucidabunt̄. Un̄ aduertendū ꝙ ad amplectandū bonū honestū (q̄ deꝰ est) qđ ē obiectū delectationis spūalis requirunt̄ quinꝗꝫ sensus spūales. Nā quē admodū sensibilitas siue homo exterior: quinꝗꝫ habet sensus corꝑales exteriores qui (vt dictū ē) apphendūt bonū conueniens delectationi sensuali. Pariformit̄ ꝛ ratio suos habet quinꝗꝫ sensus spiritu- Sen ritusales interiores radicatos i liberoarbitrio quibus querit apphendere bonum honestū ꝛ in eo delectari. Est eīn in ea visus spūalis q̄ cernit̄ pulcritudo decor et candor lucis illiꝰ eterne. cuiꝰ lumē signatū est sup nos: q̄ visu videre se dicit apl's Nūc ꝑ speculū ꝛ in enigmate tūc autē facie ad faciē. Est auditꝰ spūalis. q̄ ꝑcipit̄ summa armonia ꝟitatis de qua ꝓpha ait, Audiā quid loquat̄ in me dn̄s deus. Est p̄terea gustus. ad quē inuitabat idem ꝓpha: Gustate ꝛ videte, Est insup tactus spiritual': alioq̄n nō dixisset sponsa in canticis. Leua eiꝰ sub capite meo ꝛ dextera illius amplexabit̄ me. Et osculetur me osculo oris sui. Deniꝗꝫ olfactū eē in rōne probat vox eiusdē sponse ad sponsū. Trahe me post te curremꝰ in odorem vngentoꝝ tuorū.

Aduertendū etiā ꝙ sensibus istis q̄nꝗꝫ spūalibus reformatis ꝛ sanatis per luctū (Nam luctus est potissimū ad huiusmōi purgationē ꝛ sanationē instrumentū) Uehemēs delectatio consequit̄ ex cōiunctione cuiuslibet huiusmodi sensuum cum suo obiecto ꝯuenientissimo. Et q̄d ē obiectū illud. vtiꝗꝫ deus oīne bonū. sicut dn̄s Moysi repromisit ostendā tibi oīne bonū Ipse nimirū ē visui summa pulcritudo. auditui summa armonia. olfactui odor suauissimus: gustui panis sapidissimus. Tactui summe suauis intimꝰ ꝛ cō-

sunctus. vide q̄ cōiunctus. Nā q̄ adhe-
ret deo vnus spūs est. Vn̄ si sensus natu
rales ⁊ imperfecti tanta nos oblectatōe tra
hant ⁊ rapiant etiā vsq; ad furiam ex ap
prehensiōe obiectoꝝ imperfectoꝝ ⁊ plu-
rimū amaritudis habentiū. q̄s existima-
re sufficiet: quanta est illa delectatio q̄nt⁹
torrens voluptatis sobrie ⁊ sincere. dum
ꝑfectissima potentia obiecto suo sub hac
rōne quintuplici simul cōiungit̄ ⁊ vnitur
Hoc sensit intime qui tam alte clamauit
O q̄ magna multitudo dulcedinis tue do
mine quā abscondisti timentib⁹ te. Ad-
uertendū tn̄ q̄ gradus ⁊ ꝑfectus sunt in
spūali delectatione. vt p̄mo q̄s delectabi
liter deo inhereat ⁊ inuitus euellat̄ ab eo
sicut puulus a matre blandiente. nec mi-
rū. spūalis eīm cōsolatio nō solū delecta-
bilis est fruendo s; etiā pulcra ⁊ honorifi
ca habendo ⁊ ꝓmerendo: delectat: hone-
stat ⁊ locupletat. Suauis est gust⁹ celesti
um deliciaꝝ. honorabil' amicicia dei. fru-
ctuosa charitas sublimioꝝ p̄mioꝝ. Omne
eīm qd̄ appetit̄ ꝓpter tria desiderat̄. quia
honorabile: delectabile vel vtile. sed in q̄
simul omnia cōueniunt nō inuenit̄ nisi i
delectatione spūali. Alia eīm aut delectāt
⁊ turpia sunt ⁊ nociua. aut honesta vl' vti
lia: s; difficilia ⁊ laboriosa. Delectatio vo
spūalis ⁊ sapientie gust⁹ ⁊ suauitatis frui
tio: delectabilis dulcis ē ⁊ venerabilis. cō
scientiā letificat: assecurat ⁊ magnificat.
Cūq; scd̄o sponsi amplexib⁹ anima de
uota inhiant̄ inheret: incipit iter brachia
ei⁹ aliquo mō cōsopire. sicut potat⁹ nobi
li vino in soporē resoluit̄: vt nō solū delec
tabiliter sed tenaciter deo inhereret. ⁊ q̄si
quadā vi abstrahit̄ ab omni visibiliū sen
su memoriaq;. Sic tn̄ tpate vt nec plene
suimet sit oblita: nec tn̄ vere compos sui
sit. Juxta illud ps. Si dormiatis int̄ me-
dios cleros. i. inter medios terminos ce-
li ⁊ mundi. Est eīm talis iste somnus sicut
illoꝝ q̄ incipiunt dormire. tn̄ videt̄ eis q̄
intra se fiunt aliquo modo sentire ⁊ intel
ligere: s; pre sopore non aduertunt. nisi ve
lint sibi vim facere vt ad se plenius cōuer
tant̄. Tandē tercio quousq; oīm q̄ sub
deo sunt aīa deuota plene oblita in solo
diuino contemplationis radio libere figa
tur: l; breuiter velut in quodā corusco ha
bens celitus emicantis. Corruptio ei ter-
reni corporis: vel varie hui⁹ vite occupa
tiōes deprimunt animā ⁊ reuocant vt ge
mens cogat̄ clamare cū aplo ad Ro. vij.
Infelix ego homo q̄s me liberabit de cor
pore mortis hui⁹. Q̄to eīm mens pl⁹ est
sobria ad ista inferiora cogitanda: tanto
plus a superiorib⁹ ⁊ celestib⁹ p deuotio-
nis intima elongat̄. Et q̄to feruenti⁹ ab
inferioꝝ memoria intellectu ⁊ affectu ad
superiora sustollit̄ tanto ꝑfectior est de-
uotio ⁊ purior est contemplatio. q2 simul
ꝑfecte nō pōt esse vtrisq; intenta q̄ ad in-
uicem sicut lux ⁊ tenebre sunt diuisa. qui
deo inheret in lumine versat̄. qui mundo
inheret in tenebris est.

¶ De dolore ⁊ tristicia.

Capitulū xxv.

De dolore ⁊ tristicia

Dolor siue tristicia ē sexta passio cō
cupiscibilis respectu mali vt pre
sentis apprehensi: opposita dele-
ctationi. Unde sicut ad delectationē req̄
rit̄ coniunctio boni ⁊ pceptio huius con
iunctionis. (nam delectatio est perceptō
conuenientis coniūcti) Jta etiam ad dō
lorem requiritur coniunctio alicuius ma
li quod ea ratōne est malum: quia priuat
aliquod bonum ⁊ perceptio huius con-
iunctionis. Cum enim malum apprehen
ditur per vim aliquā cognitiuam vt pre-
sens iam coniunctum vel bonum appre-
henditur amissum. quod vt sic habet ra-
tionem mali nociui seu damni: oritur in
appetitu concupiscibili displicentia que-
dam de malo ⁊ sic causatur passio que di
citur dolor siue tristicia: angustia siue con
tritio. detestatio: inuidia: cruciatus: tor-
sio: planctus seu plangor: rugitus: gemi
tus: vlulatus: languor: lamentū: luct⁹ cū
similib⁹ que opponunt̄ delectationi seu
gaudio. Unde Augusti. xiiij. de ciuit. dei.

de dolore ⁊ tristicia cū ceteris inducit illd
Virgilij. Hinc metuunt cupiunt gaudēt:
dolentq;. Considerandū p̄mo qliter do
lor diuerimode de diuersis pueniat. Dolor
q̄tum ad sensum ꝓprie importat ꝑcepti
onē lesionis q̄ est ꝟm sensuz tact⁹: cui op
ponit̄ delectatio sensualis ꝟm eundē sen
sum. sed inter alios sensus tactus est ma
gis discretiuus eoꝝ in q̄bus cōsistit tem
peramentū corpis. vn̄ illud qd̄ est conue
niens ꝟm tactū est cōueniens ipi tempe
ramento corpis: ⁊ ꝓpter hoc cōpleta dele
ctatio est in sola ꝑceptiōe tact⁹ ⁊ similiter
illud qd̄ est incōueniens tactui est cōtra
riū temperamento corpis. Et ideo d̄r. iij.
de anima: q̄ corrūpentia tactū corrūpūt
animā. nō aūt corrumpentia auditū: nisi
simul cōtingat ⁊ tactum corrumpi. Et iō
ꝓprie in solo tactu est dolor ⁊ accidit ex le
sione temperamēti corpis. Qm̄ aūt ea q̄
sunt sensus exterioris: extendunt̄ dicunt̄
⁊ transferunt̄ vt dicant̄ de his q̄ ptinent
ad sensus interiores. visionē quippe extē
dimus ad actus imaginatiue. Ea etiaz q̄
sunt sensitiue ptis: extendim⁹ ad ptem in
tellectiuā. Idcirco doloris nomen ad ac
tum appetit⁹ sensitiui transferim⁹ ⁊ qd̄ ꝓ
prie est tristicia dolorē nominam⁹. Et silr̄
ad actū appetit⁹ intellectiui: ⁊ qd̄ ibi pro
prie est displicentia dolorē large nomina
mus. Et qd̄ dictū est de dolore ꝑ oīa si
militer intelligendū est de delectatione si
bi opposita. q̄z in sensu ꝓprie vocat̄ sensu
alis delectatio. In appetitu sensitiuo vo
cat̄ gaudiū. In appetitu intellectiuo vo
cat̄ delectatō intellectualis vl' rōnalis. ab
B aliquib⁹ fruitio. Considerandū scd̄o q̄
liter se habent dolor ⁊ tristicia ad inuicē.
Nam in dolore ⁊ tristitia duo inueniunt̄
Primū est cōtrarietas cōtristantis ⁊ do
lorem inferentis ad ipm contristatū ⁊ ad
ipsum dolentē. Scd̄m est ꝑceptio ipsius
cōtrarietatis. Et ꝟm hec dolor ⁊ tristicia
tripliciter differunt. Primo q̄tum ad cō
trarietatē. q̄z hec in dolore attendit̄ q̄tū
ad naturā dolentis q̄ ꝑ lesionē corrumpi
tur. ꝟ in tristicia attēdit̄ q̄tū ad repugnā
tiā appetit⁹ ad id qd̄ q̄s odit. Scd̄o q̄tū
ad ꝑceptionē. q̄z ꝑceptio doloris sp̄ ē ꝟm
sensum tact⁹. in tristitia aūt sp̄ est ꝑceptō
ꝟm sensuz interiorē. Tercio q̄tū ad ordi
nem. q̄z dolor incipit a lesione ⁊ terminat̄
ad ꝑceptionē sensus tact⁹. ibi em̄ implet̄
ratio doloris. Sz rō tristicie incipit ab ap
prehensiōe estimatiue naturalis ⁊ termi
nat̄ in affectione vl' appetitu. Ex quo p̄z
q̄ ꝓprie loquendo dolor est passio corpa
lis. ꝟ tristicia est passio aīalis. Sz exten
siue nomen tristicia dolor dicit̄ ⁊ ecōuer
so. ⁊ tam dolor q̄z tristicia q̄ sensum respi
ciunt extendunt̄ ad displicentiā ⁊ ad lu
ctum q̄ sunt in appetitu intellectiuo vt iā
dicet̄. Que aūt dicta sunt de tristicia ⁊ do
lore eodē mō dici possunt de delectatōe ⁊
gaudio. Vn̄ delectatio respicit ꝓprie sen
sum tact⁹. gaudiū appetitū sensitiuum. ꝟ
delectatio extendit̄ ad appetitū sensitiuū
⁊ vtrunq; ad appetitū intellectiuū Eodē
aūt mō q̄tum ad ꝓprias rōnes differunt
ab inuicē sicut dolor ⁊ tristicia. ꝟ vnū se
pe ponit̄ ꝓ alio ꝓut dictū est. c. p̄cedēti.
Dolor aūt opponit̄ delectatiōi in primo
mō in quo accipit̄ dolor. ⁊ tristicie simul
opponit̄ gaudiū in illo mō quo accipitur
tristicia. Cōsiderandū tercio q̄ quadru
plici delectationi. s. sensuali: animali: rati
onali ⁊ intellectuali. de qua dictū est. c. p̄
cedenti. corrn̄det q̄druplex dolor. Pri
mus dolor (quē ⁊ phi enumerant inter
passiones cōcupiscibilis) d̄r sensualis ex
terior. q̄ cōsurgit ex apprehensiōe sensiti
ua exteriori respectu obiecti discōuenien
tis ipi sensui corpali. hunc cōcomitat̄ mo
tus spirituū ⁊ cōstrictio cordis. Dolor h̄
causat̄ ex apprehensiōe alicui⁹ lesiōis fa
cte in carne ꝟm sensum tact⁹. Et q̄z cū in
organis sensuū exterioꝝ cōcurrit mixtio
quatuor primoꝝ q̄litatū q̄ sunt obiectuz
tactus. lesio facta in organis infert dolo
rem in sensib⁹. Scd̄s dolor d̄r animal̄.
q̄ ꝓprie noiat̄ tristicia q̄ causat̄ ab appre
hensiōe interiori estimatiue naturalis et

terminat in appetitu: et fit frequent sine lesione carnis fit etiã p apphensionē imaginatiuã sic dr aialis dolor. fitq3 p apprehensionē intellectiuã sic di displicētia. vñ tristitia ē animi dissensus ab his q̄ nobis nolentib9 accidūt. sic nomē doloris et tristicie (vt s. di) extendit ad appetitū rationalē et intellectiuum pro ut iam dicetur

Tercius dolor dr rōnalis seu voluntarius q̄ subiacet libero arbitrio. h dolor fit p rationē apphendentē malū culpe: et p voluntatē dissentientē in q̄ orit displicentia odiū vel detestatio mali culpe. Hic soluit questio theologicalis famosissima Si dolor ɔtritionis de peccatis d3 eē maxim9. dolor nãq3 rōnis et displicētia elicita cū grã sufficit ad detestationē peccati: supposito q null9 in corpe ex redundantia doloris rōnalis sequeret dolor sensualis. Attñ dolor iste diceret maxim9 qr d nulla re altera tpali tanta detestatio elici d3 a corde rōnis sicut nullū ē damnū pene qd eq̄paret dãno culpe. Dolorez aūt sensualē et animalē (quē phi enumerant inter passiones ɔcupiscibilis) nō oportet maximū eē in penitente. imo nimius culpabilis eē posset vtpote cordis sensualis et corpis destructiu9. Stat em̄ duos esse. quoꝝ vnus ex cōplexione naturali cor h3 strennuū et virile ac lachrymis nō ydoneū ita vt vix aut nunq̄3 flere possit. Erit alter cordis feminei mollis ad oēm miserationis occasionē lachrymis laxus. Primus eliciet detestationē sui peccati intensi9 in animo fortius et laudabili9 in casu q̄3 ali9 Nec apphendit illū verbū sapiētis. Cor durū male habebit in nouissimo. iam em̄ talis pctã detestans nō durū cor hře sed molle dicendus est. Dolor quartus dr intellectualis et spūalis cōtrarius delectationi intellectuali et spūali mētis gaudio de q̄ ca. pcedenti dictū ē. Dolor h alio nomine luctus dr de q̄. j. dr Considerandū q̄rto q dolor generalit sumpt9 sic pōt diffiniri. Dolor siue tristicia ē vitalis anime motus ɔsurgens ex apphensione obiecti vt discōueniens ē. Vel sic Dolor est pceptio discōuenietis ɔiuncti. Vel sic Dolor est cōiunctio discōuenientis cū discōuenieti pcepta et odita. Cui9 effect9 ē (pšertim si fit in sensu) cōstrictio quida3 horror et fuga et renisus. Est aūt ratio discōuenientie disproportio lesiua armonie et vnitat debite pat3 in hoc in dolore sensuali. Si em̄ obiectū nō fuerit pportionatū potentie sensitiue sensus ledit aut corrumpit. Excellēs em̄ sensibile corrumpit sensum. put dr. iij. de anima. Nã sensus delectat in medijs et ɔtristat in extremis qualitatib9 sensibilib9. patet hoc de extremis colorib9 albo et nigro. Albedo em̄ visum disgregat. Nigredo congregat sicq3 visus debilitat. Excellēs etiã calor et frigus corrūpunt tactum et sic de alijs sensibus. Organū em̄ sensus cōsistit in cōpositione cuiusdã pportionabilis medietat ideo requirit obiectum pportionatū. Secus autē est de intellectu qui nō req̄rit organū corporeu3. Intellectus nanq3 post magnum intelligibile nō minus intelligit alia vt dicit. iij. de aia. Elucidatio haru3 descriptionū doloris. poterit patere ex descriptione delectationis capit. precedēti.

Considerandū quinto q dolor contrarius delectationi spūali Luctus nominatur. Inuenit nanq3 duplex luctus in scriptura. vnus malus nihil ad beatitudinē cōferens nec afferens consolationē q̄ bona ē. Ille luct9 ē p tpalib9 incomodis apphensis a rōe sub rōne pene afflictiue. Alius luctus ē spūalis p solis malis culpe apphensis sub rōne offense diuine bonitatꝭ et iusticie. Luctū pene hñt dãnati nō luctū culpe vt offensiua fuit diuine iusticie. q̄lit ē in pluribus viatorib9 inuenire. Hoc sensit paul9 q̄ dixit tristitia secli mortē opat cū pus dixisset Tristitia que sm deū ē penitentiã in salutē stabilē opat. ij. Cor. vij. Aduertendū etiã quia tripliciter bonū di (vt frequēter dictū ē) p delectabili. p vtili. p honesto: Et silr malu3 ex opposito. p tristabili seu delectabili. p E Luctus

nocivo˚ ⁊ ꝓ inhonesto. Cōformit̃ ad has obiectales rōnes poterit multiplicari sermo de luctu ⁊ delectatiōe ꝓut cōsurgunt ex apprehensione boni ⁊ honesti vel mali inhonesti. Et hoc dupl'r vel in actu vel in habitu hoc q̇ppe mō luctus ⁊ delectatio ꝓprie sunt aīe rōnalis ⁊ ad sensualitatem nō nisi ordināte rōe spectāt. sicut nec obiectales honesti ⁊ inhonesti rōes. His igit̃ p̄suppositis luctus ꝯ̄rius delectatiōi seu cōsolationi spūali ⁊ ꝓut dr̄ beatitudo (nō quidē formalit̃ ꝫ q2 cōicat beatitudinē h̄ in via. vl' q2 ducit ad eā) hʒ sic describi ꝓ habitu. Luctus ē habitus aīe graciosus q̇ īclinat̃ fugere ⁊ horrere obiectū: sub rōne mali īhonesti ⁊ disconuenientis apph̄ensum. Apph̄ēdit̃ aūt obiectū vt inhonestū tripl'r. aut formalit̃ ⁊ sic est deformitas. aut scd'o cōsecutiue q2 ē effect⁹ culpe ⁊ reliquie ei⁹ sicut reat⁹ pene ⁊ macula ⁊ offensa. aut t̃cio occasionatiue. q2 ad culpā inductiuum ē. aut ab honestate distractiuū vt noxie tentationes ⁊ rebelliones sensualitatis. Luctus actualis sic describit̃. Est vitalis ⁊ displicibilis anime motus ex tali habitu ⁊ inclinatione ꝯsurgens. Rō aūt discōueniētie inhoneste est violatio modi speciei ⁊ ordinis vl' numeri ponderis ⁊ mensure. vl' vnitatis speciei ⁊ bonitatis ī liberoarbitrio. dū ip̄m nō sequit̃ motionē boni vt efficiens ē. violatur species ⁊ nūerus duʒ nō cōformat̃ cause sue exēplari. violat̃ āt pond⁹ ⁊ ordo ⁊ bonitas. dū nō inseq̇t̃ motōnē sue cāe final'.

¶ De spe ⁊ desperatione. Ca. xxvj.

A De spe ⁊ desperatione.

Spes (septima passio de vndecim generalibus. Tercia aūt de q̄tuor passionib⁹ p̄ncipalib⁹. viij. c. enūeratis) p̄ma ē passio appetit⁹ irascibilis obiectū respiciēs bonuʒ. Nō absolute ꝫ cū ꝯtractiōe ad arduum seu difficile absens seu futuꝝ cōfiducia tū̄ adipiscendi. Naʒ dr̄ spes ꝫm ethymologiā q̄si pes ꝓgrediēdi ad ardua. Arduū ei addit quandā specialē rōnem bonitatis. s. p̄ciositatē quandā ex hoc ip̄o ꝙ nō de facili p̄t haberi. sicut dr̄ omē rarū carū. Considerandū p̄mo ꝙ spes nō accipit̃ h̄ ꝓut ē v̄tus theologica de qua determinat̃ in. iij. tractatu hui⁹ opis c. xxiiij. ꝫ sumit̃ generalit̃ ꝓ desiderio. tendētia expectatiōe. esurie. siti. ardore. anhelatiōe ⁊ suspirio boni cuiuscūqꝫ futuri ⁊ ardui. vt sic ē passio motus ⁊ inclinatio appetitus sensitiui irascibilis vna de quatuor passionib⁹ p̄ncipalib⁹ de q̇bus Virgili⁹ in eneidis libro. vj hinc metuūt cupiūt gaudēt dolentqꝫ. Itē Boetius vltimo metro primi libri Gaudia pelle. pelle timorē spemqꝫ fugato nec dolor assit. de hoc clarius cap̄. viij. in fine. Hoc mō spes nō solū est in hoīb us sed ⁊ in aīalibus brutis q̄ habēt appetitū sensitiuū. ptʒ q2 aīalia inueniunt̃ opari ꝓpter aliqd' bonū futurū. estimatū arduū possibile adipisci. Sicut aues faciūt nidos pugnādo ꝓ eis ꝓpter filioꝝ educationē vnū etiā animal aggredit̃ alterū ex spe victorie. Expimur hoc in cane ad insequendū leporem et accipitre auem qd' nō facerēt nisi q2 sperant assequi. Considerandū secūdo ꝙ spes ptinet ad appetitū non q̄lemcūqꝫ ꝫ irascibilē. Primū pʒ. Nam motus spei importat quandā extensionē appetitus in id qd' ei rep̄sentat vis apprehēsiua cognoscitiua vt bonū arduū ⁊ adipiscibile. Ideo ptinet ad appetitū. In h̄ differt vis appetitiua a cognoscitiua quia appetitiua pficit̃ p extensionē ad res desideratas ꝫ cognoscitiua p receptionē rerū cognitaꝝ ī cognoscēte. s. p suas silitudines. Scd'm patʒ. Nā oīs illa passio de cui⁹ itellectu ē mot⁹ ī bonū cū circūstātia difficultatis ē ī irascibili. Et hm̄ōi sūt oīa illa q̄ importāt bonū vl' malū cū denoīatione alicui⁹ quātitatis. Sicut in ira q̄ exurgit ex mag̃ lesione quā q̄s p̄t vindicare ꝫ nō in ꝓmptu. Timor nō ē de q̇libʒ malo ꝫ de magno cui nō p̄t resisti vl' difficulter sic spes importat motū appetitus ad aliquod bonum cōmensuratum appetenti. Non eīm est de bono ⁊ tanto ad qd' nullo mō p̄t ꝯueniri. nec tū̄ de tā p̄uo qd' ꝓ nul

lo habeat̄.s de eo qd̄ est difficile haberi ꝛ
tn̄ pōt haberi ꝓpter qd̄ dr̄ arduum. idcir
co spes est passio irascibilis. Conside-
randū tercio ꝙ spes accepta in suo obie-
cto quatuor requirit cōditōes. Prima
ꝙ sit bonū.qꝛ spes est de bono ꝛ ꝑ hͦ dif-
fert a timore q̄ est de malo.Sumit̄ tamē
qn̄qꝫ spes improprie ꝓ timore.vt cū dici
tur.hūc quātū potui tantū speraui (id est
timui) dolorē.Differt etiā spes in hoc ab
audacia.q̄ importat extensionē appetit⁹
in aliqd̄ arduum malū vt expellat̄.spes
autem importat extensionem appetitus
in arduū bonum vt acq̄rat̄. Scd̄a con
ditio ꝙ sit futurū.ꝑ hoc differt a gaudio
seu delectatione q̄ est de pn̄ti bono habi-
to. Tercia est ꝙ sit arduū cū difficulta
te adipiscibile.ꝑ hoc differt a desiderio et
cupiditate q̄ sunt de bono futuro absolu
te. Quarta ꝙ sit arduū possibile adipi
sci.ꝑ hoc differt spes a desperatōne.de q̄
infra.Nō ei aliq̄s sperat id qd̄ oīno adi-
pisci non potest. Cōsiderandū quarto:
ꝙ multa causant spem. Primo expien-
tia est causa spei.ꝛ hoc duplr̄.ṗmo qꝛ per
expientiam hō acquirit facultatē defacili
aliq̄d faciendi:ex quo sequit̄ spes.Scd̄o
qꝛ ꝑ experientiā fit homi estimatio ꝙ ali-
q̄d sibi sit possibile qd̄ impossibile an̄ ex-
perientiam iudicabat Scd̄o iuuentus
est causa spei.vn̄ dicit phs ꝙ iuuenes sūt
maxime spei.Et hoc ꝓpter tria q̄ accipiū
tur s̄m cōditiones boni qd̄ est obiectum
spei.s.futurū arduum ꝛ adipiscibile.Iu-
uenes eñ multū habēt de futuro ꝛ parū
de pn̄ti.ꝛ iō qꝛ memoria est p̄teritoꝝ spes
futuri:parū hn̄t de memoria ꝛ multū vi-
uunt in spe.Iuuenes etiā ꝓpter calidita-
tē habent multos sp̄us ꝛ ita in eis cor am
pliat̄.ex amplitudine aūt cordis fit ꝙ ali
quis tendat in arduū.ꝛ ideo iuuenes sūt
animosi ꝛ bone spei. Iuuenes etiā qꝛ nō
sunt passi repulsam nec multa impedim-
ta in suis conatib⁹ experti:defacili repu-
tant aliquid possibile adipisci.et sic ꝓpter
inexperientiā ꝛ ꝓpter cōtraria que nō sūt
passi in suis operib⁹ sunt bone spei. Ter
cio ebrietas causat spem ꝓpter caliditatē
cordis ex vino ꝛ incōsideratiōe periculo
rū.fatuitas v̄o ꝓpter incōsiderationem.
Desperatio octaua est passio de vnde- E
cim generalib⁹: scd̄aqꝫ passio appetitus
irascibilis.ꝛ est respectu boni ardui cum
diffidentia adipiscēdi.Et eñ cōtraria spei
nō ei q̄ est virtus theologica.nā inq̄ꝫtum
cōtrariat̄ virtuti spei theologice:sic despe
ratio est peccatū in sp̄m sctm̄.de quo dici-
tur in tercio tractatu hui⁹ opis ca. xxiiij.
Sꝫ est ꝯ̄ria spei ꝓut est passio.sicut enim
spes importat quendā accessum (tendit
eñ sperans in obiectum.i.rem speratam
que est bonū arduū qd̄ habet rationē at-
tractiui.ꝓut est cum possibilitate adipi-
scendi) Sic desperatio importat quendā
recessum nam desperans discedit a bono
arduo.nō qꝛ nō desiderat sed qꝛ conside-
rat illud cum impossibilitate obtinendi.ꝛ
ideo habet rationē retractiui.vn̄ quēad-
modū spes s̄m ethimologiam dicit̄ qua-
si pes ꝓgrediens in ardua. sic ecōtrario
desperatio.deest eñ ei pes vllaqꝫ ꝓgredi
endi facultas Cōsiderandū ṗmo q̄ꝫuis
desperatio sonet in viciū. tn̄ aliqn̄ potest
esse sine peccato.cū.s. est solum s̄m ṗmū
motū passiōis.vt cum q̄s se videns in pe
riculis magnis maris vel inuasionis sibi
facte vl̄ infirmitatis grauissime desperat
euadere mortē.nihil tn̄ incōueniens agit
ꝓpter hoc passionib⁹ enim puris nec me-
remur nec demeremur vt dictum est su-
pra capitulo.ix. Nomina enim passio-
num:desperatio:audacia:ira et similia:
s̄m ꝙ importāt absolute motum appeti-
tus sensitiui in aliquod bonum vel malū
sic sunt nomina passionū.Scd̄m v̄o ꝙ si
mul cū motu tali importeant recessum ab
ordine rōnis.sic sunt noīa vicioꝝ.Scd̄m
aūt ꝙ a recta rōne regulant̄ ꝛ a volūtate
imperant̄.sic sūt noīa virtutū.Sic despe
ratio aliqn̄ est meritoria rōne adiūcte hu
militatis.puta cū quis vocat⁹ vel missus
ad aliqd̄ officiū vl̄ exercitiū magne īportā
tie:desperās d̄ idoneitate sua ad illd̄ hūi
liter refugit ꝛ recusat.nō tn̄ animo obsti-
nato. Sic Gregorius fugit desperans se

apte papatū recturū. Sic ambro. archiṗ
ſulatū fugit mediolanenſem. Bonauen-
tura archiepatum eboracenſem. Aliquā
do deſperatio eſt vicioſa ꝛ ꝯdemnatoria
vt cū qs deſperat de remiſſione peccati ꝛ
ſalute vel receptōe auxilij a deo in ſuis in
F digentijs. ¶ Cōſiderandū ſecundo ꝙ cō
trarietas aliter ꝛ aliter reperit̄ in paſſio-
nibus concupiſcibilis ꝛ iraſcibilis. Dicit
eñ. s. Thomas pte. j. q. xxiij. artic. ij. ꝙ in
paſſionib⁹ anime duplex cōtrarietas in-
uenit̄. vna q̄dem ſm ꝯtrarietatē obiecto
rū. ſ. boni ꝛ mali. Alia vo ſm acceſſum et
receſſum ab eodē termino. In paſſiōib⁹
cōcupiſcibilis inuenit̄ pma ꝯrietas tm̄ q̄
ſcz eſt ſm obiecta. In paſſionib⁹ iraſcibi
lis inuenit̄ vtraqꝫ. Cui⁹ rō eſt. qꝛ obiectū
cōcupiſcibilis vt frequenter eſt dictū. eſt
bonū vel malū abſolute. Bonū aūt inq̄z-
tum bonū nō pōt eſſe termin⁹ a quo ſꝫ ſo
lum vt ad quē. qꝛ nihil refugit bonū inq̄z
tum bonū ſꝫ omīa bonū appetūt. Siſr ni-
hil appetit malū inq̄ztū hmōi: ſꝫ omīa fu-
giunt ipm ꝛ ꝓpter hoc malū nō habet rō-
nem termini ad quē ſꝫ ſolū termini a quo
Sic igit̄ ois paſſio ꝯcupiſcibilis reſpectu
boni eſt vt in ipſum ſicut amor deſideriū
ꝛ gaudiū. Omīs vo paſſio reſpectu mali
eſt vt ab ipſo. ſicut odiū: fuga ꝛ triſticia.
Idcirco in paſſionib⁹ cōcupiſcibilis non
pōt eſſe cōtrarietas ſm acceſſum ꝛ rece-
ſum ab eodē obiecto. ſꝫ obiectū iraſcibilis
eſt bonū vel malū: nō q̄dem abſolute ſed
ſub rōne difficultatis vel arduitatis. Bo
nū aūt arduū ſiue difficile hꝫ rōem vt in
ipm tendat̄ inq̄ztum eſt bonuꝫ qđ ptinet
ad paſſionē ſpei. ꝛ vt ab ipſo recedat̄ in-
q̄ztum eſt arduum ꝛ difficile qđ ptinet ad
paſſionē deſperationis. Siſr malū arduū
habet rōnem vt vitet̄ inq̄tum eſt maluꝫ
ꝛ hoc ptinet ad paſſionē timoris. hꝫ etiaꝫ
rōnem vt in ipſum tendat̄ ſicut in quod
dam arduū. ꝑ qđ. ſ. aliq̄s euadit ſubiecti
onē mali. ꝛ ſic tendit in ipm audacia. In
uenit̄ ergo in paſſionibus iraſcibilis ꝯrie
tas ſm cōtrarietatē boni ꝛ mali. ſicut int̄
ſpem ꝛ timorem. Et iterū ſm acceſſum ꝛ
receſſum ab eodē termino ſicut inter au-
daciā ꝛ timorem. ¶ De audacia ꝛ ti
more. Capitulū xxvij.

a Udacia: nona paſſio de paſſioni
a bus generalibus. tercia paſſionū
iraſcibilis fit reſpectu mali futuri
ardui apprehenſi ſub ratione fiducie re-
pellendi ꝛ obpugnandi cōtraria eſt timo
ri. Cui⁹ rō eſt. Cū eñ de rōne cōtrarioꝝ
ſit ꝙ maxime a ſe diſtant ꝛ audacia maxi
me diſtat a timore. nā timor refugit nocu
mentū futurū ꝓpter ei⁹ victoriā ſuꝑ ipm
timentem. Sꝫ audacia aggredit̄ ꝑiculuꝫ
imminens ꝓpter victoriā ſui ſupra ipſuꝫ
ꝑiculū. Sic ptꝫ ꝙ audacia ꝯriat̄ timori.
¶ Conſiderandū pmo ꝙ audacia dupli-
citer cauſat̄. vno mō ex pte appetit⁹. alio
mō ex pte tranſmutatiōis corꝑalis. Pri-
mū ptꝫ. nam appetit⁹ ꝯñs apprehenſiōꝫ
reſpectu eoꝝ que faciūt ex timore ꝙ poſſi
bile ſit adipiſci victoriā: mouet̄: inclinat̄
ꝛ conat̄ aggredi talia ardua apprehenſa
ꝛ talis motus ꝛ inclinatio appetit⁹ iraſci
bilis dicit̄ audacia. Cōſequit̄ aūt auda-
cia ad ſpem ex hoc ꝙ aliq̄s ſperat ſupe-
rare terribile imminens: ex hoc audacter
inſequit̄ ipm. Cauſat̄ etiā audacia ex cō-
ſideratione ꝓprie potentie: ſicut eſt forti-
tudo corꝑis. experientia in ꝑiculis: multi
tudo pecuniarū ꝛ talia hmōi. Uel ex con
ſideratiōe potentie alioꝝ. ſicut eſt multi-
tudo amicoꝝ vel quorūcunqꝫ auxilianti-
um. ꝛ pcipue ſi hō cōfidit de diuino auxi
lio. vñ illi q̄ ſe bñ hñt ad diuina audacio-
res ſunt: vt etiā dicit phus. Cauſat̄ etiaꝫ
audacia ꝑ remotionē terribiliū ꝑ qđ tolli
tur timor. qꝛ nō hꝫ homo inimicos quan
do nulli nocuit ꝛ hmōi. ¶ Scđo cauſat̄
audacia ex pte tranſmutatōis corꝑalis ꝑ
ꝓuocatōnem ſpei in excluſiōe timoris: ex
his q̄ faciunt caliditatē circa cor. vñ ſm
phm hñtia paruū cor aīalia ſm q̄ztitateꝫ
ſunt magis audacia. ꝛ habentia magnuꝫ
cor ſꝫ timida. qꝛ calor naturalis nō tantū
pt calefacere magnū cor ſicut ꝑuū. hñtes
etiā humorē ſanguineū ſꝫ audaciores ꝓpter
caliditatē cordis exinde ſequentem. Uini

etiã amatores sĩt audaciores ꝓpter calidi
tatẽ vini. ¶ Cõsiderandũ scđo ꝙ audacia
dupliciť accipiť. Uno mõ ꝓ habitu vľ a
ctu quodã vicioso. q̃ opponiť virtuti for
titudinis ꝑ supabundantiã. sic nõ sumiť
hic. sic determinať de ea in tercio tracta
tu cap. xix. Alio mõ accipiť audacia ꝓ q̃
dam passiõe appetit⁹ irascibilis ꝓ motu
vicȝ appetit⁹ sensitiui irascibilis in aliqđ
malũ arduũ cũ spe victorie: sic etiã cõue
nit brutis: patet hoc de leone q̃ ad nulli⁹
pauet occursum 7 de multis alijs bestijs
Et in hoie si audacia nõ fuerat regulata
rõne erit viciosa. Sin aũt erit debita 7 vir
tus fortitudinis moralis. Uñ dicit phus
ꝙ q̃dam audaces sĩt volantes ante ꝑicu
la ꝫ in ipis deficiũt. et rõ ẽ. q2 cũ audacia
sit mot⁹ appetit⁹ sensitiui: seq̃ť apphẽsiõȝ
sensitiue virtutis. virtus aũt sensitiua nõ
est collatiua nec inquisitiua singulorũ q̃
rem circũstant sed hȝ subitũ iudiciũ. vnđ
qñ audaces q̃ ex subita apprehensiõe ag
gressi sunt aliqđ ꝑiculũ difficile nõ cõside
rantes ꝑicula. qñ iam experiunť ipa ꝑicula
sentiunt maiorem difficultatẽ q̃ȝ extima
uerũt 7 iõ deficiũt. Ecõtra fit in audacia
regulata rõne. Nã rõ est discursiua oim
q̃ afferũt difficultatẽ negocij. Et iõ fortes
q̃ ex iudicio rõnis aggrediunť ꝑicula in
ꝑncipio videnť remissi. q2 nõ passim ꝫ cũ
deliberatione debita aggrediunť. qñ aũt
sunt in ipsis ꝑiculis nõ experiũť aliqđ im
prouisum ꝫ qñq3 minora illis q̃ ꝓuiderũt
7 iõ magis ꝑsistunt. ¶ Timor seu metus
decima passio de generalib⁹ passionibus
quarta passionũ irascibilis. quarta etiam
passio de quatuor passionib⁹ ꝑncipalib⁹
enumeratis supra in ca. viij. opposita au
dacie est respectu mali ardui cum diffidẽ
tia euadendi aut repellendi. Multas ha
bet sub se species. vicȝ verecundiã: erube
scentiã: segniciẽ: ignauiã: admirationem:
stuporem: agoniã: trepidationẽ vel dubi
tationẽ. Horꝫ nominũ rõnes declarate sĩt
ca. viij. in scđo notabili. ¶ De timore igi
tur quatuor cõsideratiões occurrunt. pri
ma de timoris multiplici acceptione. Se
cunda de causa timoris. Tercia de obie
cto timoris. Quarta de effectu timoris.
¶ Considerandũ primo ꝙ timor trib⁹ mo
dis sumiť. Uno mõ sumiť ꝓ habitu vel
actu cuiusdam doni spũssancti. qđ inter
septem dona enumerat⁹ spũssancti. Esa.
xj. Et requiescet sup eũ spũs timoris dñi. 7
sic est in appetitu intellectiuo sicut in sub
iecto. de illo timore dicit in tercio tracta
tu. c. xxvij. ¶ Scđo sumiť ꝓ quodã hitu
vel actu vicioso q̃ opponiť fortitudini ẜm
defectũ. 7 ille habit⁹ a pho. ij. ethi. vocať
timiditas. de quo etiã dr in tercio tracta
tu. c. xix. ¶ Tercio timor sumiť ꝓ quadã
passiõe virtutis irascibilis que consurgit
ex hoc ꝙ appetit⁹ sensitiu⁹ refugit aliqđ
viciosum vel malũ apprehensum. 7 siqui
dẽ sit rõne regulat⁹ erit debit⁹. sicut fuit ĩ
xpõ 7 in sanctis. si aũt nõ sit rõne regula
tus erit malus: 7 ita nõ fuit in xpõ. Istis
aũt duob⁹ modis sp timor est in appetitu
sensitiuo. Illo aũt mõ timor cõuenit đo
nisi in ꝑsona xpi mõ ꝑdicto. Timor autẽ
vt passio est brutis conuenit: eo mõ q̃ di
ctum est immediate de audacia. ¶ Cõsi
derãdũ scđo ꝙ causa timoris duplex est.
scȝ amor 7 defect⁹ virtutis. Primũ de a
more ptȝ tali rõne. Ex hoc ꝙ aliq̃s amat
aliqđ bonũ sequiť ꝙ timeat priuatiuũ il
lius boni qđ amat. ergo amor boni est cã
timoris mali priuatiui illi⁹ boni. Scđm
ꝙ defect⁹ virtutis est causa timoris ꝓba
tur. Contrariorꝫ sunt cõtrarie cause. ꝫ di
uitie: robur: multitudo amicorꝫ: potestas
excludũt timorẽ ẜm phm. ij. retho. vt etiã
ꝓbatũ est supra de audacia. ergo ꝑ cõtra
riũ defectio horꝫ causat timorẽ. Cõside
randũ tercio ꝙ obiectum timoris ꝑmo 7
ꝑncipaliter est in ipsum malũ. Secunda
rio ꝙ ipm malũ põt infligere. vñ conside
randũ ꝙ timor de ꝑ se est de ipõ malo. q2
timor est de eo qđ est priuatiuũ ei⁹ quod
amať. cũ ergo amor sit boni 7 malũ sit ꝑ
uatiuũ boni sequiť ꝙ timor sit de malo.
¶ Timor nõ est de malo culpe ꝓprie. Nõ
q2 illud qđ omnino subiacet ptãti homi
nis nõ habet rationẽ terribilis. sed malũ

culpe ꝓpriā causam hȝ voluntatē huma/
nā q̄ vitare pōt qd̄cunq̄ pctm̄.pōt tñ ti/
mor esse de malo culpe improprie rōe ali
cuius extrinseci quod magnā vim habet
voluntatē inclinandi ad maluȝ culpe.vt
cum quis timet ꝯmorari in societate ma/
loꝝ ne indicaꝛ malū culpe. Timor est
de malo nature.qd̄ ptȝ ex eo.q̄ mors est
malū nature ⁊ mors est inter oīa mala
terribilissima.vt dicit phs.iij.ethco. Et iō
xp̄s amonuit discipulos mortē nō timere
dicens. Nolite timere eos q̄ occidūt cor/
pus. Timor est de malo futuro: ⁊ in h̄
differt a tristicia q̄ ē de malo pn̄ti Et hinc
est ꝙ malū illud qd̄ nō extimaꝛ vl' appre
hendiꝛ vt futurū ſ vt pn̄s ⁊ necessarium
nō timeꝛ.vñ dicit phs.ij.rethco.ꝙ illi qui
iam trucidanꝛ nō timent mortē videntes
sibi imminē necessitatē mortis. Timor
est de malo futuro ꝓpinquo.Si em̄ malū
appꝓhendiꝛ vt multū remotū ⁊ multū di/
stans:nō timeꝛ.vñ dicit phs ꝙ hoīes ⁊ si
sciant ꝙ morienꝛ q̄ tñ nō apprehendunt
nec extimāt mortē vt ꝓpe nil curant. Se
cundario (vt dictū est) Timoris obiectū
est illud qd̄ pt̄ infligere malū ⁊ sic deꝰ de
bet ⁊ pōt timeri.nō inq̄tum summa bo/
nitas q̄ nullū malū est in eo Timet em̄
hō ſm hec tria diuinā equitatē. Nā cōsi/
derando diuinā iusticiā q̄ deꝰ inflictor est
pene vel subtractor sue gratie vel sue glo
rie:tunc deꝰ dȝ timeri a nobis Malach.
j.Si ego dn̄s vester vbi est timor meus.
Scd̄o timet hō hūanā ptātem qn̄ est le
siua vel qn̄ est iniusta.q̄ sic in ꝓmptu hȝ
nocumentū inferre.Sicut legiꝛ de Holo
ferne.ꝙ cecidit timor illius sup oēs in/
habitantes terrā. Tercio timet hō cri/
men eiꝰ cōgnoscentē:sicut ille qui est con
scius criminis.q̄ pōt nocumentū inferre
sicut Moyses cū reprehenderet hebreuȝ
socio suo iniuriantē ⁊ ille respōdisset. Nū
interficē me vis sicut interfecisti heri egy
ptium:timuit moyses eo ꝙ illle sciret illd̄
Considerandū quarto de effectu timo
E ris. Timor inter alia tria in nobis efficit
ꝑmo cōtractionem.Scd̄o tremorem.ter
cio impedit operationē. Q̄tum ad pri
mū.timor cōtractionē efficit.nam ex ima
ginationē alicuꝰ mali qd̄ timorem cau/
sat:fit contractio virtutis ⁊ coloris. Con
trahiꝛ enim virtus animalis ad interiora
q̄ malum qd̄ repelli non pōt ꝓuenit ex
debilitate virtutis.virtus aūt quanto de
bilior est tanto ad pauciora potest se de/
fendere ⁊ ad exteriora pōt se minus extē
dere.videmꝰ hoc in morientibus ꝙ calor
naturalis ad interiora retrahiꝛ ꝓpter de/
bilitatem virtutis. Fit etiā ꝯtractio co
loris ex timore.q̄ spūs vel calor q̄ est cau
sa coloris in timentibus retrahiꝛ ab exte
rioribus ad interiora.quo subtracto seq̄/
tur palledo. Opposito modo verecun
di rubescunt. q̄ in verecundia fit diffu/
sio caloris ad exteriora. Facit etiā timor
homines tacentes.q̄ in timendo fit mo/
tus interioris caloris ⁊ spirituū vitaliū a
corde ad inferiora.⁊ ideo timor cōtraria/
tur formationi vocis q̄ fit ꝑ emissionē spi
rituum ad exteriora ⁊ superiora per os.
In dolentibus est per oppositum. Naȝ
in dolore natura cōseruat interius spiri/
tum ⁊ calorem vt hoc vtaꝛ ad expellen/
dum nociuum Multiplicatis aūt interi
us spiritibus a calore necesse est ꝙ emit/
tanꝛ ꝑ vocem.Et ideo dolentes vix se cō
tinere possunt q̄n clament: vt dicit phus
in problemmatibus. Facit etiam timor
fugientes.quia in timentibus ꝓpter frigi
ditatem ingrossantem spiritus ⁊ caloreȝ
Spiritus ⁊ calor a superioribus ad infe/
riora mouenꝛ:nec cōgreganꝛ circa cor.ſ
magꝭ recedūt a corde ex imaginatōis de/
fectu v̓tutis:⁊ ꝓpter hoc timētes nō ꝓm/
pte inuadūt ſ magꝭ refugiūt. Irati autē
oppositum faciunt ꝓpter subtilitatē spiri
tuū ⁊ calorem q̄ ꝓuenit ex appetitu vin/
dicte.fit interior motus spirituū ab infe/
rioribus ad superiora. ⁊ ideo cōgreganꝛ
spiritus ⁊ calor circa cor.propter qd̄ irati
ꝓmpte ⁊ audacter incedūt. Scd̄s effe
ctꝰ timoris ꝙ tremorē elicit. q̄ in tiore ca
lor ab ext̓ioribꝰ ad iteriora ꝯtrahiꝛ.remo
to āt ab ext̓ioribꝰ calore q̄ mēbra ꝯtiebat

remanẽt membra frigida. ⁊ ꝓpter hoc acciđit in eis tremor. Et ꝑ tremit cor. eo ꝙ i timore calor deserit cor. Secundo tremit vox ꝓpter vicinitatem arterie vocalis ad cor. Tercio tremit mandibula inferior ꝓpter cõtinuitatẽ. Quarto sequit̃ strepit⁹ dentium ꝓpter eandem rationẽ. Quinto brachia ⁊ manus. tum ꝓpter ↄnexionem ad pectus vbi est cor. tum q2 hmõi membra sunt magis mobilia ꝓpter qđ etiã in timentibus genua tremunt. Terci⁹ effectus timoris. quia operationẽ impedit. Opatio eñ exterior a duobus causat̃. s. ab agente ꝑncipali qđ ẽ anima. ⁊ ab agẽte instrumentali. s. a membris corpis. vnde ꝓpter defectũ ꝑncipalis agentis imperantis ⁊ mouentis: ⁊ ꝓpter defectũ instrumentalis agentis nõ obsequẽtis. operatõ põt impediri. ꝓpter eñ defectum caloris q̃ ex timore causat̃ in membris exterioribus ꝑcipue supioribus. timor ex subtractione caloris membra debilitat. ⁊ sic impedit ea opari. Timor etiã impedit opationem anime. si sit multũ vehemẽs intãtum ꝙ rationẽ turbat. Si autẽ sit ita moderatus ꝙ rationẽ nõ ꝯturbat tũc ad bñ operandũ cõfert inquãtũ. s. sollicitudinẽ causat ⁊ facit hominẽ attentius cõsiliari ⁊ opari. Et ideo dicit apl's ad Phylip. ij. Cũ metu ⁊ tremore salutẽ vestrã opamini. id est cum metu mentis ⁊ tremore corporis.

¶ De Ira. Ca. xxviij.

3. Ira vltima ẽ passio generalis ⁊ ẽ
i respectu mali ꝑteriti. q2 ẽ mot⁹ ⁊
inclinatio appetitus sensual' irascibilis insurgẽtis ad vindictã mali ⁊ illate iniurie q̃ iniuria apphendit̃ ⁊ lesiua ꝓprie excellẽtie ⁊ ↄcupie ⁊ iductiua vilipẽsionis ⁊ minoratõis. Dr̃ aũt ira passio generalis. nõ q2 causat oẽs passiones. nam isto mõ amor ẽ passio general'. ꝓut dictũ est s. c. xij. s inquantũ ex ↄcursu multarũ passionũ generat̃. nõ eñ isurgit mot⁹ ire nisi ꝓpt̃ aliquã tristitiã ⁊ nisi assit desideriũ ⁊ spes vlciscẽdi. Denoiat̃ autẽ vis irascibilis ab ira. nõ ꝙ oẽs motus ⁊ passiones irascibilis sint ab ira s ideo quia vis irascibilis iuxta ire similitudinẽ fortit̃ indignat̃ cõtrarijs ⁊ fortiter tenet qđ cupit. Queadmodũ vis ↄcupiscibilis poti⁹ nominat̃ a passione ↄcupiscentie q̃ ab alia passione. q2 ↄcupiscẽtia respicit bonũ comodũ vt absens quasi satagens illud adipisci. ⁊ q2 bonũ desideratũ magis facit se sentire rõne defectus ⁊ indigentie. Ideo magl' denominat̃ a ↄcupiscẽtia q̃ a gaudio vel alia passione. Cu⁹ aũt passio ire ñ habet aliã passionẽ ↄtrariã veluti omnes alie passiones Dictũ est s. c. viij. In h ergo capitulo: ꝑmo dicendũ ẽ đ multiplici acceptione ire. Secũdo de obiecto ire. Tercio de causa ire. Quarto qualiter irã sit in deo. Considerandũ ꝑmo ꝙ ira dr̃ tripliciter. Quãdoq3 eñ ira ꝓ habitu ponit̃ vel actu cuiusdã vicij qđ opponit̃ mãsuetudini ꝺm supfluitatem ire ⁊ vocatur irascibilitas vt dr̃. iiij. Ethicoꝝ de hoc dictũ ẽ s. c. viij. Secũdo Ira dicit̃ voluntas vindicãdi vel puniendi aliqđ malefactũ ⁊ sic nõ est passio ꝓprie loquendo nec est in irascibili vi sensuali. sed ex in voluntate supiori. Et sic ira est in deo ⁊ fuit in xp̃o ⁊ in sanctis. ⁊ in iustis ⁊ sic accipitur in ps̃. Irascimini ⁊ nolite peccare Sz primo modo ira non est in deo nec fuit in xp̃o. nec est in sanctis ⁊ virtuosis. Tercio modo ira dicit̃ passio virtutis irascibilis q̃ cõtingit ex hoc ꝙ appetitus tẽdit ad destructionẽ alicui⁹ quod apprehẽdit contrarium rei volite ⁊ desiderate. Et si sit ꝺm ordinem ratiõis insurgens vl' a ratione ordinata dicit̃ ira per zelum ⁊ talis nõ est in deo. s fuit ꝺm humanitatẽ i xp̃o vt infra dicetur. Si autem non sit per rationem ordinata. erit ira per vicium. ⁊ talis est in malis et non in iustis ⁊ v̾tuosis. nec fuit in christo. Et est in brutis sed ibi caret ratione vicij et virtutis. Considerandum secundo ꝙ obiectum ire ẽ ar B
duum. quia ira est in vi irascibili passio q̃ requirit quandam arduitatem. Non eñ

ſurgit motus ire niſi cū quadā magnitudine. q᷑ nihil ⁊ modicū valde nullo digna nō extimamus. Unde ira reſpicit duo obiecta. vnū ſm̄ rationē boni. ſ. ipām vindictam quā appetit ⁊ ſperat ſicut quoddā bonū. vnde ⁊ de ipā delectat᷑. aliō ſm̄ rationē mali. ſ. hominem nociuū de q̄ vult vindicari. ⁊ ideo ira ⁊ paſſio quaſi cōpoſita ex cōtrarijs paſſionibus: ſecus autem eſt de alijs paſſionibus. verbi gr̄a. odiū ⁊ amor in q̄bus duplex ē attendenda differentia. Prima naꝫ ira ſemꝑ reſpicit ad duo obiecta vt dictum ē. Amor vō ⁊ odium qn̄qꝫ reſpiciunt vnū obiectū quandoqꝫ duo. vnū ſicut cum dr̄ aliq̄s amare vinum vl̄ aliq̄d hmōi vel etiā odire. Secūda differentia q᷑ vtriuſqꝫ obiectoꝝ qđ reſpicit amor ē bonū. qn̄. ſ. duo reſpicit vult eñ amās bonū amico ⁊ hoc tanq̄ ſibi cōuenienti. vtrūqꝫ etiā boꝝ obiectoꝝ q̄ reſpicit odiū habēt rationē mali. vult enim odiens malū alicui tanq̄ ſibi incōuenienti. Aliter eſt de ira ꝓut dictū eſt. Conſiderandum tercio de cauſa ire. Sanguis clarus ſubtilis ⁊ calidus a dn̄o (qualis ē ſanguis corpoꝝ in q̄bus color rubens dominat᷑) diſponit ad velociſſimā iram cuꝫ ſit velocis inflāmationis ⁊ motus ſed ira hec modicū ē durabilis cū oīm ſbtile ⁊ tenue celeriter reſoluat᷑. Si vō ſanguis ſit groſſus ⁊ frigidus ⁊ turbidus ſicut in habentibꝰ epar equalit̄ frigidū ⁊ ſiccū vl̄ amplius frigiduꝫ. hmōi ſanguis diſponit ad celerem ⁊ ꝑmanentē triſtitiā ⁊ ad lentam vel tardā iram. Sed ſi excitat᷑ ira ex forti cauſa nimiū ꝑſeuerat ⁊ inclinat ad odium vel ad rancorē cū eſt inueterata. fortitudo tamē ire iſtoꝝ minor eſt q̄ in habētibus groſſum ⁊ turbidū atqꝫ calidū ſanguinē. ſꝫ maior q̄ in habentibꝰ ipm̄ ſubtilem. ꝓpter qđ naturaliter odiū inueterat᷑ in ipīs vn̄ in. iiij. Ethicoꝝ Phus quoſdā iraſcētiū appellat acutos. ſ. q̄ cito iraſcūtur. quoſdā amaros q᷑. ſ. diu retinēt iram quoſdā difficiles q̄. ſ. nūq̄ quieſcūt donec puniant. hec q̄ dicta cauſa ire eſt naturalis ⁊ intrinſeca. Eſt ⁊ alia cauſa ire accidentalis ⁊ extrinſeca vꝫ aliq̄d factū cōtra iraſcentē. Cuius ratio ē. q᷑ ira ē appetitus nocendi ſub rōne iuſti vindicatiui. Vindicta autē locū nō habet niſi vbi preceſſit iniuria que ad eum ꝑtinet q̄ vindictam appetit. Iniuria autem ab aliq̄ facta nō ꝑtinet ad aliquem niſi aliquid fecerit qđ ſit aliquo mō cōtra ipſum. Paruipenſio etiā eſt cauſa ire ad quā oīs alie cauſe extrinſece reducunt᷑. Paruipenſio eñ opponit᷑ excellētie hoīs. Que eñ putāt hoīes nullo digna eē ꝑuipendūt. Ex omnibꝰ aūt bonis noſtris aliquam excellentiā querimus. ⁊ ideo quodcūqꝫ nocumentū inferat᷑ inquantū excellentie derogat videt᷑ ad ꝑuipenſionē ꝑtinere. Cū ei ira appetat vindictā ſub rōne iuſti. ⁊ idō ꝓuocatiuū ad irā ē aliq̄d ſub rōne iniuſti. Maxie aūt facit iniuſtū q̄ ex certa electōe ⁊ malicia nō paſſiōe vl̄ ignorātia alteri infert nocumētū. Et iō maxie ꝯ tales iraſcimur q᷑ ꝓpter ꝑuipenſionem videt᷑ feciſſe. Terminat᷑ aūt ira ī delectatiōe ꝓbatum nāqꝫ ē c. xij. q̄ oēs paſſiones reducūt᷑ ad vnā velut radicalē originē. ſ. ad amorē. lꝫ ꝑncipalior paſſio ſit delectatio cōſequēs hūc amorē vt q̄eſcat᷑ in re iā adepta. motus nāqꝫ ire īſurgit ex aliq̄ illata īiuria cōtriſtāte. Cui q̄dē triſtitie remediū adhibetur ꝑ vindictā. quāto aūt ꝯ iuſticiā maiorē ꝑ delectationē remediū adhibet᷑ tanto maior delectatio cauſat᷑. nō ei tollit᷑ triſticia niſi ꝑ delectationē vt ꝑ ſuū cōtrariuꝫ

Ira quō ſit in deo. Cōſiderādū q̄rto q̄ ira eſt in deo Naꝫ dicitur Eccli. xvj Miſericordia ⁊ ira cum illo eſt. Et pſal. Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me. Deus eñ ſemper idem eſt in varios affectus non ē mutabilis. de quo ſcriptum eſt. Tu autē dominē virtutum cum tranquillitate iudicas. furit ergo ſemper tranquillus. Iraſcitur ſemper placatus: non eſt furor: nō eſt ira in deo et in eius affectu. Sed extra deum et in ſuo effectu. Furor dei pena

Fides est substantia sperandaꝝ reruꝫ
argumentū nō apparentiū seu habit⁹ mē
tis quo inchoat̄ vita eterna faciens intel
lectū assentire nō apparentib⁹. Fides ꝑ-
ma est virtus theologica cui⁹ obiectū est
duplex. s. formale ꝛ materiale. Formale
est veritas ꝑma seu verū increatū. Ma-
teriale credibile qꝺ distinguit̄ ꝑ articlos
xij. ex ꝑte cause efficientis. s. aploꝝ. et per
articulos. xiiij. ex ꝑte obiecti. s. articuloꝝ
cōtentoꝝ in trib⁹ simbolis. s. aploꝝ. Ni-
ceno: athanasij. Subiectū fidei vel est vt
virtus ꝛ ꝑncipiū meriti sic est liberū arbi
trium: vel est vt habit⁹ sic respicit intelle
ctum speculatiuū ꝛ practicū ꝛ voluntatē
Actus fidei sunt duo interior ꝛ exterior
Interior vt credere. cui opponit̄ infide-
litas paganoꝝ: iudeoꝝ ꝛ hereticoꝝ. Exte
rior blasphemia q̄ tripliciť cōmittit̄. Do-
na spūſcti corrñdentia fidei sť duo. Pri-
mū est donū Intellect⁹: ꝑ qꝺ illuminat̄
hō vt sane capiat ea q̄ ꝓponunt̄ creden-
da. cui opponunt̄ duo. Primū dr̄ Ceci-
tas mentis. q̄ ꝭm. s. Bona. est voluntas
fastidiens ꝛ despiciens supiora ꝛ spūalia
Que contingit dupliciter. Uno mō quā-

cio homo hȝ voluntatē spontanee se auertendi a cōsideratiōe spiritualiū. Alio mō p occupationē mētis circa ea q̄ magis diligit quib⁹ a cōsideratione hō nimis auertit. Secundū qd̄ opponit̄ dono intellectus ē Hebetudo mētis q̄ ƀm .s. Bona. est volūtas libidinis ꝯseruāde ꝓprie carnis absorpta intelligentia. spūalia fastidiens. Et dr̄ hebetudo obfuscatio vel fatuitas vel tarditas. ⁊ hȝ fieri circa intelligētiā ⁊ importat quandā obfuscationē ⁊ debilitatē mētis circa ꝯsiderationē spūaliū bonoꝝ. Secundū donū corrn̄dens fidei ē Scientia p quā q̄s habet certū iudiciū de his q̄ sunt fidei discernēdo credenda a nō credendis.

Hebetudo mentis.

Scientia.

¶ De spe ⁊ vicijs oppositis. Ca. xxiiij.

A De spe ⁊ vicijs oppositis.

Spes ƀm suū actū ꝓparās ⁊ disponēs ad actū charitatꝭ tanq̄ ad ꝑfectionē ⁊ spūalis edificij cōplementū. secūda ꝟtus ē theologica. Nō em̄ diligit aliq̄s bonuȝ ꝓpter se ⁊ sup oia. nisi sperat ad illud bonū ꝑuentuꝝ. Constructio nāq̄ȝ spiritualis similis ē edificio materiali: Sed in edificio materiali non solum fundamentum p̄cedit edificij cōplementū. ƀ etiā parietes ƀm rectū ordinem p̄cedūt ipm̄ tectū si ergo fides assilat̄ ipsi fundamēto sustentanti ⁊ spes parieti erigēti ⁊ charitas tecto ꝯsūmanti videtur q̄ fides p̄cedat spem. ⁊ spes charitatē. In hoc igit̄ capitulo sex occurrūt considerāda. s. spei equocatio. actus. obiectū. subiectū. diffinitio ⁊ viciū oppositū. Quātum ad p̄mū considerandū q̄ spes in scripturis inuenit̄ accipi sex mōis. vno mō ē nomen affectionis appetitus sensitiui irascibilis sic diffinit̄ a pho Spes ē suspicio futuri boni. sic d̄ spe habitū ē in. ij. tract. ca. xxvj. scd̄o mō accipit̄ p re spata. iuxta illud Thim̄. ij. Expectantes beatā spem. i. beatitudinē. Tercio accipit̄ p habitu q̄ dirigit aīe motū ⁊ affectum in id qd̄ expectandū ē. ⁊ isto mō spes vt dicit. s. Bonauētu. in. iij. dis. xxvj. q. j. nō tm̄ ē ꝟtus gratuita. imo etiā ꝟtutū gratuitarū sustentamentū ⁊ anchora. Uirtus em̄ ē habit⁹ potentie regulatiuus et cōfirmatiu⁹. q̄ facit ipsam animā gaudere circa ea q̄ recta sūt. ƀm q̄ vult phs ƀ spes ē hmōi. Uirtus q̄dem gratuita ē. qm̄ in hoc q̄ facit animaȝ expectare ea q̄ sunt supra oēm estimationē humanā. Et ea q̄ ꝓmisit diuina largitas facit omnino cōfidere ⁊ inniti summe ⁊ imense largitati. sicut fides facit assentire summe veritati. ⁊ charitas facit adherere summe bonitati. Et dū aīa ipi immēse largitati innititur ꝓpter se ⁊ sup oia rectificat̄ ⁊ sup se eleuat̄ ⁊ iō accepta efficitur Necesse ē q̄ habit⁹ q̄ mediāte fit illud rōnē habeat̄ gratuite virtutis. Et q2 cū aīa innitit̄ ei q̄ non potest deficere. q̄uis ipa de se sit deficiens ⁊ vacillans. fundat̄ tamen per spem quasi p firmā petrā. Et iō spes nō tm̄ est in genere virtutū gratuitarum: sed etiā earū anchora ⁊ sustentamentum Et ideo dicit̄ ad Hebre. vj. Fortissimum habemus solaciū p quod cōfugim⁹ ad ꝓpositū nobis spem quā sicut anchora ⁊c. Facit etiā spes animaȝ gaudere circa ea que recta sunt ad Hebr̄. xij. spe gaudētes

Potest nihilominus esse Spes iformis p̄t ei aliq̄s spare vitā eternā sine gr̄a ḡtū faciente sic vt manifeste appet i illo qui ē i pctō mortali q̄ iteriȝ facit boni q̄cq̄d p̄t. vt de⁹ illustret cor suū ad penitētiā. q̄ sine p̄sumptōe sperat se habituꝝ beatitudinē ⁊ iste act⁹ sperādi ab aliq̄ hītu ꝓcedit q̄ q̄dē habit⁹ bon⁹ ē ⁊ tenet etiā q̄dāmō rōeȝ ꝟtutis. ꝓ eo q̄ potentiā quā ꝑficit q̄dam mō rectificat ⁊ vigorat. Rectificat inquā dū aliquā ordinationem tribuit ⁊ inclinationem ad gloriam tanq̄ ad finem vltimum vbi standum ⁊ quiescendum est. vigorat in hoc q̄ potentiam eleuat ad eterna bona expectanda. et quandam stabilitatem tribuit ne per desperationem succumbat. Quarto spes nominat virtutis actū et tunc spes oritur ex intuitu meritorum Nemo eniȝ recte se sperat ad beatitudinem peruenturum nisi qui seruit deo: et seruire proponit.

Spes informis.

Quinto spes nominat virtutis statuz ꝛ tunc spes ex meritis cōcomitantib⁹ habet ortum. Juxta illud Roma.v. Tribulatio opat patientiā. patientia ꝓbationē ꝓbatio spem.i.certitudinem ſm glosam ad quā certitudinem puenit p bona opera ꝛ maxime p tolerantiā tribulationum

Sexto spes nominat virtutis terminū siue obiectū.i.rem speratā .s.beatitudinē sempiternā. ꝛ tūc spes ex meritis pcedentibus habet ortū Et sic spes virtus ſm p̄mam acceptionem pcedit merita. ſm vltimā sequit ſm duas intermedias sequit ꝛ pcedit. Ad tū ad secundū ꝛ ad terciuz

B de actu ꝛ obiecto spei. Dicendū est hic simul. Pro q̄ sciendū sicut dicit s.Bonauē.in.iij.dis.xxvj. Theologice virtutes habēt deū ꝓ obiecto ꝛ superiorē partem anime ꝓ subiecto. vnde obiectū species ē bonū eternū ꝛ gloriosum. non sub ratiōe boni sed et ardui siue magni. cui spes innititur vt pmittenti magna. Unde sicut bō naturaliter appetit illuminari ꝛ delectari ita etiā nālit appetit gloriari. ꝛ h̄ dico ſm ipius anime supremū. Sicut ergo i nobis est reperire aliquas virtutes pficientes ꝛ dirigentes ipam animā respectu veri illuminātis ꝛ respectu boni delectātis vtpote fidē ꝛ charitatē. ita erit respectu ardui ꝛ excellentis. hāc aūt nō ē dare nisi spem. ꝛ hoc sic habet manifestari. Spei enim duplex est actus. quaz vnus est pncipiū. ꝛ origo alterius. Spes eñi facit confidere. ꝛ faciendo ꝯfidere facit expectare. nullus aūt recte confidens ꝯfidit ꝛ innititur nisi in eo q̄ nec possit nec velit sibi deficere. Talis aūt nō est nisi ille q̄ est potētissimus in virtute ꝛ munificentissimus in liberalitate. ꝛ hoc nō habet nisi habeat excellentiā virtutis. Cū aūt qs totā fiduciā suam in eum posuit. q̄ excellentissime virtutis est ꝛ liberalitatis. magna ab eo expectat se assecuturū. Qm̄ ḡ spes habet obiectū magnū ꝛ arduum in confitendo. hinc est q̄ habet ꝓ obiecto magnū ꝛ arduū in expectādo. Et hinc q̄ ipe dn̄s in quo speramus magna promittit nobis in consolatione spei nostre. Juxta qd dicit abrae: Gen̄.xv. Noli timere abraam q2 ego protector tuus sum (in quo debes cōfidere) ꝛ merces tua magna nimis (quaz debes expectare) Concedendū ergo est q̄ obiectū spei est bonū sub rōne magni ꝛ ardui Et q2 gloriosum noiat magnū sublimitate. Eternū nomiat magnū diuinitate. Illud intensiue. istud extensiue. Ideo cōcedi pōt etiam q̄ obiectū spei sit bonuz sub rōne gloriosi. ꝛ sub rōne eterni. ꝛ hoc sub rōne excellentis ꝛ indeficiētis. q̄ duo concurrūt ad pfectā rationē magni ipius boni. Et q2 bonū eternū ꝛ gloriosum est duplex.s.creatū ꝛ increatū. ꝛ respectu vtriusq3 est spes. Concedi pōt q̄ obiectum spei est duplex.s. Creatū.s.id qd obtinendum sperat.s.beatitudo formalis q̄ ē quid creatū. Et increatū et principale in quod tēdit spes tanq̄ in id a quo aliqd obtinendū sperat ꝛ hoc est obiectū principale scz diuina largitas ꝛ munificētia. a quo beatitudo formalis ꝛ creata q̄ omnē naturalē potentiā excedit sperat. Et est simile de fide. que habet ꝓ obiecto articulum fidei. ſ tamē illi articuli fidei solū credūt q2 reuelati sunt a deo q̄ est infallibilis veritas cui primarie credit tāq̄ pncipali obiecto fidei. Sic etiā dicendū est de spe. q̄ q2 cū inuitat ꝛ expectat beatitudinez ꝓpter dei munificentiam ꝛ largitatem. ꝯsequēs ē q̄ spes magis figatur in deum q̄ in beatitudinem iuxta regulam prioristicam. ꝓpter quod vnumquodq3 tale ꝛ illud magis.ꝛ

Ad tm̄ ad quartū de subiecto spei. Dicēdum ſm s.Bo.vbi supra. Spes ē in potentia affectiua nō in cognitiua vt in subiecto. Est eñi in vi irascibili q̄ est pars potentie affectiue. ꝓut dictū est.j.tracta.ca.xlix. Potentie eñi irascibilis nō tm̄ ē detestari mala culpe ꝛ ppeti mala. ſ etiam aggredi terribilia. ꝛ erigere ad magna et ardua. Ad detestationē culpe aliene requiritur iram p zelum. Ad detestationez culpe ꝓprie requirit penitentiam. ad aggressio- C

nē malorū pene requirit patientiam. Ad aggressione terribiliū h₃ fortitudinez. Et tunc ad expectationē eterne btitudinis p spem erigit a deo liberaliter ,pmisse: hoc aūt satis pōt colligi: Tū ex pte affectiōis substrate. Tū ex pte ꝯditionis adiuncte. Tū ex pte dotis subsecuture. Ex pte affectionis substrate qꝛ cū q̄tuoꝛ sunt affectiones p̄ncipales vicȝ gaudiū: doloꝛ: spes ꝛ timoꝛ. Sicut gaudiū ꝛ doloꝛ sunt circa eā dē potentiā scȝ ꝯcupiscibilē: ita etiā spes ꝛ timoꝛ. Cū ḡ planū sit timorē esse ipsius potētie irascibilis: nō est dubium q̄n affectio spei ad potētiā ptinet irascibilē: ac p ꝯ͂ habit⁹ ꝟtutis spei dirigēs affectionē illā. Ex pte silr ꝯditionis annexe hoc ip̄m pōt aperte videri. Spei em̄ est stabilire ꝛ q̄dammō assecurare de assequēda futura btitudine. Stabilitio aūt ꝛ ꝯfirmatio ptinet ad potētiā irascibilē. Sicut em̄ rōnal' se h₃ ad claritatē: ꝛ ꝯcupiscibilis ad voluptatē: sic irascibilis ad securitatē. Quia ḡ assecuratio est cōditio cōcomitās ipsam spem indubitāter verū est virtutē spei ad irascibilē ptinere Ex pte dotis future hoc ip̄m pōt haberi. Sicut em̄ ad fidē sequit̄ visio: ita ad spem sequit̄ secura tētio. Firmiter aūt tenere est ipius potētie cui⁹ est habitū defendere: hoc aūt nō est dubium

D esse potentiā irascibilē. Qrtū ad q̄rtum de diffinitione spei. Spes in q̄ntum ē nomē affectionis diffinit̄ a pho. Spes ē suspitio futuri boni. Cū em̄ aīa app̄hendit aliq̄d nōdū p̄ns ꝫ futuri in rōne ꝯuenien̄ afficit̄ affectione spei: si assit ptās assequndi: ꝛ sic spes ꝯsistit in q̄dā ꝯfidētia ꝛ erectione: sicut timoꝛ in q̄dā fuga ꝛ resilitiōe cū aīa app̄hēdit aliq̄d ꝫ rōne discōuenientis: afficit̄ affectiōe timoris si possit ab illo superari. In q̄ntū spes est nomē ꝟtutis trib⁹ diffinitionib⁹ notificat̄. Prima ē hec ꝛ eā ponit mgr̄ in .ij. dist. xxvj. Spes ē virtus q̄ spūalia ꝛ eterna bona sperant̄. i. cū fiducia expectant̄. Spes hic diffinitur vt dicit .S. Bonauē. p cōparationē ad obiectum ꝓpꝛium. Obiectū em̄ spei (vt dictū est) est ipsum bonum eternum ꝛ gl'iosum hoc aūt duplex est scȝ creatū ꝛ increatum et respectu vtriusq₃ est spes: p̄ncipaliter tn̄ respectu boni increati. Et ꝫm hoc dupliciter pōt intelligi p̄dicta diffinitio. Et si intelligat̄ de bono increato: tūc spes dī expectare eterna bona: q̄ quidē currūt sine p̄ncipio ꝛ fine. Si aūt intelligat̄ de bono creato: ꝛ tūc dī expectare bona eterna id est ppetua. Utroq₃ tn̄ mō pluralit̄ dicitur expectare bona eterna: non qꝛ plura sunt bona summa: ꝫ qꝛ bonū eternū qd̄ ē ip̄a immensa bonitas: oīa bona excellit p sui eminentiā: ꝛ bonū ppetuū qd̄ est beatitudo creata: oīa bona cōprehēdit p eq̄pollentiā: ideo pluraliter dī eterna: nō ꝓpter eternitatis multitudinē: ꝫ ꝓpter boni expectati oīmodā plenitudinem. Per bona aūt spūalia pn̄t intelligi venia peccatoꝝ: grā meritoꝝ ꝛ gloria meritoꝝ: vt dicat̄: q̄dā spes venie: q̄dā grē ꝛ quedaȝ glorie. Scd̄a diffinitio hec est. Spes est certa expectatio future beatitudinis: veniēs ex dei gratia ꝛ meritis p̄cedentibus. Hec diffinitio q̄ ad primā ei⁹ partē habetur ex glo. Haymonis sup illud Rom̄. v. Probatio vero spem. Spes inquit ē certa expectatio future glorie. Diffinitio hec dat̄ per actū et obiectū spei: vnde habit⁹ innotescit p actū et obiectū. ij. de aīa. Est em̄ spes habitus inclinās ꝛ determinans potentiā irascibilē ad certā expectationē respectu obiecti debiti scȝ future beatitudinis. Est etiā spes habitus infusus: quia per eam ꝓtendit̄ appetitus irascibilis in bonū arduum scȝ glorie: qd̄ est supra omnem facultatē nature. Explanatur autē sic diffinitio. Spes est certa qd̄ dicit̄ propter hesitationem seu dubitationem Nā spes vsq₃quaq₃ absq₃ fluctuatione hesitationis est. Est em̄ certitudo cognitionis que opponitur dubitationi seu hesitationi: ꝛ hec pertinet ad fidem. Et est certitudo fiducie: que opponitur titubationi vel desperationi ꝛ hec pertinet ad spem: ꝛ est certitudo securitatis: que opponitur ti-

morꝫ separationis: et hec erit in patria. Expectatio dicit ad differentiã cõprehẽsionis q̃ erit in patria vbi nihil expectatur sed oĩa p̃sentialiter habent. future btitudinis dicit ad differentiam timoris seruilis q̃ est expectatio future miserie. Expectatio inq̃ proueniẽs ex gratia.i.benignitate dei considerata: dicit ad differentiã desperationis q̃ seueritatẽ tm̃ cõsiderat. Et ex meritis p̃cedẽtibus dicit ad differẽtiam p̃sumptionis: q̃ ex dei benignitate tm̃ cõsiderata ꝛ nõ cũ hoc ex meritis btitudinẽ adipisci credit. Tercia diffinitio spei est Augusti.de ci.dei. Spes est vtus qua quis se ad illud qd̓ credit queturum p̃sumit. Hec diffinitio dat ꝑ obiectũ spei ꝛ aliã virtutẽ p̃ambulã: scꝫ fidẽ q̃ tangit in verbo credẽdi. Ex tribus dictis notificationib⁹ spei elicit quarta diffinitio integralis. Spes est audacia mẽtis de largitate dei cõcepta: habendi vitã eternam ꝑ bona merita. Quãtum ad sextum de vicijs oppositis spei. Considerandũ q̄ spei opponunt duo vicia: vnum ꝑ defectũ scꝫ

E

Desperatio — Desperatio per quã cõtemnit diuina misericordia cui spẽs innitit per excessum.

Presumptio — Presumptio per quã ꝯtemnit diuina iusticia q̃ peccatores punit. Hec eñ duo vicia sunt due spẽs peccati in spm̃sctm̃: impugnãt eñ grãm penitentialẽ in cõpatione ad deuꝫ a quo datur: fiunt eñ pctã in spm̃sctm̃ ex certa malicia siue industria: q̃ est auersio volũtatis malignãtis a summe clemente deo. Clemẽtia autẽ summa: deo spũsctõ appropriat. Nam vniuerse viẽ dñi misc̓dia ꝛ veritas siue iusticia: misericordiã impugnat: desperatio: iusticiã p̃sumptio: ꝛ sic ambo vicia spei opponũtur. Nam spes vt dictum est quasi duabus basibus innititur: dei vicꝫ liberalitati siue misericordie: qui sibi seruiẽtes remunerat de qua diffidit desperatio: ꝛ dei iusticie qui sibi seruientes soluit qui promisit quã contemnit presumptio. Considerandũ igitur q̄ desperatio oponitur spei: quia per spem reuocamur a malis ꝛ introducimur in bona ꝓsequẽda. Et ideo spe sublata irrefrenate homines in vicia labuntur ꝛ a bonis operibus retrahunt. et hoc fit per desperationem. Unde dicit Isidorus de sum.bo. Perpetrare flagitium aliqd̓ mors est. Sed desperare est descendere in infernum. Oritur autẽ desperatio sicut dicit Grego.in mora. ex luxuria. Ex luxuria eñ puenit q̄ homo fastidit bona spũalia ꝛ nõ reputat ea bona ardua. Unde San. Bonauẽtu. eam sic describit. Desperatio siue horror futuri seculi est voluntas voluptate p̃ñti cecata de eterna iocũditate desperans. Sed specialius s̄m Greg. Desperatio oritur ex accidia: que est tristicia q̃dam spũs deiectiua vt sic diffinitur. Desperatio est voluntas grauedineꝫ reprimens: de dei adiutorio ad perficienda agenda diffidens: siue de remuneratione diuina: ꝑter sustinentiam grauedinis que est in implẽdis preceptis diffidẽs. De p̃sumptione q̃ opponit spei ꝑ excessum. Sciendum q̄ duplex est p̃sumptio viciosa: vna q̃ oritur ex propria virtute q̃ est species superbie et opponitur magnanimitati: de qua supra habitum est ca.xix. Altera presumptio viciosa est: que consurgit ex contẽptu diuine maiestatis et iusticie: que si ex sola electione procedit est peccatum in spm̃sanctum et directe opponitur spei. Est enim quedaꝫ spei inordinatio ex sola electione procedens s̄m Richardum. Et hec recte videtur oriri ex superbia: ac si talem quis se extimat q̄ etiam eum peccantẽ deus nõ puniet. Considerandum etiam q̄ presumere qñq3 ponitur ꝓ sperare Judith.ix. Exaudi me miserã de tua misericordia presumentẽ. Ipsa nanq3 spes recta que habetur de deo videtur p̃sumptio si s̄m humanam conditionem mensuretur. Non autem est presumptio si diuine bonitatis immensitas attendatur. Donum spiritussancti correspondens spei est donuꝫ timoris: quo timemus nos sub subtrahere ab auxilio diuino per quod auxiliũ fiduci

am habemus obtinere quod speramus.

De charitate.

Capitulum xxv.

A

De charitate. cHaritatē xp̄us tantā habuit qua maior esse nō valet: q̄ ex charitate eximia aīam posuit p amicis & inimicis. Habuit etiam in corde charitatē: quā ope nobis exhibuit: vt exhibitionis forma nos ad diligendū instrueret. Ad charitatē etiā (q̄ est radix forma finis complementū vinculum pfectionis) magister oīm xp̄us legem & pphetas & p cōsequēs vniuersa dei mandata & documēta reducit. Igit̄ hic aliquid dicendū erit de charitate. Et p̄mo in p̄nti caplo de ipa Scdo de effectibus cōsequētibus actum charitatis ca. sequenti (de ipsa charitate. Primū dicendū est q̄tum ad eius subiectum. Scdo q̄tum ad eius obiectū. Tertio q̄tum ad actuz. Quarto quo ad eius essentiam. Quinto quo ad oppositū vitiū scʒ odium. Quo ad primuz dicendum ɓm s. Bona. q̄ subiectū charitatis ē vis cōcupiscibilis: q̄ est pars potentie affectiue siue voluntatis. Uirtutes nanqʒ theologice habent partē aīe superiorē p subiecto: vnde sicut homo naturaliter appetit illuminari in rōnali: sub rōne veritatis sup posse naturale nostri intellect⁹ eleuare ɓm statum presentē. scʒ p fidem: & gloriari in irascibili: sub rōne bonitat̄ sua arduitate facultatē humanā excedētis. scʒ per spem: sic etiā appetit naturaliter delectari in voluntate cōcupiscibili: sub rōne sup̄me volūtatis seipsam supnaturaliter cōmunicantis p charitatē: que est quidā habitus supnaturaliter infusus in vi concupiscibili p spm̄sanctū: nō ɓm capacitatem naturalium: sed ɓm voluntatē spūssancti diuidēs singulis put vult. Ille autem habitus charitatis inclinat ad actuz charitatis: & facit potentiā ɔcupiscibilem delectabiliter & pmpte & faciliter operari Item sicut cōtingit potentiaz rōnalem & irascibilem obliquari & dirigi: ita etiaz cōcupiscibilem: ergo sicut aliqua est virtus theologica in rōnali: & aliq̄ in irascibili: ita aliqua debet esse in cōcupiscibili: & hec non est nisi charitas. Quo ad scdm̄ de obiecto charitat̄. Rn̄det sctūs Bonauē. in. iij. dist. xxvij. q̄ obiectū formale primū & principale charitatis rōne cuius diligitur q̄cquid ex charitate diligit̄: est bonuz summū & bonū simplr̄ sub rōne boni: videlicet deus sub rōne p̄me bonitatis supnaturaliter se cōicantis. Est em̄ de⁹ summū bonuz quo nil melius excogitari vel esse pōt: & a q̄ est oē qd̄ aliq̄ mō bonū est. Ipse em̄ est infinitus cuius nō est aliud esse q̄ amare: vn̄ dicit Ansbel. q̄ rōnalis creatura nihil debet diligere nisi summā essentiam. Et licet om̄es virtutes theologice habeant deum p obiecto: Obiectuz tamē charitat̄ distinguit̄ ab obiecto aliarum virtutum theologicaꝝ non ɓm substantiam (quēadmodū distinguit̄ ab obiectis virtutū cardinaliū: q̄ habent obiectum creatum) sed ɓm rōnem mouendi: que quidem ratio mouendi facit diuersitatem in actu et habitu et potentia: sicut patet quia q̄uis vnum & idem sint verū & bonum: tamen cognitio & affectio: & potentia cognitiua & affectiua: & habitus scientie & virtutis: habent adinuicem differentiam: vnde sicut fides respicit deū sub ratione veri: spes sub ratione ardui: sic charitas sub ratione boni: sic obiectum charitatis non distinguit̄ ɓm substantiaz ab obiectis aliarum virtutum theologicarum: sed quia bonum sub ratione boni & verum sub ratiōe veri dicunt diuersas rationes mouendi ɓm quas ratiōes mouendi est distinctio in obiectis Ordo diligendorum. Ordo diligendorum. Plura autem alia sunt diligenda ex charitate propter summaz bonitatem: siue propter deū sub rōne summi boni. Licet enim omnia opera diuina sint valde bona. Quatuor tamen sunt ex ordine charitatis diligenda: ɓm August. in libro de doctrina xp̄iana. Unum quod est supra nos scʒ deus. Alterum qd̄ nos sumus. Tertiū qd̄ iuxta nos scʒ primus

B

Quartū qđ infra nos scʒ humanū corp⁹
ad hec q̄tuor reduci possunt omīa diligē
da. Angeli em̄ ptinent noīe ꝓximi: vt di
cit August. Corpus vero ꝓximi ptinet sub
q̄rto mēbro: q2 est infra nos sicut corpus
nr̄m. Hoꝝ aūt sufficientiā assignat sctūs
Bona. Ex charitate diligere est summuʒ
bonū optare dilectio. Qui ḡ ex charitate
diligit: aut optat summū bonū ipsi deo: ꝛ
sic est primū membꝝ: aut sibipsi: ꝛ sic est
scđm: aut sibi simili: ꝛ sic est tertiū: aut si-
bi inherenti: ꝛ sic ē q̄rtū. Est aūt deus di-
ligēdus sup oīa: p̄mo ꝛ ꝓpter se: nos scđo
ꝓ deo ꝛ sub deo. Proximus autēʒ ter
tio: sicut nos ꝛ ex quo nos: q2 affectu et
effectu. Ad qđ nos: q2 ad grām in p̄nti et
ad gl̄iam in futuro. In q̄ nos: q2 in bono
ꝓpter qđ nos: q2 ꝓpter deum. Quarto
corpus nr̄m infra nos ꝛ infra ꝓximum:
tanq̄ bonū minus p̄cipuū ꝛ infimū: ꝛ in
eodē gradu ptinere dʒ corpus ꝓximi: q̄a
vtrūqʒ tenet rōnem inferioris. Ad hec
aūt exequēda dat̃ nobis vnus charitat̃
habit⁹ (Est em̄ vnus ꝛ indiuisus ſm spe
ciem: licet ſm nūerū plures sint habitus
charitat̃. In diuersis em̄ aīabus plures
sunt charitates: cū habit⁹ ꝛ accidētia nu
merent̃ penes subiectuʒ. In oībus tn̄ in
q̄bus ē: ē vna charitas specie) Et duplex
mandatū: in q̄ pendet vniuersitas legis ꝛ
ꝓphaꝝ noui ꝛ veteris testamenti. Amor
em̄ cū sit pōdus mētis ꝛ origo oīs mēta-
lis affectiōis: de facile reflectit̃ in se: ꝛ diffi
ciliter tendit in ꝓximū: ꝛ difficilius eleua
tur in deū. hinc ē q̄ q̄tuor licʒ sint diligen
da ex charitate Duplex tn̄ dat̃ mādatū
vnū qđ dirigit in deū: aliud qđ dirigit in
ꝓximū: in mādato ꝓximi includit̃ dile-
ctio sui: q2 ad h̄ est ordinat⁹ ꝑ naturā: iō
nō opportuit ad h̄ induci p̄ceptio. Cor
relariū licʒ multa sunt diligenda: vnū tn̄
solum est bonū optatū: ꝛ illud ē obiectuʒ
p̄ncipale habit⁹ charitatis: q̄n ip̄m ꝓpter
se optat̃ a charitate: ita q̄ hʒ rōnē obiecti
principaliter mouētis ꝛ finis quietantis.
Et q2 est vnū soluʒ: siue cōpet̃ ad se: siue
compet̃ ad eū q̄ habet charitatē: siue ad
eius ꝓximū: hinc ē q̄ charitatis obiectū
est vnū solū. Assignat aūt Ambro. p̄ter
supradictū: aliū ordinē. Nā ponit sex di-
ligēda ex charitate: vt p̄mo deū: scđo nos
metipsos: tertio parētes: deinde filios et
fratres: postea domesticos: demum inimi
cos diligam⁹: hoꝝ q̄tuor vltima membra
reducunt̃ ad tertium membrū Augusti.

Quātum ad tertium de actu charitatis.
Circa qđ ꝯsiderāduʒ: q̄ actus charitatis
sunt duplices: quidā actus ab ea impan
tur: ꝛ isti sunt plures ꝛ ſm spēm differen
tes: q2 voluntas ꝑ charitatē impat actib⁹
oīm aliaꝝ virtutū: sicut motor ꝑm⁹ non
sicut motor immediat⁹. vn̄. j. Coꝝ. xiij. di
cit ap̄ls q̄ charitas patiēs est: benigna ē:
oīa suffert: oīa credit: oīa sperat ꝛc̄. Et e-
numerat ibi in opa ṽtutū. Qn̄ ergo dicit̃
charitas patiēs est: charitas benigna est.
dicit sctūs Bona. q̄ illa p̄dicatio est cau-
salis ꝛ ꝑ causam data. Et si tu q̄ras ꝑ qđ
genus cause. R̄ndet sctūs Bona. q̄ cha-
ritas in mouēdo: q̄dāmō habet rōnē effi-
cientis: q̄dāmō formalis: q̄dāmō finalis:
Amor aūt charitatis aliīs virtutib⁹ vt in
actus suos exeant impat: ꝛ impando in-
format: quia facit eos meritorios: ꝛ infor-
mādo iūgit fini: ꝛ in ipso q̄etat: dum facit
nos adherē deo ꝛ ipso frui. Habet etiā
charitas rōnem efficientis: forme ꝛ finis
respectu volūtatis nr̄e. Charitas em̄ ꝯti-
nuat voluntatē nr̄am deo: vt p̄ncipio mo
uenti. Et ꝯformat ei: vt regule dirigēti: et
iungit: vt fini quietāti: q2 qđ est pōdus in
corꝑibus hoc est amor in spiritib⁹: ꝛ idō
sicut deus habet rōnem efficiētis inq̄ntū
mouet: ꝛ formalis inq̄ntū dirigit ꝛ finalis
inq̄ntū q̄etat: sic ꝛ ipsa charitas respectu
oꝑis boni a volūtate impati: habet rōnē
istius triplicis cause: ſm diuersas cōpa-
tiones nr̄e volūtatis ad diuinā volūtatē
Dicit̃ etiam sup hoc vinculū ꝑfectionis:
in cōꝑatione ad ꝓximos q̄ nobis in vin-
culo charitatis iungunt̃. Et ideo dr̄ chari
tas: quasi chara vnitas: q2 vnit hoīes in

vinculo pfecte dilectionis. Ex his claret
id qd dictũ est in principio huius capli: q
Charitas est radix forma finis et vinculũ
pfectionis. Qz aũt charitas sit radix ptz
p Grego. qui dicit q p̃cepta sunt multa p
diuersitatẽ opis: ⁊ vnũ in radice dilectio-
nis: qz quicqd p̃cipit in sola charitate ra-
dicat. Nõ qz solius charitatis sit exequi
p̃cepta iniuncta: sed qz alie ṽtutes nõ exe-
quunt diuina p̃cepta ꝯm acceptationem
diuinã nec sunt meritorie vite eterne sine
charitate. Secũdi sunt actus charitatis
eliciti ab ea. Et isti sunt plures p ordinez
se habẽtes. Jlle tñ actus q̃ immediate eli
citur a charitate ⁊ mediante q̃ alij actus
ab ea eliciunt: non põt esse nisi vnus ꝯm
spẽm: q̃ est diligere siue actus diligendi.
Quo elicit actus desiderãdi bonũ futuz
⁊ dr̃ desideriũ. Gaudendi de bono p̃nti: ⁊
dr̃ gaudiũ. Odium malum ꝯtrariũ bono
ex charitate amato: ⁊ fugiendo illud cum
est futurũ: ⁊ tristando de illo cũ est p̃sens
De actu charitatis imediate ab ea eli-
cito dicit San. Bonauẽ. in. iij. dist. xxvij.
Actus charitatis est diligere: diligere aũt
est idem qd velle bonũ. Cũ ergo charitas
diligit aliquẽ: bonũ optat ei quem diligit.
Jstud ãt bonũ qd charitas optat vnũ so
lum est: vicz bonũ eternũ ⁊ bonũ summũ
Jstud aũt bonũ summũ p charitatẽ: ali-
qñ optat deo: aliqñ sibi: aliqñ ꝓximo: ꝯm
q optat ipsum ipsi deo: dicit diligere deũ
qz vult q ipse sit summũ bonũ: ⁊ q habe
at omne bonũ p essentiã. Scdm q optat
illud ꝓximo: sic dr̃ diligere ꝓximuz: quia
vult q habeat illud bonũ p grãm ⁊ glãz
ꝯm q optat illd sibi: sic dr̃ diligere seipm.

Considerandũ hic q q̃uis dilectio im
mediate respicit actũ ꝯcupiscibilis nihilo
minus tñ actus aliaꝝ viriũ respicit vt dis
ponẽtes: vñ oẽs vires aie q̃dammõ ordi-
nant ad ip̃az dilectionẽ: sicut ad id qd rõ
nem cõpletã hz respectu oĩm virium. Et
qm̃ vires superiores aie sunt tres: iõ tres
opponunt ꝯditiones ꝓ actu diligẽdi. Et
rursus: qz ternarius viriũ aie duplr̃ habz
distingui: ita q vnus illorum modorum
nõ discordat ab alio: ideo ꝯditiones circa
actũ diligendi respiciẽtes vires aie dupli
ci mõ opponi ⁊ distingui habẽt. Uno mõ
distinguunt vires aie ꝯm q in eis ꝯsistit
imago ⁊ dñt esse in mẽte vicz memoria in
telligẽtia ⁊ voluntas. Et ꝯm istas tres vi
res assignant tres ꝯditiones in Matth.
xxij. Ex toto corde: ⁊ respicit intelligentiã
qd exponit Aug⁹. id est ex toto intellectu
sine errore. Ex tota aĩa. i. ex tota volũta
te sine ꝯ̃dictione. Ex tota mente. i. ex tota
memoria sine obliuione. Alio modo di
stinguunt vires aie in rõnalem irascibilẽ
cõcupiscibilẽ. Et ꝯm hoc tres apponũtur
ꝯditiones Deut. vj. Quarũ vna respicit
rõnalẽ vicz Ex toto corde. Alia ꝯcupisci-
bilem: vicz Ex tota aĩa. Et tercia irascibi
lem vicz Ex tota fortitudine. Loco cu us
Marci. xij. ponit ista ꝯditio. Ex tota vir-
tute. Et Luce. x. Ex omibus viribus tuis
Exponunt aũt a bernhardo. Ex toto cor
de. i. sapiẽter. Ex tota aĩa. i. dulciter. Ex
tota fortitudine. i. fortiter: vt non seduca-
mur fallacijs: non abducamur blãdicijs:
nõ frangamur iniurijs. Qz vero totũ cor
semp ferat in deũ actu ꝯm dictas ꝯditio-
nes hoc solũ erit in patria: ⁊ nõ põt esse in
via ꝓpter humanam fragilitatez: vt dicit
Aug⁹. Potest tñ hõ qñqz studiũ suum de
putare ad vacandũ deo et diuinis oĩbus
alijs p̃termissis: nisi q̃ntum reqrit necessi
tas p̃ntis vite. Et hoc potest esse in via.

Aliter exponit Lyra cõditiones appo
sitas in p̃cepto charitatis. Sunt em̃ q̃tu-
or de rõne huius p̃cepti scz diligendũ Ex
toto corde Ex tota mente Ex tota anima
⁊ ex tota fortitudine. Cum em̃ diligere sit
actus volũtatis. Duplex autez est actus
ipsius. Unus est elicitus qui immediate
egredit ab ip̃a volũtate: qz sicut ex corde
oritur motus ad alias ptes corporis ita
voluntas mouet alias potentias anime.
Diligere ergo deuz ex toto corde est ip̃m
diligere q nihil diligit contra ip̃m. Alius
est actus volũtatis imꝑatus: q̃ est actus

alterius potētie mote ad suū actum per ipsam voluntatē (de duplici actu voluntatis: hab. tū est. j. tracta. xxxv. ⁊. xxxvij. ca.) Per voluntatē nāqꝫ informatā charitate mouet̄ intellectus ad assentienduz his q̄ sunt fidei: ⁊ ad meditandū de deo dilecto Iste actus significat̄ cuz subdit̄. Ex tota mēte. Ibi em̄ mens accipit̄ ꝓ intellectu. Alterius ꝑ voluntatē mouet̄ appetitus sensitiuus vt ꝯformet̄ superiori parti: qꝛ sicut spera superior mouet̄ inferiorē suo motu: ita voluntas appetitū sensitiuū: vt dꝛ. ij. de aīa. Et iste actus notat̄ cū dicit̄ Ex tota aīa: ꝑ aīam intelligit̄ hic pars sensitiua: ſm ꝙ dꝛ Geñ. j. factus est homo in aīam viuentē. i. vitā aīalem ⁊ sensibilem corpori dantē. Alterius ꝑ voluntatē mouent̄ potētie motiue ⁊ executiue ad operandū ex dilectione: ⁊ hoc notat̄ cum dꝛ. Ex tota fortitudine. Uel ex oībus virib⁹ tuis: vel ex tota virtute: qd̄ idez est (ad q̄ et ad q̄t se extendat imperiū voluntatis: dictū est s̄. j. tract. ca. xxxvij.) Quātum ad

E quartū diffinitionē scꝫ charitatis. Dicendū ꝓut dicit. s. Bonauē. in. iij. dist. xxvij. ⁊ in centiloquio. Charitas ſm multiplicē sui cōparationē hꝫ multipliciter diffiniri.

Compata ad actū ꝓprium q̄ est vnire ⁊ adherere tripl'r diffinit̄. Primo ab Aug. in li. de moribus ecclesie sic. Charitas est animi rectissima affectio ꝯiungēs nos cū deo: per hoc qd̄ dꝛ Coniungens charitas differt a spe: qꝛ spei ꝓprie loquēdo nō conuenit vnire sed magis erigere. Fidei em̄ est dirigere: spei erigere: et charitatis adherere. Scd̄o diffinit̄ ab Aug⁹. in li. soliloqui. Charitas est virtus qua deum videre: eoqꝫ perfrui desideramus. Hec notificatio datur ſm digniorem actum charitatis per comparationē ad vltimum finem: ibi per desideram⁹ explicat̄ desiderium quod est actus charitatis: et sumit̄ ꝓut excludit fastidium: et non solum est rei absentis immo presentis: ⁊ diffinitur hic charitas vie: que habet secum annexam imperfectionez quia desiderium est rei absentis et motus imperfectus: vnde sicut fides cognoscit sibi ⁊ alijs ꝟtutibus sic charitas desiderat sibi et alijs. Et qm̄ perfectio mercedis consistit in visione et fruitione dei: hinc est ꝙ charitas diffinit̄ per desiderium vtriusqꝫ: non quia videre sit ꝓprium eius: sed quia desiderium habendi deum est ꝓprium charitatis. Tercio diffinit̄ in li. de spiritu ⁊ anima. Charitas est vita copulans amantē cum amato vicꝫ affectum nr̄m cum deo: ibi vita nō accipitur pro vita ꝓut est actus p̄rimus quia sic est perfectio absoluta Copulatio vero amantis cum amato est qualitas respectiua: sed sumitur vita prout est actus scd̄s habens respectum ad obiectū. Charitas em̄ viuificat ⁊ copulat aīam cū deo.

Compata ad habitum sibi adiunctum diffinitur ab ap'lo. j. Thimo. j. Charitas est finis precepti: de corde puro: cōsciētia bona: ⁊ fide non ficta. Hic charitas diffinitur in compatione ad habitus aliarum virtutum theologicarum (qꝛ vnit eas simul) p̄ncipatū tenet inter eas. Et ideo mouet ⁊ informat ⁊ terminat siue ꝯsummat vnde dicit Glo. Charitas est finis cōsummationis: sicut tunica que cōsummat̄ vt perfecta sit: non consumptionis: sicut panis q̄ consumit̄ vt non sit. Et ꝓpterea est finis p̄cepti: quia est finis aliarum virtutum theologicarum. Actus em̄ aliarum disponūt ad actum charitatis scꝫ diligere quem ip̄a charitas immediate elicit: ideo enim quia credimus deum liberalissimū speramus in eo. Et qꝛ de liberalitate ipsius speramus: eum diligimus. Et ideo ponuntur ibi tres conditiones. Et ꝑ primā que dicitur ibi De corde puro: tangit̄ cōditio charitatis cuius est depurare affectum ab omni terrenitate. Oportet enim cor depurare ab amore mundi vt impleatur amore dei. Per scd̄am conditionem tangitur conditio spei: quia dicit Glo. Ille sperat qui conscientiam bonam gerit. Per terciam conditio fidei: fides scilicet non ficta sed vera: non illa quem heretici

fingunt: ⁊ ſm hoc cõditiones tres dicte ordinant̄ ſm ꝙ principalius ad charitatem diſponunt. Charitas compata ad obiectũ ꝓprium diffinit̄ a magr̃o in ſentẽtijs lib. iij. diſt. xxvij. Charitas eſt dilectio qua diligit̄ deus ꝓpter ſe: ⁊ ꝓxim⁹ ꝓpter deum ⁊ in deo. Hic diffinit̄ habitus ꝑ ſuũ actũ: q: charitas noiat habituʒ ſ; dilectio actũ: ⁊ ſic diffinit̄ charitas ꝑ dilectioneʒ tanꝗ̄ minus cõe ꝑ magis cõe vt patebit. In dicta diffinitione dicit̄ in deo: ꝓpter illos qui iuſti ſunt q̇ manẽt in deo ꝑ gr̃am ꝓpter deum: dicit̄ ꝗ̄tum ad illos q̇ nõdũ ſunt iuſti: q̇ ad hoc amãdi ſunt vt iuſti fiant: et in deo ꝑ gr̃am maneant Auguſti. Qui amat homines: aut quia iuſti ſunt: aut vt iuſti fiant: amare debet.

F Diſtinguit aũt ſctũs Bona. in Centilogio inter amorẽ: dilectionẽ ⁊ charitatẽ. Naʒ amor cõpetit irrõnalibus ⁊ rõnalib⁹ creaturis. Et eſt triplex gratuitus: ⁊ habet finẽ principalẽ verũ bonũ ſcʒ incõmutabilem deum. Libidinoſus: ⁊ habet finẽ voluptatẽ ſiue delectationẽ in creatura. Naturalis habet finem neceſſitatẽ ſiue vtilitatẽ propriam. Primus eſt laudabilis: q: virtus. Scd's vituꝑabilis: q: pctm̃. Tertius nec laudabilis nec vituꝑabilis: quia naturalis eſt. Dilectio ṽo ⁊ charitas tantũ irrõnalibus dicit̄ cõuenire. Item inter dilectionem ⁊ charitatẽ dr̃ntia inuenit̄: nam dilectio eſt volũtatis deliberatiue: q̄ſi de diuerſis electio rõnalibus ↄuenit ſiue iuſtis ſiue iniuſtis. Charitas eſt gratie: ⁊ ſolum eſt iuſtoꝝ: ⁊ eſt minus cõmune reſpectu dilectionis. Eſt aũt in charitate p̄ ceteris virtutibus ꝑfectio ⁊ dignitas ſpecialis: nam cum ſit forma virtutũ.

Charitas informis. Nõ poteſt Charitas informis eſſe: triplici rõne. Una ex parte obiecti. Idem em̃ habet ꝓ obiecto ⁊ fine ſcʒ deum: qd̓ non eſt reꝑire in alia virtute. Finis em̃ charitatis ẽ bonum ſub rõne boni ⁊ ſummuʒ bonum. et hoc ſiquidẽ bonuʒ ſub rõne boni: eſt charitatis obiectũ. Inſeꝑabilis em̃ eſt a fine rõne cuius eſt ꝑfectio ꝗ̄tum ad merituʒ in virtute. Alia ex parte ſubiecti. ipſa em̃ eſt regula rectificãs voluntatẽ qua rectificata tota aĩa recte viuit. Tertia ex ꝑte cauſe: habet em̃ ſimilitudinẽ cum ſancto ſpiritu a quo eſt: qui etiã charitas dr̄ ſiue amor: a quo inſeꝑabiliter eſt: ⁊ ideo eẽ informis oĩno non põt. Non ſolum charitas habet ſimilitudinẽ cum ſctõſpiritu verũetiam cum deo trino ⁊ vno. Quẽadmodũ em̃ ĩ deo trino ⁊ vno reſpectu creature coincidũt tres cauſe in vnũ: efficiens vicʒ formalis ⁊ finalis. Oĩs q̇ppe creatura (vt dicit ſctũs Bonauen.) cõſtituit̄ in eſſe ab efficiente: format̄ ad exemplar: ordinat̄ ad finẽ: ſic charitas ſm compationem triplicis cauſe: cuʒ nos ꝑfecte cõformes faciat deo (vt ſupra dictũ eſt) eſt omniũ virtutũ gratuitaꝝ radix: forma et finis. Idcirco dicit̄ in dicta diffinitione. Charitas ẽ finis p̄cepti. i. preceptoꝝ ſm gloſam. Sicut em̃ in ſpeculabilib⁹ omẽs concluſiones dependent ex hoc principio de quolibet affirmatio vel negatio: ſic in operabilibus omnia dependent ex charitate. Ex dilectione ſcilicet dei principaliter: ⁊ cõſeq̄nẽter ex dilectione ꝓximi: propter qd̓ omnia mandata legis ⁊ monitiones: non ſunt niſi quedam explicationes iſtoꝝ duoꝝ mãdatoꝝ: quia omnia ordinant̄ finaliter in charitatẽ. ſcilicet in dilectionem dei ⁊ ꝓximi: ſimiliter doctrina ꝓphetaruʒ ad hoc ordinat̄. Quãtum ad quintũ dicendum ꝙ odium opponit̄ dilectioni: qui eſt actus principalis charitatis. In dilectione: q̄ eſt ſimplex act⁹ charitatis quo volumus alicui bonum:

Beniuolentia. includitur Beniuolentia que ſupra dilectionem addit vnioneʒ affectus ad id qd̓ diligitur: cui opponunt̄ duo ſcilʒ odium dei: qui poteſt habere odio dupliciter: inq̄ntum ſcʒ apprehenditur vt peccatoꝝ ꝓhibitor: ⁊ vt penarũ inflictor. Scd'm qd̓ opponit̄ beniuolẽtie eſt odium proximi: quando ſcilicet odio habetur: vel natura: vel gratia fratris. De odio habituʒ eſt: ij. tractatu. ca. xxiiij.

De effectibus dilectiōis ꝛ vitijs oppositis. Capl'm xxvj.

De effectib⁹ dilectionis ꝛ vitijs oppositis.

C

Charitas actū p̄rincipalē qui ē dilectio: cōsequunt̄ sex effect⁹: tres interiores ꝛ sunt Gaudiū: pax: q̄ includit concordiā ꝛ misc̄dia. Tres exteriores. scꝫ beneficentia: elemosinaꝝ largitio ꝛ correctio fraterna. De q̄bus cū corꝛ vitijs oppositis dicendū est in hoc caplo ordine quo enumerati sunt.

Gaudium

A

Gaudium est primus effect⁹ interior ꝯsequēs actuꝫ dilectionis. Circa qđ sciendū: ꝙ amor siue dilectio causat gaudiū quādo adest amatū. Charitas eñ est amor dei: qui ex hocipso ꝙ amatur est in amante p̄ nobilissimum sui effectū: Scđm illud Johānis prime. iiij. Qui manet in charitate in deo manet ꝛ deus in eo. Et ideo spirituale gaudium qđ de deo habet̄ a charitate causat̄: de gaudio volūtatis sp̄uali ꝛ sensualitatꝫ carnali: multa dicta sunt. ij. trac. xxiiij. ꝛ. xxxij. caplis. Gaudiū ē duplex Quoddā est de dono diuino ꝑm se ꝯsiderato: vel ꝑm qđ p̄ticipat̄ a nobis: cui opponit̄ Accidia que importat quoddā tedium in opando: ꝛ tristat̄ de bono diuio: de quo charitas gaudet. Quoddā gaudium est dilectio p̄ximi: cui opponit̄ inuidia ꝑm ꝙ tristat̄ de bono p̄ximi inq̄tuꝫ estimat̄ vt malum p̄prium ꝛ minuitiuꝫ p̄prie glorie: vñ Inuidia describitur. Est dissensio ab alieno bono existimato diminuere p̄prium.

B

Pax

Pax: secūdus est effectus interior charitatis ꝯsequēs actū dilectionis: iuxta illud: pax multa diligētibus legem tuā. De pace p̄mo videndū est: scđo de vitijs oppositis. Circa primū sciendum: ꝙ vbicunqꝫ est pax ibi est Cōcordia nō tñ ecōuerso: si nomē pacis p̄prie sumatur. Cōcordia eñ p̄prie sumpta est ad alterum. scꝫ inq̄ntū voluntates diuersorūꝫ cordiū simul ꝯueniunt in vnū ꝯsensum: vnde dicit̄ ꝯcordia a concors: ꝛ est cōuenientia vel cōpacificatio.

Cōcordia

Cōcordia nāqꝫ importat cōuenientiā seu vnionē diuersorum appetituū: ꝛ ꝑm hoc ꝯcordia potest esse aliquoꝝ impioꝝ in malo: vñ Tulius eam sic describit. Cōcordia est virtutis cōciues ꝛ cōpatriotas: ꝛ eꝫdez iure ꝛ cohabitatione: spontanee metiens. Sup hanc aūt vnionē pax addit vnionē appetituuꝫ ꝛ motuū vnius appetētis. scꝫ appetitus sensitiui ꝛ intellectiui: ꝛ hec nō est impiorum: q2 nō est pax impijs dicit dñs Ysa. xlviij. Semp (vt dr̄ Sap. xvij.) p̄sumit seua p̄turbata ꝯscientia. Ex remorsu eñ vermis ipsius sinderesis impioꝝ: ꝯscientia est p̄turbata ꝛ inq̄eta: ꝛ p̄sumit seua. i. vltiones diuinas sup se venturas anteq̄ veniāt: sicut Cayn q̄ dixit anteq̄ puniret̄ ero vagus ꝛ p̄fugus Geñ. iiij. Pax autē describitur ab Augusti. in li. de ciui. dei. xix. ca. xiij. Pax oim rerum est tranq̄llitas ordinis: ꝛ s̄bdit descriptionē ordinis. Ordo est pariū dispariūqꝫ rerū: sua cuiqꝫ loca tribuēs dispositio. Cōuenit eñ ordo cum iusticia qui dat vnicuiqꝫ qđ suū est. P̄pterea bene enūciatū est p̄ p̄phetā Ysaie xlviij. Opus iusticie est pax: q̄ est ordinis trāquillitas. Hanc vo trāquillitatē ordinis facit iusticia: ius vnicuiqꝫ suū tribuēs qua iure dicit p̄s. Justicia ꝛ pax osculate sunt. Ad intellectū diffinitōnis: pax est trāquillitas ordinis. Considerandū ꝙ in homine pacifico triplex debet esse ordo: ad seipm: ad p̄ximū ꝛ ad deū. Primo requirit̄ trāq̄llitas ad seipm: ꝛ hoc q̄ntū ad tria q̄ in hoie debent ordinari. Primo q̄ ad intellectuꝫ: ne errore obscuret̄. Scđo quo ad volūtatē: vt in deū libere dirigat̄ sine ꝯtradictione carnis: mūdi ꝛ dyaboli Tertio q̄ad appetitū sensitiuū: vt nō inordinatis passionib⁹ ꝯtra appetitū rōnis moueat̄: p̄pter qđ August. diffiniēs pacē libro de vbis dñi dicit. Pax est serenitas mētis: quo ad p̄mū: tranq̄llitas animi: q̄ ad tertiū simplicitas cordis: quo ad scđꝫ p̄ cor eñ qđ mouet alia mēbra intelligit̄ volūtas q̄ mouet alias potētias ad agendū. Scđo ad pacē req̄rit̄ ordo ad p̄ximū p̄ ꝯsortiū charitatis ordinātis bonū p̄ximi ad deū. Hec scđa pax deriuat̄ a p̄ma

vn̄ dicit glo. Math.v. Pax a nobis ē: q̄a dum lex carnis repugnat legi mentis: nō modo alteri⁹ s; nec nobis possum⁹ eē pacifici: s; postq̄ intus spūs imꝑat vt totus hō spiritui seruiat: tūc pax ad alios deriuat̄ vt pacē cū oībus habeamus. Tertio requirit̄ ordo ad deū ꝑ amoris indissolubilis vinculū. Pax aūt vera ⁊ ꝑfecta: per quā oēs appetitus vniunt̄ q̄etati in deo: habet̄ tm̄ in patria. Hec pax est finis vltimus rōnalis creature. de q̄ ps. Posuit fines tuos pacē. Ad quā tria req̄runtur Primū ē indeflexibilis subiectio inferiorum potētiaꝝ sub deo. Scōm est inseꝑabilis ꝯiunctio rōnis ad deū. Tertiū est indiscōtinualis ꝯuersio actualis totius hominis in deū: qn̄ hō diuia dulcedie affect⁹: ex toto corde: ex tota aīa ⁊ ex totis viribus semꝑ actu tēdit in deū: ⁊ in qd̄cunq̧ aliud inq̄ntum relucet in eo deus. Pax ꝟo q̄ habet̄ in via est imꝑfecta: q2 ⁊ si p̄ncipalis motus anie req̄escit in deo: repugnant tn̄ alia intus ⁊ extra q̄ ꝑturbāt pacem istaꝫ. Uitia opposita paci sunt sex

Uitia opposita sūt sex Discordia: q̄ est in corde. Cōtentio q̄ ē in ore: rixa: seditio: scisma: belluꝫ: hec q̄tuor vltima opponuntur paci q̄ntum ad opus Discordia q̄ntuꝫ ad cor opponit̄ ꝯcordie Et cōmittit̄ dupl'r. Uno mō ꝑ accidens: qn̄ vicꝫ intētio aliquoꝝ est ad aliqd̄ bonū qd̄ ꝑtinet ad honorē dei vel vtilitatē ꝓximi: s; vnus estimat hoc esse bonū: ali⁹ cōtrariā habet opinionē: vt fuit inter Barnabā ⁊ Paulū. Act.xv. Hoc ꝑtinebat ad defectū humanū: licꝫ fuit ex diuina dispēsatione ꝓpter vtilitatē ꝯsequentē: ⁊ talis discordia nō est pctm̄: nisi sit de errore eorū q̄ sunt de necessitate salutis. Scd̄o cōmittit̄ discordia de ꝑ se: qn̄ aliquis scienter ⁊ ex intētione dissentit a bono diuino vel a bono ꝓximi: in quo debet ꝯsentire: ⁊ hec est pctm̄ mortale ex suo gn̄e: ꝓpter ꝯtrarietatē quā habet ad charitatē: hanc sctūs Bona. describit. Discordia est volūtas fugiēs minorationē sapiētie ab his q̄ ab alijs dicunt̄ dissentiēs. Primi tn̄ motus huius discordie ꝓpter act⁹ imꝑfectionē sunt venialia. Cōtentio opponit̄ paci q̄ntum ad os. Importat em̄ impugnatiā veritatis cū inordinato modo. vn̄ Amb. eam describit. Contentio est impugnatio veritatis cū cōfidentia clamoris: vel s̄m Alexā. Contētio est impugnatio veritatꝭ ꝑsistens in sermone causa vincendi: ⁊ sic est pctm̄ mortale. Importat etiā ꝯtentio impugnationē falsitatis cum debita acrimonia: ⁊ sic est laudabilis. Si aūt hm̄oi impugnatio falsitatis est cum mō inordinato sic pōt esse pctm̄ veniale: nisi forte tāta sit inordinatio q̄ ex hoc alij scandalisarētur. Cōtentio aūt de qua dī Job.xxxix. Nunq̇d q̄ ꝯtendit cū deo tā facile q̄escit sumit̄ ꝓ disputatione: sumit̄ etiā ꝯtētio ꝓ quadā titillatione glorie vel honoꝝ: sic est pctm̄ veniale: vn̄ dī Luce.xxij. Facta est cōtentio quis eoꝝ videret̄ esse maior Est etiā ꝯtentio conatus bone oꝑatiōis: s̄m illud Luce.xiij. Cōtendite ire ꝑ angustam portam. Rixa opponit̄ paci quo ad opus: qn̄ hoīes ex ira se ꝑcutiunt. Et rixa videt̄ esse priuatuꝫ bellum: qd̄ agit̄ inter ꝑsonas priuatas ex inordinata volūtate nō ex aliqua publica auctoritate. Et dicitur rixa: a ringo: gis: xi: ctū. i. irasci vel rictum facē. Rictus em̄ est ferarū oris aꝑtio: sicut fit risus in hoīe: sctūs Bona. in Centiloq̇o describit rixā q̄ est audax vindicādi volūtas: in iniuriā facti ꝓcedens

Seditio cum alijs vitijs tribus sequētibus opponit̄ paci q̄ntum ad opus: ⁊ est ꝯtradictio seu dissensio ciuium: ⁊ fit inter ꝑsonas vnius ciuitatis vel multitudinis inter se dissentiētes: puta cum vna ꝑs ciuitatis excitat̄ in tumultū ꝯtra aliam ad impugnandū: siue fit in actu: siue p̄ꝑatio ad talē impugnationē. vn̄.ij. Cor.xij. dicit glo. q̄ seditiones sunt tumult⁹ ad impugnandū. scꝫ cum aliq̇ se preꝑant ⁊ intēdunt pugnare. Seditio dī a sedeo: es: ꝑ ꝯtrariū q2 seorsum alij eunt ab alijs: vel q2 sedendo solent machinari. Scisma s̄m Isido. a scissione dī aīorū: ⁊ opponit̄

vnitati pac⁹ quā charitas facit. Scismatici eñ dicunt̃ qui se sepant ab vnitate ecclesie: que attendit̃ in ꝯnexione mēbrorū ecclesie adinuicē: sive cōicatione ꝛ ordinatione mēbroꝝ ecclesie ad vnuz caput: qđ est xp̄s: cuius vicarius est papa. Et ideo scismatici dicunt̃ qui subesse renuunt pape: ꝓcepta ꝛ iudiciū eius ꝯtemnendo. Et etiā illi qui membris eius cōicare nolunt de scismate prius habitū est ca. xxiij. Bellum opponit̃ paci q̄ effectus est charitatis quo ad opus: ꝛ dicit̃ a bonū: p antifrasim Belluz fit iniuste: nisi fuerint in eo tria q̄ faciunt iusticiā. Primo iusta causa. vt scz illi q̄ impugnant̃ ꝓpter aliquā culpā impugnationē meruerūt. Scđo intentio recta bellandi: vt scz bonuz ꝓmoueat̃: aut vt malum vitet̃. Tertio auctoritas ꝑncipis mādans bellum. Misericordia: tertius est effectus interior ꝯsequēs actū principalē charitatis: tamē in actu eius exteriori habet similitudinē cuz liberalitate ꝛ cōuenit cuz ipsa. vñ sup illud. j. Thimo. iiij. Pietas ad oīa vtilis est glo. Amb. Sūma disciplinē xp̄iane in misericordia ꝛ pietate est: q̄tuz scz ad opa exteriora: interio: tñ affectus charitatis q̄ deo cōiungit: ꝑfert̃ dilectioni ꝛ misericordie in ꝓximos. Est autē misericordia potissima inter oēs ꝟtutes ad ꝓximū ptinentes: sicut etiā est actus potioris supplere alicuius defectū: inq̄ntuz hmōi est supior et melior: vñ misericordia sic describit̃ in Centiloquio. s. Boñ. Misericordia est virtus: p quā animus sup calamitate afflictoꝝ mouet̃: hec virtus nihil humanū a se alienū putat: alioꝝ damna vel cōmoda sua estimat. Damasce. dicit Misericordia est tristicia in alienis malis Isidorus lib. ix. Ethi. dicit. Misericors a cōpatiendo aliene miserie vocabulū est sortitus: ꝛ hic appellata est misericordia ꝙ miserum cor facit aliena miseria. Augus. in li. ix. de ciui. dei. sic eam describit. Misericordia ē aliene miserie nr̄o in corde cōpassio: qua vtiq̄ si possumus subuenire cōpellimur.

In hac diffinitione pmo ponit̃ obiectuz qđ respicit misericordia: ꝛ hoc est ꝓximi defectio: vñ dicit̃ aliene miserie. ꝛ sic dr̄ misericordia quasi miseriā corde aspiciēs. Secūdo tangit̃ actus quē in nobis misericordia facit ꝛ ille est nr̄i cōtristatio: dum subdit̃ in corde nr̄o cōpassio: ꝛ sic dr̄ misericordia q̄si miserū habens cor. i. triste. Tertio tangit̃ in diffinitōe effect⁹ quē ex̄ ꝓducit: vicȝ mali iusti posse ablatio: vñ dr̄ q̄ vtiq̄ ꝛc. Et sic dr̄ misericordia q̄si miserā adimēs. i. tollens. Misericordie opponit̃ obduratio mētis: q̄ est volūtas ꝯcitata aduersus postulationē indigentis: ex nimio ardore pecunie retinende. Elemosyna. Primus est effectus exterior ꝯsequēs dilectionē actū principalem charitatis: elicit⁹ immediate a misericordia: q̄ miseris subuenit in elemosynaꝝ largitione: vt supra patuit in diffinitōē misericordie Augustini. vñ misericordie act⁹ est dare elemosynā: ꝛ hoc apparet ex ip̄o noīe: nam in greco a misericordia elemosyna deriuat̃: sicut in latino miseratio a misericordia. Dicit̃ eñ elemosyna ob eleo qđ ē verbū grecū: ꝛ est idē qđ misereor: cui⁹ imperatiuus est eleyson. i. miserē a quo eleos. i. misericordia: ꝛ inde elemosyna. i. miseratio: ꝛ debet sic scribi p y grecū in scđa syllaba: vel dicit̃ ab elemon greco: qđ latine dr̄ misericors: ꝛ sic dȝ scribi elemosina sine y. Et q2 misericordia est effectus charitatis: ex ꝯsequēti dare elemosynā ē actus charitatis misericordia mediāte: vñ misericordia sic describit̃. Elemosyna ē opus in quo dat̃ aliq̄d indigenti ex passione: ꝓpter deū. Misericors eñ miseriā remouet ab alio p suoꝝ bonoꝝ cōicationē ꝓpter deū: ideo in p̄dicta descriptione tangunt̃ oīa ꝯfectionem misericordie explicātia si debet esse meritoria: miseria aliena q̄ ē motiuū misericordie tangit̃ cum dicit̃: indigenti. Misericordia q̄ nascitur in nobis ex aliena miseria: tangit̃ cū dicitur: ex cōpassione. Misericordie ꝟo effectus in releuatione aliene miserie cuz dr̄ opus: in quo aliquid datur: sed intentio

Margin notes: Misericordia; Elemo

Datum p̄ceptū nature est duplex: vnū ad conseruationē indiuidui Geñ. ij. Ex omni ligno paradisi comede. Aliud est ad cōseruationē speciei Geñ. j. Crescite z multiplicamini. Preceptū discipline est duplex qd̄dā ad ꝓbationē obediētie Geñ. ij. De ligno scie boni z mali ne comedes. Qd̄dā ad ꝓbationē fidei Geñ. xxij. Tolle filium tuū vnicū. quē zc. Precepta scripture sunt in. iiij. generib⁹ compb̄ēsa. Quedam sunt cerimonialia: vt nō arabis in boue z azino. Quedā sacramētalia: vt de vitula rufa z alijs sacrificijs z circūcisione. Quedam iudicialia: vt oculū pro oculo: dentē p dente. Quedā moralia: vt. x. p̄cepta decalogi: q̄ dicunt moralia: qz cū fide sunt ad salutē hoīm necessaria. In fide eñ et moribus est salus hoīm ɔstituta: fuerunt aūt cōscripta digito dei in duabus tabulis lapideis. In signū gemine charitatis. Diuine scz z humane. Hec p̄cepta p ordinē in his vsibus ptinent. Sperne deos: fugito piuria: sabbata serua. Sit tibi p̄ris honor sit tibi mr̄is amor. Nō sis occisor: mechus: fur: testis iniqu⁹. Vir iniqz thoꝝ: resqz caueto suas. Hec q̄tuor p̄ceptoꝝ fuerūt in veteri testamēto tāto multiplicato numero: vt q̄si nō essent plures dies in anno: nec ossa in hoie q̄ precepta data dei pp̄lo. Lex aūt euāgelica supueniens: cerimonialia z sacramentalia figuralia euacuauit adimplēdo. Iudicialia tēpauit auferēdo: moralia ɔsummauit adijciēdo. Adiecit aūt q̄tuor ɔditiones nobilissimas: vic; documēta instruētia: ꝓmissa incitātia: sacramēta adiuuātia: z consilia pficiētia: que sunt pauptatis altissime castitatis mundissime: et obedientie siue humilitatis subiectissime. Hec nanqz cōsilia elongant a malo q̄tum ad culpam z q̄tum ad causam. Et omne malum orit ex triplici radice: scz concupiscentie carnis: z concupiscentie oculorum et superbie vite. Hinc est q tria sunt cōsilia euangelica perfecte nos elongantia a triplici

radice predicta: que ideo sunt consilia: qꝛ
vt perfecte faciant recedere a malo: nõ so
lum sepant a licitis: verumẽtiam a licitis
ꝯcessis que possunt esse occasio mali: ad
cõsilia implenda inuitat dominus noster
Jesus xp̃us eum qui vult esse perfectus
De diuersitate preceptoꝛis dictum est .j.
tract. ca. xlv. de legibus. ¶ De postulan-
dis: de exercitio gratie respectu petendo-
rum hoc tenendũ est: ꝙ licz deus sit libe-
ralissimus: ꝛ pronioꝛ ad dandum ꝙ̃ nos
ad accipiendum: tñ a nobis vult exoꝛari
vt occasionem habeat largiẽdi dona gra-
tie sp̃ussancti. Uult aũt oꝛari non solum
oꝛatione mentali: que est ascensus mẽtis
in deum: verũetiam vocali: que est petitio
decentium a deo: nõ solum ꝑ nosmetip̃os
verũetiã per sanctos tanꝙ̃ coadiutoꝛes
nobis diuinitus datos: vt qd̃ minus di-
gni sumus impetrare per nos: impetrare
valeamus per sanctos: ꝛ quia quid oꝛe-
mus ſm ꝙ opoꝛtet nescimus: ne vagare-
mus incerti: foꝛmã nobis tribuit domin⁹
ꝛ deus noster xp̃us in oꝛatione quã com
posuit: in qua sub septenario petionũ nu
mero: vniuersitas compꝛehendit̃ peten-
doꝛum. Licet aũt expositiones oꝛationis
dominic: a catholicis tractatoꝛibus mul
tiplicate sint ferme super numerũ: duoꝛũ
tamen expositiones hic interserunt̃: san-
cti vicz Bonauẽture ꝛ beatissimi Fran-
cisci seraphicoꝝ: que inter ceteras expo-
sitiones nõ minus videnť inflãmare affe
ctum ꝙ̃ illuminare intellectum. ¶ Expo
sitio oꝛationis dominice scti Bonauẽ
ture Pater noster priuilegiata ẽ hec oꝛa-
tio in tribus. In dignitate: qꝛ est a xp̃o cõ
posita. In bꝛeuitate: vt citius sciatur: vt
melius retineat̃: ꝛ vt frequẽtius dicat̃: ꝛ
in fecõditate: qꝛ om̃es petitiões ꝯtinet: et
vtriusqꝫ vite necessaria cõplectit̃. Pa-
ter nr̃ diuidit̃ in exoꝛdiũ: pater nr̃ in tra-
ctatũ: sanctificet̃ nomẽ tuũ: ꝛ in ꝯclusio-
nẽ: si ei dimiserit̃ hoĩbus pctã eoꝝ Mat.
.vj. Sed hec ꝯclusio nõ est de integritate
oꝛõnis: in exoꝛdio dat̃ petẽdi fiducia cuz

¶ De postulandis

Expositio oꝛõis dñice .s. Bonauẽture Pater nr̃

dicit̃ pr̃ nr̃: nõ dñe: dño seruit̃ in timoꝛe:
pr̃i in amoꝛe Malachie .j. Fili⁹ honoꝛat
pr̃em suũ: ꝛ seru⁹ dñm suũ timebit. Si ḡ
ego suz pr̃: vbi ẽ honoꝛ me⁹: si dñs ego sũ
vbi ẽ timoꝛ me⁹. In tractatu ponunt̃ oĩa
nobis nccãria: ꝛ in ꝯclusione inferunt̃ ne
cessaria ex p̃missis ꝯsequẽtia. ¶ Deus dr̃
pater gñaliter oĩm ꝑ creatõez Deut. xxv
Nũqd ip̃e pr̃ tu⁹: q̃ possedit: fec̃ ꝛ creauit
te: fecit in coꝛpe: creauit in aĩa: possedit in
vtroqꝫ. ¶ Deus dr̃ pr̃ Sp̃ãliter iustoꝝ ꝑ
adoptionẽ Mat. v. Estote ꝑfecti sicut ꝛ
pr̃ vr̃ celestis ꝑfect⁹ ẽ: ꝛ Luc. xj. Si ḡ vos
cum sitis mali nostis bona data dare ꝛc̃.
¶ Deus dr̃ pr̃ Singulariter xp̃i ꝑ eternã
gñatione Jo. v. Nõ solũ soluit sabbatuz
ſ ꝛ pr̃em dicebat se hr̃e deũ. Pat̃ p̃mo
mõ ꝑ imp̃ssaz imaginẽ Scd̃o mõ ꝑ appo
sitã grãm. Tertio mõ ꝑ eternã gñationẽ.
¶ Qui es in celis .i. in angelis vel in sctis Qui es in celis
Sãcti dicunt̃ celi: ꝓpter vite sublimitatẽ
Phil. iij. Nostra ꝯuersatio in celis ẽ: ꝓpt̃
bonoꝝ opeꝝ claritatẽ. Phil. ij. Inter q̃s
lucẽt sicut luminaria ĩ mũdo xbũ vite ꝯti
nẽtes Math. v. Luceat lux vr̃a corã hoĩ-
bus: ꝓpter ꝓpositi firmitatẽ ps̃. xxxij. xbo
dñi celi firmati sunt: ꝓpter deũ in eis qui-
escentẽ ꝑ grãm Ysaie. lxvj. Celum mihi se
des ẽ. ps̃. cij. dñs in celo parauit sedẽ suam
¶ Sãctificet̃ nomẽ tuũ Termiato exoꝛ-
dio sequit̃ tractat⁹: q̃ diuidit̃ ĩ duas ptes
In p̃ma oꝛat̃ ꝓ bonis adipiscẽdis: in se
cũda ꝓ mal' ãmouẽdis ibi: ꝛ dimitte nob
debi. nr̃a. p̃mo petit̃ ꝓ bonis adipiscẽdis
sunt bona et̃na q̃ petunt̃ ĩ p̃miũ ibi. Scti
ficet̃ nomẽ tuũ: petim⁹ ꝙ ip̃a glĩa siue ꝑ-
fecta noticia ꝯfirmet̃ ĩ nob: ꝛ h̃ erit ĩ glĩa
ꝑseuerãdo. Sũt bona sp̃ũalia: q̃ petunt̃
in meritũ siue in bonũ ꝑseuerãtie. Adue-
niat regnũ tuũ .i. eccl'ia vel aĩa: in q̃ ꝑ grãz
regnas. Adueniat .i. in fine ꝑueniat: sunt
spiritualia que petunt̃ in bonum gratie.
Fiat voluntas tua .i. libertas nostri arbi
trij societ̃ per gratiam tue volũtati. Sũt
bona tempalia q̃ petunt̃ in sustentatiõe
siue tp̃ale subsidiũ. Panẽ nr̃m q̃tidianũ

¶ Sãctificetur nomẽ tuum.

Scdo petitur pro malis amouēdis.
Preteritis. Et dimitte nobis
Presentibus. Sed libera nos.
Futuris. Et ne nos inducas.
Mala preterita sunt dolenda.
Mala presentia sunt vitanda.
Mala futura sunt precauenda.

	Prima Sctificet nomen tuum.
	Scda Adueniat regnum tuum.
Se-	Tertia Fiat voluntas tua.
ptem	Quarta Panē no. qti. da. no. ho.
sūt pe	Quita Dimitte nob debita nr̄a.
tiões	Sexta Et ne nos inducas in tē.
	Septima Sed liba nos amalo.

Septem sunt dona

Sapientia Intellectus Consilium Fortitudo Scientia Pietas Timor.

Septē sunt virtutes

Paupertas Spiritus Māsuetudo Luctus Sitis iusticie Miscdia Mundicia cordis Pax.

Septē sunt beatitudines

Regnum celoꝝ Possessio terre Consolatio Saturitas Miscdie cōsecutio Visio dei Filiatio dei.

Septem sunt vitia

Inanis gloria cōtra quā Pauptas spūs Ira ꝯtra quā Mansuetudo. Inuidia ꝯtra quā Luctus. Accidia ꝯtra quā Sitis iusticie. Auaricia ꝯtra quā. Miscdia Gula ꝯtra quā Mūdicia cordis Luxuria cōtra quam pax.

Homo egrotus Deus medic⁹ Vitia languores Petiones planctus Dona antidota Virtutes sanitates Beatitudines sunt felicitates ꝛ gaudia.

Petitionib⁹ dona obijciunt ꝛ vitia excludunt. Donis virtutes obijciunt: ꝛ vitia excludunt. Virtutibus beatitudines obijciunt: ꝛ vitia excludunt.

Sanctificet nomen tuum

E Sāctificet nomē tuū.

Petitio Sanctificatio
Donum Sapientia
Virtus Pax
Beatitudo Filiatio dei
Vitium cōtra qd Luxuria

Nomen dei inueniemus

Terribile Deutro. v. nisi timueritis nomen eius gloriosum ꝛc. q̄tum ad potentiam que attribuit patri. Admirabile ps. Domine dominus noster: q̄ admirabile est nomē tuū: q̄tum ad sapientiā q̄ attribuit filio. Laudabile ps. A solis ortu vsq; q̄tum ad bonitatē q̄ attribuit spūiscto. Sanctificet ergo. i. firmetur in nobis nomen tuū Terribile: admirabile: laudabile. Terribile in cognitione eterne potestatis. Admirabile in cognitione prime veritatis. Laudabile incognitiōe summe bonitatis.

Sanctificet nomē tuū: quasi dicat. Da nobis spm̄ sapiētie. i. iocunditatē eternaȝ vt gustemus q̄ suauis es: ꝛ generat in nobis pacem: ꝛ hoc cōtra luxuriā: quia non est pax ossibus meis a facie pctōꝝ meoꝝ

Adueniat regnū tuū

Petitio Aduentus regni dn̄i
Donum Intellectus
Virtus Munditia cordis
Beatitudo Visio dei
Vitium contra qd Gula

Regnū dicit Militās ecclia Matth. xiij. Mittet filius hominis angelos suos ꝛ colligent de regno dei om̄ia scādala. Regnū dī Doctrina euāgelica Luc. xvj. Lex ꝛ ꝓphete vsq; ad Iohānem: ex eo q̄ regnū dei euāgelisauit. Regnū dī Beatitudo eterna Math. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol ꝛc. De hoc ꝓprie accipit qd h dī licet nō incōgrue d alijs dici possit. Dicit ergo Adueniat regnū tuū: qi dicat: da nobis spm̄ intellectus: q̄ mūdati corde intelligimus te in pn̄ti: hic regnare p fidē: ꝛ in futuro videbim⁹ regnare p spēm: ꝛ hoc ē ꝯ gulā: de q̄ dī vinū ꝛ ebrietas aufert cor.

Fiat voluntas tua

Petitio voluntatem dei fieri
Donum Consilium
Virtus Misericordia
Beatitudo Misericordie cōsecutio.
Vitium cōtra qd Luxuria

Capitulum XXXI

Est voluntas dei ad
Creationē p̄s. Quia q̄cunq3 voluit fecit.
Gratificationē. j. Thess. iiij. Hec est volūtas dei sanctificatio vr̄a.
Glorificationē Job. vj. Hec est volūtas p̄ris mei: vt ois q̄ vi. filiū τ credit in ꝛc.

Est volūtas dei creans gratificās glorificans. Et de hac intelligit q̄d hic dicit Dicit ergo. Fiat volūtas tua. q. d. da nobis spm̄ cōsilij vt faciamus volūtatē tuā Maxime miam q̄ perimit auariciā: q̄tenus miam ꝯseq̄mur: s̄m illud. Bt̄i misericordes q̄m miam ꝯsequent. Sicut eñ auaricia cōsistit in acquirēdo τ retinēdo ita mia in dando τ dimittēdo: fiat voluntas tua: q̄d prodest sepius dicere et nolle iuuare vult deus apud te esse pauperes: vt per eos salueris corpore τ anima. Cū eñ defuerunt vasa stetit oleum.

F Panē nostrū quotidianū

	Petitio	Panem dari.
Panē nr̄m	Donum	Fortitudo.
quotidianū	Uirtus	esuries iusticie
	Beatitudo	Saturitas
	Uiciū ꝯtra q̄d	Accidia

Est panis corpalis. sacramētalis. eternalis. Corporalis Gen. iij. In sudore vultus tui ves. pa. Sacramentalis. j. Chor. xj. Quicūq3 mandu. panē hūc. Eternalis Joh. vj. Ego sum panis viuus. Et ille p̄cipue dicit supsubstātialis. Hieronym⁹ Supsubalis est ille qui dicit. Ego sū panis viuus: qui sc3 supat vniuersas creaturas. Licet aūt multi sint panes mystici de his tñ tribus expōnūt doctores: q̄d h̄ dicit vñ Aug⁹. Panis quotidian⁹ dicit⁹ vel necessaria vite: vel sacramentū corporis xp̄i. Oportet ergo vt coniūctim omia ista tria accipiamus: vt sc3 panē quotidianū petamus: simul τ necessaria corpi: et sacramentū visibile: τ inuisibile verbum dei: vñ de his tribus pōt accipi q̄d dicit Luc. xj. Amice accōmoda mihi tres pa. Ergo p̄mus panis est in via ad corporis sustentationē. Scd̄s in via ad aīe refectionē. Tercius in patria ad eternā fruitōz Dicit ergo panē nr̄m supsubalē ꝛc. q. d. da nobis spm̄ fortitudinis q̄ mlt̄iplici pane roborat aiā3: ne deficiam⁹ in p̄nti: esuriendo iusticiā per quā expellētes accidiam plena iusticia saturabimur.

Dimitte nobis debita nostra.

	Petitio	Dimitti debita
Dimitte nob	Donū	Scientia
debita nr̄a	Uirtus	Luctus
	Btitudo	Consolatio
	Uiciū ꝯ q̄d	Inuidia

Est debitū offense. bone vite. pecunie Offense Mat. xviij. Serue neq̄ oē debi. Bone vite Luce. xvj. Cū feceritis oia q̄ p̄cep. sunt vob di. ser. inuti. i. q̄d debūi. fe. Pecunie Prouerb. xxij. Noli esse cū his q̄ defigūt man⁹ suas τ q̄ vades se offert p̄ debitis. Debitū primū malū Scd̄m bonum. Tercium indifferēs. Dicit ergo dimitte nobis debita nr̄a. q. d. da nob donū sciencie. Luctū q̄ tā nr̄a q̄ aliena pctā cogitem⁹ τ defleam⁹: vt nobis debita nostra dimittas: τ ita ꝯsolationē habeam⁹ aduersus inuidiā q̄ facit de bono alieno tabescere. Vñ versus. Inuidus alterius rebus marcessit opimis.

Ne nos inducas in tētationem

	Petitio	Nō iduci i tētatōz
Ne nos idu	Donū	Pietas
cas i tētatōz	Uirtus	Māsuetudo
	Btitudo	Possessio terre
	Uiciū ꝯ q̄d	Ira.

Est tētatio irritationis. ꝓbationis. male ꝑsuasionis. Irritationis Exo. xvj. Uocauit moyses nomē loci istius tētatio: q2 tētauerūt deū dicētes. Est ne de⁹ in nob. Probationis Jaco. j. Btūs vir q̄ suffert tentationē. Male ꝑsuasionis Mat. iiij. Accedēs tētator dixit. Si fili⁹ dei es ꝛc. De hac tercia tentatione intelligit precipue q̄d hic dī. Dicit ergo et ne nos inducas in ten. q. di. da nobis spm̄ pietatis et mansuetudinē spūs: vt per spm̄ pietatis vincamus tentationē: exercendo nos ad pietatem: et per mansuetudinem vincamus vicium ire: nō reddēdo malū p̄ malo: vt ita possideam⁹ terrā viuētiū quā ꝑ spm̄ pietat τ māsuetudinis optam⁹: vñ bti mites q̄m ipi possidebūt terā.

Sed libera nos a malo

Sed libera nos a malo	Petitio	Liberari a malo
	Donū	Timor
	Virtus	Pauptas spūs
	Btitudo	Regnū celoꝝ
	Viciū ꝯ qđ	Inanis glia

Est malū culpe. pugne. pene. Culpe siue trāsgressionis Ro. viij. Liberati a seruitute corruptionis: in li. gl. filij dei. Pugne siue tētationis Math. vj. Et ne nos inducas in tentationē. Pene siue punitionis eterne Osee. xiij. De manu mortis liberabo eos. Dicit ergo. Sed libera nos q̄si diceret da nobis spm̄ timoris vt p spiritū timoris vincamus mala p virtutem pauptatis spūs adijciemus bona. q̄tenus exclusis vicijs ꝛ ꝯtēptis terrenis: habeamus eterna scȝ btitudinē reg. celoꝝ: qđ Lucip ꝛ primi parentes p vicium inanis glorie perdiderūt Amen.

G Alia expositio orationis dominice s. Bonauenture

¶ Alia expositio orōnis dnīce s. Bonauenture in modū cōtemplationis ex breuiloquio ꝛ Centiloquio. In orone quā dn̄s cōposuit sub septenario petitionum comprehendit vniuersitas petendoꝝ.

Uel q̄tū ad premiū patrie vel ad meritum siue transitū vie. Ad p̄miū patrie ꝛ sunt Intelligētia veritatis. Reuerētia maiestatis. Concordia volūtatis. Intelligentia veritatis siue apta visio summi veri: qđ nō videt nisi a mūdis et a sctis. Et hoc petit cū dī Sanctificet nomē tuum. i. tui nois noticia psonis sctis ꝛ mundis donet. Reuerētia maiestatis siue tētio summi ardui: q̄ reges facit p quā regnū habet: ꝛ hoc petit cum dī Adueniat regnū tuū. Concordia volūtatis siue fruitio summi boni: q̄ nō dat nisi his q̄ habēt volūtates suas cōformes diuine voluntati. Et hoc petit cū dicit Fiat voluntas tua ꝛc. Q̄tū ad meritū siue trāsitū vie aut respiciūt collocationē boni conferentis: aut amotionē mali nocētis. Collocationē boni cōferētis qđ petit in pane q̄tidiano siue supsubali: in quo petit q̄cq̄d necessariū est ad ꝯseruationē vite p̄ntis siue fm corpus siue fm aiam. Et hoc petit Panē nr̄m q̄tidianū da nobis hodie. Si amotionē mali nocētis fit tripliciter aut mali p̄teriti. p̄ntis aut futuri Preteriti ꝛ hoc est malū culpe siue trāsgressionis qđ petit amoueri i dimissione debitorū ibi. Et dimitte nobis debita nostra. Presentis ꝛ h est malū pugne siue tētationis: qđ petit amoueri i victoria tēta tionū ibi. Et ne nos inducas in tētationē. Futuri ꝛ h est malū pene siue tribulationis: qđ petit amoueri in liberatione ab oppssiōe aduersarioꝝ ibi. Sȝ libera nos a malo. Amē. ¶ Expositio orationis dominice sancti Francisci.

H Expositio orōnis dominice sancti Francisci

b Eatissime Pater nr̄ creator redēptor saluator ꝛ cōsolator noster Qui es in celis. In angelis et in sctis: illumināns eos ad cognitionē: qr tu dn̄e lux es: inflamās ad amorē: qr amor es tu dn̄e. Et inhabitās ꝛ imples eos ad btitudinē: qr tu es dn̄e summū bonum ꝛ eternū: a quo oē bonū sine q̄ nihil est bonū. Sanctificet nomē tuū. Clarificet in nob noticia tua: vt cognoscamus q̄ sit latitudo bn̄ficioꝝ tuoꝝ: lōgitudo ꝓmissoꝝ: sublimitas maiestatis ꝛ ꝓfundū iudicioꝝ. Adueniat regnū tuū vt tu regnares i nob per grām: ꝛ facias nos venire ad regnū tuū: vbi est visio tui manifesta: tui dilectio pfecta: tui societas btā: tui fruitio sempiterna. Fiat volūtas tua sicut in celo ꝛ in terra: vt amemus te ex toto corde te sp cogitādo ex tota aīa: te sp desiderādo: ex tota mēte: oēs intētiones nr̄as ad te dirigēdo: honorē tuū in oibus q̄rendo Et ex oibus viribus nr̄is: oēs vires nr̄as ꝛ sensus anime ꝛ corpis: in obsequiū tui amoris ꝛ nō aliunde expendēdo. Et pximos nr̄os amemus sicut nosmetipsos. Oēs ad amorē tuū ꝓ viribus trahendo de bonis alioꝝ sicut de nostris gaudēdo ꝛ in malis cōpatiendo: et nemini vllam offensionem dando. Panem nostrū quotidianū: dilectum filium tuum dn̄m nr̄m iesum xp̄m. Da nobis hodie: in memoriā ꝛ intelligētiam ꝛ reuerētiā amoris que

ad nos habuit. Et coꝝ que pro nobis: di
xit: fecit ꝛ sustulit. Et dimitte nobis debi
ta nostra: per tuam misericordiam ineffabilē:
ꝛ passionis dilecti filij tui virtutem: ꝛ per
beatissime virginis Marie: ꝛ omniū ele
ctorum merita ꝛ intercessionē. Sicut et
nos dimittimus debitorib⁹ nostris: ꝛ qđ
plene nō dimittim⁹ tu domine fac nos ple
ne dimittere: vt inimicos nr̄os ꝓpt̄ te ve
raciter diligamus: ꝛ ꝓ eis apud te devo
te intercedamus: nulli malū ꝓ malo red
dentes: omnibus in te ꝓdesse studeamus.
Et ne nos inducas in tentationē: occultā
vel manifestā: subitaneā vel momētaneā
Sed libera nos a malo: presenti: p̄terito
vel futuro. Amen: sctūs Franciscus hoc
pater noster dicebat: ꝛ ad dicenduȝ ordi
nauit: ꝓut legit̄ libro .j. ꝯformitatū: fru
ctu .xij: ꝛ .ij. libro: fructu .xj.

I Oratio premittēda in oīs boni exor- | Orō p̄mittēda in oīs boni exordio.
dio: congesta ex soliloquio .s. Bonauēture

In omi siquidē pfecto ope tria necesse
est cōcurrere vicȝ. Voluntatꝭ beniuolen
tiam: rōnis sapientiā: volūtatis potentiā
Voluntatis beniuolentiā siue clementiā
quo ad vim ꝯcupiscibilem: que ad opan
dum potentiā mouet. Rōnis sapientiam
siue sciētiā quo ad vim rōnalem vt opan
do potentiā dirigat. Voluntatis potētiā
siue magnificentiā quo ad vim irascibilē
vt mota ꝛ directa opus efficiat. Sine eni
potētia oīs actio est inualida. Sine sa
pientia oīs actio ē stolida. Sine clemē
tia oīs actio est insipida. Omne nāqȝ
datū optimū: ꝛ oē donū pfectū: desursum
est descēdēs a pr̄e luminū. Oē nanqȝ bo
nū sm Augu. aut deus est: aut a deo. Ille
ꝓpterea ē inuocādus: a quo oē bonū: ori
ginaliter ꝓgredit̄: sm quē oīe bonū: exē
plariter ꝓducit̄: ad quē oē bonū: finaliter
reducit̄. Hec ē illa ineffabilis trinitas: pr̄
ꝛ fili⁹ ꝛ spūssctūs. Oratio. O pr̄ mise | Oratio
ricordiaꝝ: ꝛ deus toti⁹ ꝯsolatōis: a cuius
diuīa magnificētia: oē bonū originalit̄ ꝓ
gredit̄ te deuote inuoco: hūiliter imploro
flebiliter postulo: q̄tenus mihi ꝯcedas ꝑ
Jesum xp̄m benedictum vnicum cordis
tui filium: sm cuius eternam sapientiam
omne bonum exemplariter ꝓducitur: in
sanctissimo spiritu paraclito: ad cuius su
pernam clementiā: oīe bonum finaliter
reducit̄: in omni mea actione: cogitatiōe
ꝛ oratione: potentiā ꝯfortatricē: ne labo
re depressus succūbam: sapientiā illumi
natricem: ne errore seductus deuiem: cle
mentiā ꝯsolatricē: ne tedio victus deficiā

Abeant queso in obliuionē corā te mi
tissime deus: male mea consumpta tpa.
ꝛ cōcede vt hoc tempus meū residuū: for
te nimis breue vt momētaneū: sit tibi ho
norificū: mihi fructuosuȝ: ꝓximoqȝ edifica
torium. Per eundem Jesum xp̄m vnige
nitum tuum: qui tecum ꝛ sanctissimo spi
ritu paraclito: viuit ꝛ regnat deus per im
mensa secula Amen.

De gratia consummata gloria vicȝ su
perne beatitudinis.

Caplm xxxij

P Hilosophia nanqȝ oīs clamat: | A De grā cō summata glīa vicȝ supne beatitudinis.
et certissima theologica veritas
asseuerat: ꝙ omnia bonum ex
optant: quia nihil potest naturaliter ap
peti nisi sub rōne boni. Igitur si bonū ap
petit̄ ab oībus quia bonū: magis appeti
tur mai⁹ bonū: ꝛ maxime summū bonuȝ
Bene ergo (dicit phūs in ethicā) annū
ciauerūt dicentes. Bonū est qđ oīa ap
petunt: nā bonū est appetitus motiuū: et
oīe qđ appetit̄: vel bonum est vel appa
rens bonum: maxime appetit̄ summum
bonū. vn̄ Boetius .iij. de ꝯsolatione. ꝓsa
ij. Omnis (inquit) cura mortalium: licet
diuerso calle ꝓcedat: ad vnum tamē bea
titudinis finē nititur ꝑuenire. Illud au
tem est (inquit) bonū quo q̄s adepto ni
hil vlterius desiderare queat. Est enim
(inquit) mentibus hominuȝ naturaliter
summi boni inserta cupiditas .i. desideriū
Desiderium aūt est ipsius quod maxime
mouet. Maxime aūt mouet qđ maxime
amat̄. Maxime autē amat̄ esse beatum.
Beatū aūt esse non habet̄ nisi ꝑ optimū

⁊ vltimū finē. Nihil autē appetit humanū desideriū: nisi quia summū bonū: vel quia est ad illud: vel quia habet aliquam effigiem illius: tanta est vis summi boni (inquit sctūs Bonā.) vt nihil nisi ꝑ illius desideriū a creatura possit amari: ꝗ tunc fallit ⁊ errat: cum effigiem ⁊ simulacrum ꝓ veritate accipit. Et ideo dicit Boetius Ad falsa tñ deuius error abducit: nā auaros: decipit falsa cupido ⁊ opulentia: superbos fallit glorie altitudo ⁊ arrogātia. Luxuriosos: seducit pulcritudo corpis ⁊ lasciuia: hereticos decipit intelligētie hebetudo ⁊ fallacia: ſ iustos allicit summi boni dulcedinis magnitudo et beatitudo.

Cōtinētia capituli

Cōtinentia capli. In hoc caplo aliqua de gloria eterna ꝗ est gratia ꝯsummata: siue de beatitudine superna summatim tāgere ꝯuenit hoc ordine. Primo de circa btitudinē errore philosophoꝝ: et verissima positiōe catholicoꝝ. Scdo de duplici beatitudine obiectali ⁊ formali. Tertio de cōuenientia grē gratificātis ⁊ glorie ꝯsummantis: que eadē est cum supna beatitudine. Quarto ꝗd sit beatitudo. Quinto de triplici beatitudine formali: substātiali vicȝ ꝯsubstātiali ⁊ accidētali. Ultimo de gaudijs celoꝝ: nō quidē de singulis generum ſ de generib⁹ singuloꝝ caplo finali.

B

Circum ad primū ꝯsiderandū: cum eñ sicut (inqt Boetius) inserta est mētibus hoim veri boni cupiditas. i. appetit⁹ Uerū aūt bonū est qd̓ nos beatos efficit: beatitudine scȝ ꝗ est bonū sufficiētissimū oēm excludens defectū ⁊ indigentiā: quēadmoduȝ igiṫ oñi hoī inest in vniuersali appetit⁹ btitudinis innat⁹ volūtate nālī. sic etiā cognitio btitudinis invlī oibus innata ē. Si aūt q̄riṫ: ꝑ ꝗd illa vlis cognitio innata est. R̄ndet. s. Bonā. in. iiij. dist. xlix. Qꝛ duo faciūt appetitū btitudinis. s. sufficiētia ⁊ indigētia. Qm̄ igiṫ aīa rōnaṫ creata est ad dei imaginē ⁊ sitūdinē: ⁊ facta ē capax boni sufficiētissimi: ⁊ ipsa sibi nō sufficit cū sit vana ⁊ deficiēs: ideo verā btitudinē appetit nāliter: sicq̧ sufficientiam cognoscit ꝑ indigentiā. Omēs ꝗ habent cognitionē btitudinis in gnāli: oms eñ credunt ꝙ beatitudo sit bonū qd̓ sufficit ⁊ omēs illi appetūt. In spāli ꝓo vbē sit ponēda btitudo ꝯtingit errare: vt qñ assumiṫ hoc sufficit. scȝ honor ⁊ voluptas ptās vel pecunia: errat cognitio: ⁊ declinat affectio. vñ si ab auaro q̄ras: vtrū appetit btitudinē veraȝ ⁊ velit hēe: r̄ndebit ꝙ sic: si q̄ras ꝗd velit: vtrū padisum vel denariū: r̄ndebit denariū. Et hui⁹ rō est qꝛ hic credit sufficientiā: ibi nō. Cognitio igiṫ in pticulari vbi sit beatitudo ponēda habeṫ a xp̄ianis ꝑ habitū fidei aliq̄ mō: ⁊ aliq̄to mō expectaṫ ꝑ deiformitatē grē: verā nanq̧ beatitudinē quā xp̄iani expectant: multi errore rōnis seducti: ⁊ volūtate deliberatiua incuruati: aspernanṫ et recusant voluntate electiua. Qēs. n. ꝗ de btitudine philosophica rōne pscrutati sunt: ꝯstituerūt eā: aut in ꝯtēplatōe ꝑme cause: sicut peripathetice scole institutor Aristoteles: docuit ꝑmo: ⁊. x. Ethi. aut posuerūt eā in virtute vl̓ bono honesto ⁊ in viuendo ꝯsentanee recte rōni sicut scola stoycoꝝ: aut posuerūt eā in adeptiōe boni vl̄is sepati: queadmodū plato suiq̧ sectatores. Illi aūt a phica rōne procul abscedūt: ꝗ diuitias: ꝗ potētiā: ꝗ gloriaȝ ꝗ sciētiā: vel aliqd̓ tale bonū fortuitū fragile ⁊ caducū hoi ꝓ btitudine statuerūt: qm̄ his oibus ad votū fluētib⁹: reperire est hmōi hoiem nō dicā nō beatuȝ ſ etiā nequissimū: ⁊ sup beluinā seueritatē vel ferocitatē nocēdi malignitate puersū. Qꝛ aūt btitudo vera nō inueniṫ: in delitijs: nec in diuitijs: nec in honorib⁹ mūdanis. Btūs Job. ca. xxviij. edocet dicēs: non inueniṫ in terra suauiṫ viuentiū (hoc ē carnaliter viuētiū: sic nō inueniṫ i delicijs) abyssus dicit nō ē in me (abyssus. i. auar⁹ sine sustentamēto: qꝛ nūq̄ dicit sufficit: ꝑ opa. n. dicē se oñdit: btitudo vera nō ē in me) Et mare loquiṫ nō ē mecū (mare. i. supb⁹ ad modū maris tumēs: loquiṫ: ꝑ opa. i. loq̄ se oñdit) sapia dei. i. btitudo nō ē in me: ⁊

ſta nõ inuenit̃ in ſupbis. Qȝ etiã beatitu-
do vera nõ ſit ꝯſtituta: in diuitijs vtilibꝰ
nõ in delicijs ſu[illegible]ibus: nõ in honoribus
potentia vel gloria tp̃alibus: ꝓbatũ eſt. j.
tract. ca. xxv. dubio. vj. Epicurus aũt ⁊
C ſardanapallus ⁊ ſordidus machometus
qui in corporeis voluptatibus humanaꝫ
btitudinẽ detrudere conati ſunt: ipſi cer-
te nõ phi nec inter phos nũerandi ſunt:
ſ; porci vocandi ſunt: qꝛ beatitudinẽ non
hominis ſ; pecoris deſcripſerũt. Beatitu
do namqȝ q̃ eſt dei cognitio ⁊ fruitio pfe-
cta: neq̃t haberi p ſẽſus ſolos: alioq̃n bru
ta eſſent dei capacia: ſi eñ nr̃e beatitudi-
nis eſſe volumus pticeps: vt a ſenſibilibꝰ
ad ſpũalia ꝯuertemur neceſſe eſt: oia eñ
ad ſenſum referre: eſt ꝓprium pecoris.

Sardanapallus vt legit̃ in hyſtorijs.
Rex fuit vltimꝰ monarchie aſſyrioꝝ: to-
tus voluptuoſus carnaliſqȝ fuit: puluina
ria p̃imo reppit: habitu mulieris indutꝰ
purpura colo nens: int̃ ſcorta delicijs va
cans: ab arbatho ꝑpoſito medoꝝ ſic in-
uẽtus: ob hoc indignati vaſalli eius ipm̃
debellauerũt: quod cernens ſeipſum cõ-
cremauit: de ſardanapallo commemorat
Auguſtinus ſc̃do libro. de ciui. dei. ca. xx.
ꝙ in ſepulcro ſuo ſcribi fecit: ea ſola ſe ha
bere tñ mortuum: que libido eius etiam
cum viueret hauriendo conſumpſerat.
De machometo dicit Lyra ſup illud Jo
hãnis. xvij. Beatitudo eñ hoïs cum cõ-
ſiſtit in ꝯiunctione ad vltimũ ⁊ optimuꝫ:
⁊ ideo nõ põt cõſiſtere in coniũctione ad
aliq̃d tp̃ale: vt dicunt rudes ſaraceni: qui
ponunt in alia vita beatitudinẽ in volu-
ptatibus carnalibus ⁊ delicijs conſiſtere
⁊ de ea premiari: ſm̃ ꝙ dicit̃ in alcorano
machometi: que tñ vita ſm̃ phm̃. j. ethi.
dicit̃ vita pecudũ: ꝓpter q̃d ipſe Auicẽna
hoc ꝯſiderans: dixit ꝙ ꝓpheta quẽ vocãt
machometũ: ꝓmittit eis talẽ felicitatem:
quẽ multi ſapiẽtes nõ attẽderẽt. Silr̃ iu-
dei reſurrectionẽ futurã expectant ad vi
tã carnalẽ: credentes felicitatẽ ꝯſiſtere in
bonoꝝ tp̃aliũ plenitudine ⁊ pacis trãq̃lli
tate. Hec ergo eſt ſumma philoſophã
tium de hominis beatitudine: quidã po-
ſuerunt eam in ꝯtemplatione p̃me cauſe
alij poſuerũt eam in virtute vel bono ho
neſto: alij in bono ſepato: inter quos Ari
ſtoteles lucidius expoſuit: ꝙ beatitudo
hominis ſita eſt in ꝯiũctione optime po-
tentie humane: cum optimo ſuo obiecto
Uirtus eñ cuiuſlibet rei ⁊ ſua quedã bti
tudo eſt: vt penes ſummũ q̃d in ea eſt ac
cipiat̃: queadmodũ beatitudo oculi eſſet
eius ꝯiunctio cum ſummo pulcro ſibi ꝓ
portionabiliter oblato. Et nota hic qua
lis eſt optima potẽtia humana niſi ratio:
qua p̃ſtantior eſt homo ceteris aïalibus
⁊ hoc ſm̃ ſententiã Ariſto. ⁊ ſuoꝝ ſeq̃tiũ
vel potiꝰ volũtas ſm̃ Auguſt. ⁊ ſuoꝝ ſe-
ctatoꝝ: vt ꝓbatũ. j. tract. ca. xxxij. Obie-
ctum optimuꝫ eſt deus glorioſus: cuiꝰ rõ
⁊ volũtas capax eſt p cognitionẽ ⁊ amo-
rem: ⁊ quo nihil maius intelligi põt p rõ
nem: quare manifeſtũ eſt ꝙ eleuate Ari-
ſtoteles beatitudinẽ hoïs eſſe ꝓbauit cõ-
templationẽ p̃me cauſe. Conformiter ad
illud Auguſti. Uiſio eſt tota merces bea
toꝝ: fundatã in v̓bo xp̃i. Hec eſt vita eter
na vt cognoſcant te verũ deũ ⁊c. Contẽ-
platio aũt p̃me cauſe nõ dicit nudã cogi
tationẽ de deo: ſ; cognitionẽ cum amore.
Alioq̃n ſi dilectio a cognitõe ſepetur: nõ
iam ꝯtẽplatio dicẽda eſt: ſed curioſa que
dam inueſtigatio: aut cogitatio vaga: fru
ctu carens atqȝ ſenſu: quales habuerunt
quos culpat apl̃s cognouiſſe deum ⁊ eũ
nõ ſicut deũ glorificaſſe: ꝓpterea euanuiſ
ſe in cogitationibus ſuis: ecce vanitatem
cogitationũ ſi dilectio ſecludat̃. Porro
locutiones ceteroꝝ phoꝝ quãq̃ diuerſo
calle verboꝝ incedãt: in eandẽ tñ ſenten-
tiam vident̃ cõuenire: nam bonũ ſepatũ
q̃d Plato poſuit cuius adeptione beati
dicimur ⁊ ſumus: nihil aliud a deo põt in
intelligi q̃d adipiſcimur cogitãdo ⁊ amã
do: hic in enigmate ⁊ inchoatione impfe-
cta: tandẽ facie ad faciem plenitudine cõ
ſummata. Rurſus ſi ſtoicoꝝ poſitionem

resoluamus inuenim⁹ q̄ nulla virtus ē: nulla honestas speciosior plusq̄ rōni cō-sentanea ꝛ delectabilior q̄ sit opatio optime potentie hominis: piungēs eam cum optimo obiecto suo qđ est deus. Hoc vō fit dum ipsa ratio cognoscit: ꝛ cognoscēs amat: ꝛ incognito amat q̄ tanq̄ in fine suo ꝛ centro quietat̄. Quantum ad scdm de duplici vicȝ beatitudine obiectali ꝛ formali. Dicendū put dicit sctūs Bon. in .xlix. dis. iiij. Q beatitudo est finis satiās nr̄m appetitū. Satiās aūt nr̄m appetitū est duplex: vel sicut obiectū vel sicut informans: ꝛ hec obiectalis increata beatitudo est obiectū btitudinis formalis create ꝛ est nulla creatura sed solus deus: qđ dā bonū anie vltimus ꝛ optimus eius finis existens: in cuius adeptiōe cōplete pficit̄ quia in deo solo nati sum⁹ vltimate ꝛ sine vlteriori relatione ꝛ ordinatione quiescere. Nulla eīm intellectualis natura vltimate ꝛ cōplete pficit̄: nisi habēdo summū appetibile scȝ deum: ꝛ pfecte habēdo ſm modū possibilē habendi: vñ illo non habito manet natura intellectualis impfecta ꝛ vacua. Satians aūt nr̄m appetitū informatiue siue formaliter: sicut informans: sicut pfectū: sicut ꝛ premiū siue donū: est ipsa influentia dei in animā: que est ipsa deiformitas ꝛ satiēs: ꝛ hec dr̄ beatitudo formalis a quo hō formaliter dicitur btūs: sicut paries albus ab albedine. Et hec psistit essentialiter in opatiōe optime potētie: p quā fit ipsius hominis pfecta cōiunctio ad obiectū beatificū ꝛ optimū Non eīm essentia anie neq̄ potentia aliq̄ anie piungit̄ cum obiecto extrinseco btifico: nisi p opationē habit⁹ btitudinis formalis mediā: nam dicit phs. x. Ethi. Felicitas est opatio optima nobilissime potentie ſm pfectissimā veritatē: ꝛ hec beatitudo formalis vt. j. dicet̄ psistit in actibus intellectus: ꝛ volūtatis pcupiscibilis ꝛ irascibilis: nomē btitudinis cōmune est ſm pus ꝛ posterius ad btitudinē increatā q̄ est finis satians vt obiectū: ꝛ ad creatam q̄ est satians vt informās: ꝛ p prius dicit̄ de btitudine increata ꝛ p posterius de creata: q2 nō satiat influentia obiecti nisi pter obiectū. Quantum ad tertiū de cōparatione gratie ad gloriā: septē hic breuiter discutient̄ collecta p maiori pte ex dict. s. Boñ. sup. xlix. di. iiij. sentē. Primū an gratia gratūfaciens ꝛ gloria differunt p essentiā. Scdm an gloria eadem sit qđ btitudo formalis. Tertiū si btitudo formalis sit substātia vel accidēs. Quartuȝ si accidēs: in quo genere accidētis. Quintū q̄d subiectū btitudinis. Sextū ſm q̄d insit beatitudo: vtrū sit in anima ſm substātiam vel ſm potentiā. Septimū de actu glorie siue de ei⁹ opatione. Considerandum pmo. vt dicit. s. Boñ. in. ij. dis. xxvij. Q gr̄a gratūfaciēs ꝛ glīa nō drn̄t p essentiā: vñ sicut se habet charitas vie ad charitatē patrie: sic se habet gratia ad gliam: ſ charitas vie nō differt p essentiā a charitate patrie: sicut eīm dr̄. j. Cor. xiij. Charitas nunq̄ excidit: ergo pari rōne gratia a glīa. Dicenduȝ ḡ q̄ tā gr̄a q̄ glīa noiat diuinā influentiā p quā anima habet deū ꝛ deus habitat in anima. Habere aūt ptingit dupl'r: vel pfecte: ꝛ sic habet hō deum in rōne quiescētis: vel semiplene: ꝛ sic hȝ hō deū in rōne tendētis: pmū scȝ quies: competit statui patrie. Scdm scȝ tendētia: cōpetit statui vie: ꝛ iō primū est glorie. scdm est gratie: ꝛ q2 primū est premij. scdm est meriti: ideo gratie attribuit̄ actus merēdi. glorie vō actus regnādi. Quī igit̄ idem pōt esse p essentiā magis pfectū ꝛ minus pfectū. nam pfectū ꝛ impfectū nō variāt rem ſm essentiā: hinc ē q̄ gratia ꝛ gloria ſm q̄ distinguunt̄ ſm modū habendi deum: differunt solum ſm statū aliū ꝛ aliū: ſm q̄ successiue eidem insunt: quia pmo inest gratia ſm statum vie: ꝛ postmoduȝ gloria in statu patrie. primo eīm incohoat̄: ꝛ postmoduȝ psummat̄. Considerandum scdo q̄ gloria eterna eadem est cuȝ beatitudine formali supna: patet q2 ſm Ambro. Gloria est clara noticia cum lau

de. Dicit enim glia a vbo greco q̄si clauria
vel clara: ꝛ sic glia includit clarā noticiaꝫ
seu visionē dei q̄ est p̄ma dos btitudinis.
Visionē aūt deificā cōcomitant alie due
dotes btitudinis scꝫ dilectio pfecta ꝛ ten
tio secura. In quib⁹ vt dicet ꝯsistit btitu
do formalis. Includit etiā glia laudē scꝫ
mentalē. Laus aūt vocalis non est actus
Laus dei p̄ncipalis btitudinis. Laus aūt mētalis
est act⁹ maxie gliosus vt dꝛ sup illud ps̄.
Laudate dn̄m qm̄ bo. ē psal. Sicq̄ꝫ laus
mētalis cōprehēdit act⁹ triū dotiū btitudi
nis: qꝛ q̄nto verius de⁹ p visionē claram
cognoscit tanto ardētius p dilectiōis do
tē amat: ꝛ ei firmius p tentionē inheret:
tātoq̄ꝫ pfectius laudat. Et ideo glia iclu
dens hec oīa nō est distinguēda a btitudi
F ne formali. Considerādū tercio ꝙ sicut
p̄us ca. ix. dictū est de grā ꝙ est accidens
q̄litas vicꝫ de p̄ma specie: sic sentiendum
est de btitudine q̄ est eadē cū glia q̄ ē grā
ꝯsūmata Qꝛ sit q̄litas de p̄ma specie vn̄
san. Bona. in. iiij. dis. xlix. Quatuor pbat
de btitudine. Primuꝫ ꝙ est alicui⁹ gn̄is.
Scd̄m ꝙ sit in gn̄e accidētis Tercio ꝙ sit
q̄litas. Quarto ꝙ sit habit⁹ in p̄ma spe
cie q̄litatis. Primū pbat. Ois pfectio
creature est creata qꝛ de⁹ nulli⁹ est forma
pfectiua: ſ btitudo formalis est pfectio
bti: ergo btitudo formalis est bonū crea
tū. Et vltra oē creatū qd̄ nō est trāscēdēs
vt ens vnū est alicui⁹ gn̄is determinati: ſ
btitudo est bonū creatū vt pbatum est: ꝛ
nō est trāscendēs: eo ꝙ in paucissimis re
perit q̄ est in aliq̄ determiato gn̄e p̄dica
mētali: sic pꝫ p̄mū. Scd̄m ꝙ est i gn̄e de
termiato: ꝛ ē in aliq̄ ita ꝙ sine eo res pōt
eē: est i gn̄e accidenꝫ: ſ btitudo ē hmōi: q̄
est in gn̄e accidēꝫ: vn̄ oīa pbātia grāꝫ lo
cari in gn̄e accidenꝫ. s̄. c. ix. potuerit silr̄ p
bari de beatitudine: nō tamen beatitudo
est accidens corruptibile sicut gratia: qꝛ
immutabilitas glorie venit desursuꝫ. Cor
ruptibilitas autem gratie a deorsum: vi
delicet a liberi arbitrij vertibilitate: vt su
pra probatum est. Contra beatitudo
est nobilissima omnium perfectionū: sed
accidentalis forma minus habet de no
bilitate q̄ substantialis: ergo beatitudo
non est in genere accidentis. Responde
tur ꝙ accidens est duplex. Quoddaꝫ est
quod causatur ex principijs subiecti: vt
nigredo in coruo: et tale ignobilius est
substantiali forma: pro eo ꝙ ab ipsa ha
bet originem. Quoddam est quod causa
tur a superiori: vt lumen quod in aere re
cipitur vt in subiecto: habet tamen ortū
a superiori scꝫ sole: et tale potest esse no
bilius substantiali forma: pro eo ꝙ iun
git et cōformat subiectum suum ei quod
est superius. Et quia beatitudo coniun
git et deiformem facit animam summo
deo vbi est terminatio omnis appetitus
ꝛ ortum habet a deo non ab anima: ideo
patet illud scd̄m. Tercium et quartū
probatur. Omne bonum generis deter
minati s̄m ꝙ homo denominatur qua
lis ꝛ quod est perfectio ipsius anime: est
in prima specie qualitatis que est habit⁹
et dispositio: sed beatitudo est bonuꝫ cre
atum et determinati generis: vt proba
tum est: et perficit naturam: hoc constat
ergo ꝛc. Contra ꝙ beatitudo non sit
in qualitate: quia philosophus diffinit fe
licitatem: ꝙ est actus scd̄m virtutem per
fectus: et ꝙ ita sit: patꝫ quia habitus per
ficitur per actum. Si ergo beatitudo est
vltima perfectio est actus: sed actus est
in genere actionis: ergo ꝛc. Respondet
Sanctus Bonauētura ꝙ beatitudo cre
ata non dicit actum pure quia constat ꝙ
actus gloriosus ab aliquo habitu proce
dit. Nec dicit habitum pure: quia dicit
perfectionem summam que est in actu
continuo. Ideo necesse est ꝙ dicat habi
tum vt actum: siue in actu continuo. Si
cut si diceret scientiam que semper est in
considerando. Quia vero p̄ncipalius di
cit habitū ꝛ deiformitateꝫ. Ideo si dicat
rem duplicis generis: tamē principalius
genus qualitatis. Et est exemplū: qꝛ figu

ra dicit dispositionē q̄litatis in q̄ntitate: principalius tñ dispositionē: vnde dicit q̄litatē in q̄ntitate ꝛ est in genere q̄litatis simul'r est in ꝯposito. Ex dictis patz terciū ꝛ quartū in p̄ncipio hui⁹ tercie ꝯsiderationis quesitā. An scz btitudo sit accidēs ꝛ in quo genere.

G Considerandū quarto p quinto q̄sito an homo sit subiectum beatitudinis ƀm aiam an ƀm totū coniunctum. Rñdet San. Bonauen. ꝙ beatitudo cum sit gaudium de bonis: est in aliq̄ sicut in subiecto p̄mo per inherentiam: ꝛ sic est in sola anima: vnde super illud ps̄. Beata gens cuius dñs deus ꝛc. dicit glosa. Beatitudo hominis est in anima: qꝛ anima hoīs tm̄ est capax valens frui illa Est ꝛ in aliquo sicut in coniuncto p quādam redundantiā: et sic quia corpus est coniunctū anime: gaudium redundat in corpus: simile est in gratia: quia sicut gratia existens in anima ƀm potentiam rationalem redundat in sensibilem: ꝛ quādo abundās est ꝛ ip̄am tranquillat: ꝛ quando delectatio magna est similiter: sicut dicitur in ps̄. Sitiuit in te anima mea. Cū ꝙ in gloria sit perfecta habūdantia ꝛ delectatio nō est mirum si redundat in corpus: ꝛ hoc nemo dubitat nisi inexpertus

Considerandum quinto pro sexto q̄sito. Utrum beatitudo sit in anima scdm substantiā an ƀm potentiam. Respōdet sanctus Bonauē. ꝙ tam gratia (sicut supra dictū est cap. ix.) q̄ gloria p̄mo est in potētia. Nam beatitudo inest anime ƀm moduz sp̄alem vnionis dei et anime: sed modus specialis nō est nisi p cognitionē ꝛ amorē perfectū: ꝛ hoc est per potētias. Itē si immediate ꝛ p̄mo inesset p subam ergo abstractis potētijs poterit intelligi aīa gloriosa: ergo abstracto ꝙ deum non videat nec amet erit gl'iosa: qđ stultū est dicere ꝛ ꝯ sctōs. Contra deus est intimior ip̄i anime: ergo cuz beatitudo sit in anima p influentiā a deo: illa influentia ꝓcedit ab intimo: sed suba rei create interior est p̄or q̄ potentia: ergo beatitudo prius influit in subam. Rñdet. s. Bonauentura ꝙ influentia illa ab intimo ꝓcedit: sed nō ꝓcedit ƀm ꝙ intimū ꝯseruās inesse nature: sed ƀm ꝙ obiectū consummās inesse glorie ꝛ ideo ƀm hanc viā magis est intimus potētie ꝛ immediatius q̄ essentie: vñ nō sequitur ꝙ si diuina essentia est intima ꝙ quelibet eius influentia. Clarius de presenti q̄sito: disputatū est s̄ ca. ix.

H Considerandū sexto p vltimo q̄sito de actu btitudinis glorie siue opatione eius. Rñdet sctūs Bonauē. ꝙ act⁹ est omniū potentiarū sp̄ualiū: qꝛ gl'ia beatitudinis ē pfectio plena ꝛ vltima. Quia plena ideo perficit totam animam: ergo omnem eius sp̄ualem potentiā: quia vltima vltra quā non est alia: cum vltimate perfecta sit coniuncta actui: quia actus perficit habitum: ergo omnes potentie ponuntur in actu. Et ideo omnes vires que habent in via per gratiam actum in deum: habebunt in patria per gloriam actus perfectiores euacuatis impfectis. vnde rationalis cuius est modo credere per fidem: tunc videbit aperte. Concupiscibilis cuius est amare: diliget tunc perfecte. Irascibilis cuius est erigi et inniti per spem: tunc tendit continue et certe. Unde scdm has tres actus distinguuntur tres dotes: scz visio: dilectio: comprehensio siue tentio: siue fruitio per appropriationem. Nam fruitio ista tria comprehendit et complectitur. Et si queritur quare non est vnus actus penes memoriam. Dicendum ꝙ memoria non reformatur primo: sed ex consequēti per reformationem irascibilis in reformatione gratie. Et ratio huius est: quia quodammodo conueniunt in actu: vtriusqꝫ enim est continue retinere. Unde dicit Bernhardus ꝙ deus est futurus intellectui: plenitudo lucis: voluntati multitudo pacis: memorie continuatio eternitatis.

Sed cōtra ꝙ non sit actus glorie ƀm omnes potentias: super illud psal. Ostēdam illi salutare meum. Glo. dicit. Uisio

eſt tota merces beatoꝝ: ergo tota rō bea
titudinis conſiſtit in actu intelligentie. di
cendū ꝙ iſti tres actus ſunt oino ꝯiuncti
ꝛ cōnexi : vt dicit ſctūs Bonauē. vnde q̄
ꝑfecte videt: ꝑfecte amat: ꝛ habet: ꝛ ideo
in ſanctoꝝ verbis ꝑ ꝯnexionē qđ eſt oim
attribuit vni: magis aūt viſioni attribui-
tur: ꝓpter hoc ꝙ in viſione ſtatus patrie
diſtinguit a ſtatu vie: nō ſic in dilectione
quia vtrobiqꝫ ē dilectio : ſed in patria eſt
viſio nō in via ſed credulitas de non viſo
3 Quantum ad quartū : quid ſit beatitudo
ſi antiquoꝝ oim dicta fuerint ex anie cō-
penſata: vna cōmuni ſententia ꝛ mirabi-
li cōcordia: clamat oīs ꝓphetia: clamat
ſctōꝝ doctrina: clamat ꝛ ipſa expientia q̄
rōnali anime naturaliter eſt impreſſa : ꝙ
oīs homo btūs eſſe appetit ꝑ naturam

Eſt eīn beatitudo ſufficientia oim bo-
norū vt dicit Anſhel. ſeu btitudo eſt oim
bonoꝝ plenitudo vt dic̄ Richar. Vel bti
tudo vt dicit Scotus eſt bonū ſufficiens
excludens defectū ꝛ indigentiā. Eſt bonū
ꝑfectū cōpletum: excludens impfectionē
ꝛ diminutionē. Eſt bonū vltimatū exclu
dens tendentiā ad aliud. Eo habito com
plete: bene eſt habenti. Quī oim bono
rum ꝯtinet ſummā. Et oē bonū: qđ eſt
ꝑfectū ꝛ ſummū bonū: quia ſi ei qđcunqꝫ
bonū abeſſet: ſūmū bonū eē nō poſſet: qꝛ
nō eſſet quo magis excogitari nō poſſet:
vt igit ſummū bonū ſit: bonoꝝ oim cōti-
net plenitudinis ſufficientiam: vt nihil ei
penitus addi poſſet (vt dicit Boe. iij. de
ꝯſolatione ꝓſa. ij.) qm̄ relinqret extrin-
ſecus qđ poſſet optari. vn̄ infunt Boetiꝰ
Liquet igit eſſe beatitudinē: ſtatū ꝑfectū
cōgregatione oium bonoꝝ. Ex quo dicto
doctores huiꝰ beatitudinis diffinitionē
eliciunt. Beatitudo eſt ſtatus oim bono
rū aggregatione ꝑfectus: ergo ſi naturali
ter homo appetit bonū: maxime appetit
illud bonū qđ eſt oīs deſiderij comple-
mentū. Et hoc modo beatitudo ꝯſiſtit ex
agregato ex oībus hūanis bonis ad hoc
requiſitis ꝙ hō totaliter quietat: ꝛ ſic cō-
ſiſtit ex reunione anie ꝛ corꝑis: qꝛ anime
ineſt natura is appetitus corpus amini-
ſtrandi. Et ex dotibus glorioſis anime et
corporis. Beatitudo tn̄ ſubſtantialis: vt
dicit ſctūs Bonauen̄. nō dicit eſſe bona
corꝑis: ſed gaudiū de illis bonis. Beati-
tudo etiam ꝯſiſtit ex agregatione multo-
rum habituū ꝛ actuum eorundē. vn̄ bea-
titudo cōplectit habitus in cōtinuo actu
virtutū moraliū: donoꝝ ꝛ beatitudinum
ꝛ fructus ſpiritus cum qnqꝫ ſpūalibꝰ ſen
ſibus. Ex his oībus bonis agregat ꝑfectꝰ
ſtatus ſuꝑne btitudinis. verūtn̄ ſm nobi
liores ꝛ excellētiores actus vſus ꝛ officia
q̄ ſunt in via. De actibus patrie virtutū
cardinalium: dictū eſt ſupra. ca. xiij. in fi-
ne: de donorum actibus. ca. xxvij. de beati
tudinum. cap̄. xxix. de fructibus. cap̄. xxx.
Senſuum aūt ſpūalium intellectuales ꝑ
ceptiones non tollunt in patria: imo ma
nebunt multo melius ordinata. Et ſi-
tu dicas: que ſit horum habituū neceſſi-
tas cum ad perfectam beatitudinē ſuffi
cit: videre deum: amare ꝛ tenere perfecte
Reſpōdet ſctūs Bonauen̄. in. iij. diſtin.
. xxxiij. ad hoc : ꝙ multo maioris abun-
dantie eſt ꝑfectio glorie q̄ ꝑfecto gratie.
Perfectio aūt gratie rōne ſue dignitatis
ꝛ eminentie: tribuit homini oēs habitꝰ
facientes ad integritatem iuſticie ſm cō-
parationē variam ad actus ꝛ obiecta: et
ſm ſtatus et oportunitates q̄ reperiunt
in ſtatu vie. Multo igitur fortius gloria
que reddit animam per oīa deiformē
ꝛ bonis omnibus abundantem ꝛ in nul-
lo deficiētem. Habitus perfectos in ani-
ma exigit reperiri: ſm omnē ipſius com-
parationem: ꝛ ꝓpterea virtutes ꝛ dona ꝛ
beatitudines fructus : q̄tum ad omnes
actus q̄ ſunt in ſtatu vie ꝛ nō habent q̄d
eſſentiale repugnās perfectioni glorie: in
ipa gloria perficiunt ꝛ ꝯſūmant. Ptꝫ h̄
de virtutibus cardinalibꝰ : licet ꝑ eas nō
fruamur: tamen ꝑ eas diſponimur vt fru
amur in patria. vnde oēs actus noſtri
glorioſi: erunt fortes ꝛ iuſti: prudentes et

castitas ꝙ iusticia excludit omnē obliquitatem: prudentia omnē errorem: fortitudo omnē molestiam: temperantia excludit omnē libidinum repugnantiā ꝫm qd dicit Augusti.

K Beatitudinē etiam describit phs. x. Ethico. sub nomine felicitatis. Felicitas est operatio optima: nobilissime potentie: ꝫm nobilissimā virtutem (hoc est habitum nobilissimū qui sapientia est) respectu dignissimi obiecti (qd deus est) hec est diffinitio beatitudinis substantialis: sed boetius describit beatitudinem substātialiter et accidentaliter. In hac diffinitione Aristotelis satis conformiter locutus est xp̄s: qui dicit Johannis. xvij. Hec ē vita eterna: vt cognoscāt te deum verū solum: ꝛ quē misisti Jesuz xp̄m. Loquunt᷑ etiam ad ipsum cōformiter theologi: ponentes vitam eternam in eterna dei visione: que fruitionē complectitur: delectationēqꝫ supremaz includit: secura cum tentione. Ex ipsa eñi visione clara cum ipsum visum scꝫ deus non videatur p similitudinē: sed per essentiam: efficit᷑ q̄dāmodo intra videntem: ꝛ ita est tētio seu comprehēsio que succedit spei: ꝯsequens visionem que succedit fidei in gloria. et ex hoc ꝙ ipsum visum receptuz est intra videntem: vnit sibi vidētem vt fiat quasi q̄dā penetratio mutua p amorem. Ad vnionem aūt maxime cōuenientis sequit᷑ summa delectatio: que est nostra felicitas: que ꝯsistit in optima operatione humana. Felicitas eñi non est in habitu solo sed in actu etiam: ꝫm phm in p̄mo Ethi. q̄ diffinit felicitatē dicens. Felicitas est actus ꝫm virtutem pfectus: qꝛ habitus perficit᷑ p actū. Optima aūt operatio hominis ꝫm phm ꝛ sequaces suos est operatio intellectus: ad nobilissimū ꝛ dignissimū obiectum qd deus est: vñ ipa visio diuinitatis ponit᷑ substantia beatitudinis: p cōnexionē tam actuum aliarū dotium gloriosaꝝ: nam qui pfecte videt pfecte amat: ꝛ pfecte habet. Sed alij dicunt ꝙ beatitudo ꝯsistit p̄ncipaliter in actu voluntatis. scꝫ in fruitione perfecta trinitatis. vnde dicit sctūs Bonauen̄. ꝙ beatitudo est summi boni fruitio: ꝛ talis vtiqꝫ est melior quocunqꝫ actu intellect⁹: scꝫ etiam clara dei visione: vnde talis fruitio q̄ est subiectiue in voluntate: intim⁹ ꝛ pfectius ꝯiungit naturam intellectualem cum obiecto beatifico deo q̄ visio: nā visio sine fruitione ꝛ dilectione voluntatis: quedaz vana ꝛ curiosa inuestigatio ē nō ꝯtemplatio. vñ August. xiiij. de trinitate. Beatus est qui habet quicq̄d vult: et nihil mali vult. Item ꝫm phm. Beatitudo in actu nobilissime virtutis ꝯsistit: ſ; charitas est excellentia virtutū omnium p̄ma. j. Cor. xiij. Si linguis hominuz loquar ꝛc. Item beatitudo est operatio nobilissime potentie: sed nobilissima potentia est voluntas nō intellectus. vt ꝓbat᷑ p̄mo tract. ca. xxxij. Item beatitudo consistit i habitu nobilissimo: ſ; inter dona spiritussancti (que vtiqꝫ manēt in patria ꝫm actus suos excellētiores) sapientia (que dicit᷑ a sapore de deo. scꝫ sapida suauis delectans scientia) est donum nobilissimuz Sapiētia aūt vt dictū est supra. ca. xxviij. est habitus affectiuus: habēs ꝓ subiecto voluntatē ꝓ superiori sui parte: q̄ sinderesis dicit᷑.

L Quantum ad quintū de triplici beatitudine formali tria hic se offerūt dicenda. Primū de beatitudine generaliter Scd̄m de triplici beatitudine specialiter. Tertiū erit de q̄busdam theoricis beatitudinem in pticulari declarātibus. Cōsiderandum p̄mo ꝙ sicut dictū est supra in. ij. notabili. Beatitudo est duplex: vel satians effectiue sicut obiectum: vel satians formaliter: sicut pfecto: sicut premiū siue donū: satians sicut obiectū dicit᷑ beatitudo obiectalis: ꝛ hec erit equalis om̄ibus beatis scꝫ diuina essentia: que oino vna est merces oim: vnus deus: vna beatitudo: vnum premiū. Et ex parte illius nullus erit gradus in beatitudine. Ille

eñi est denarius: de quo dicit Matth.xx.
Qz omẽs acceperunt singulos denarios
Eundem enim denarium paterfamilias
dedit omnibus qui operati sunt in vinea
Diuina enim essentia dabitur cuilibet be
ato ad videndum amandum et ad possi-
dendum: quia erit obiectum omnium be
atorum. Alia est beatitudo formalis:
que dicit dupliciter ꝓprie ꝛ communiter.
Proprie dicta est gaudium de participa
tione dei perfecta per cognitionẽ ꝛ amo-
rem. Et hec dicit beatitudo substantialis
seu essentialis: et comprehẽdit premium
essentiale tm̃: quod cõsistit in clara dei vi
sione et perfecta dilectione: ꝛ secura ten-
tione: de deo clare viso ꝛ perfecte amato
nunꝙ amittẽdo. Et hec beatitudo substã
tialis est vna vnitate conformitatis ꝛ vni
tate connexionis: sed tamen differens est
q̃ntitate gaudij ꝛ remunerationis Unus
enim clarius videt deum ꝛ magis de illo
gaudet: ꝛ strictius tenet. Et de illa beati-
tudine intelligitur illud Johis.xv. In do
mo patris mei mãsiones multe sunt. hoc
est ẜm August. varie dignitates merito-
rum et premiorum. Ibi enim per vnitatẽ
domus intelligitur vnitas beatitudinis
obiectalis: sed per diuersitatem mansio-
num: intelligitur diuersitas beatitudinis
formalis: siue illa fuerit substantialis siue
accidentalis. Beatitudo autem formalis
substantialis est ex parte anime: ꝛ consi-
stit in premio trium dotiũ glorificatione
anime: de quibus infra dicetur. Beati
tudo hec formalis substantialis solet me
Aurea taforice ꝛ similitudinarie dici Aurea si-
ue corona: quia meritum illud quo illud
premium meremur: agit cum quadã pu
gna: quia militia (inquit sctũs Job) est
vita hominis sup terram. Et victorie de-
betur aurea siue corona. Comparat au-
tem tale p̃miũm siue merces auree (vt di
cit San. Bonauentu.) ꝓpter tria. Aurea
eñi est corona de auro. Corona autem de
betur filio regis: in qua etiam inq̃ntuz est
de se non est reperire principium neqꝫ fi-
nem. Et materia de qua est scz aurum:
est materia inter cetera metalla maxime
incorruptibilis. Premio ergo quod dici
tur aurea premiantur qui transeunt ad
regni hereditatem: ad dei eternitatem: ad
sui soliditatem siue incorruptibilitatem.
Hoc premium debetur cuilibet virtuti ꝛ
precipue charitati: et alijs virtutibus gra
tia charitatis. Nam si finalis charitas a-
mittitur illud premium nulli datur.

Ad intelligendum clarius qualiter vir
tutes remunerantur in patria scd̃m San
ctum Bonãuentu. in. iij. distinctio. xxxiij.
qui dicit ꝙ virtutes manebunt in patria
multipliciter. Quedam eñi virtus ma-
net in patria q̃tum ad premiuz: ita ꝙ ipã
sibijpsi est premium ẜm perfectionis sta-
tum: sicut charitas que ꝓut erat invia im
perfecta fuit: meriti erat principium: sed
prout ipsa eadem est consummata in pa-
tria: est meriti complementum. Que-
dam autem virtus manet q̃ntum ad pre
mium: verũtamen nec ipsa sibi est premi-
um: nec cum premio suo seipsam compa
titur: sicut fides et spes: que in patria pre
miantur: et ideo non pereunt: non tamen
sunt premium propter suam imperfecti-
onem. Nec secum premium compatiun-
tur: propter q̃ndam oppositionem: nam
premium patrie substantiale est videre et
tenere deum: et primum repugnat fidei
que est de non viso. Scd̃m repugnat spei
que est de futuro et nõ habito. Quedã
vero virtus manet medio modo: qꝛ ma-
net q̃ntum ad premium et cum premio.
Ipsa tamẽ non est sibi premium: sed dis-
positio ad premiũ. Et sic manet ṽtus car
dinalis: nã premiũ essentiale virtutum est
in ipsum bonum summũ quod deus est:
scd̃m ꝙ videtur diligitur et tenetur: ita ꝙ
penes istos tres actus: vt infra dicit tres
dotes anime accipiunt. Nullus autẽ isto
rum actuũ est virtutum cardinalium: qꝛ

virtutes cardinales nunq̄ intm̄ eleuanť
q̄ deum habēt p obiecto: alioquin transi
rent in theologicas virtutes et desinerent
esse cardinales: respectu tn̄ boꝝ actuum
gloriosoꝝ v̄tutes cardinales erunt sicut
dispositiones et sicut via. Ad hoc enim q̄
homo recte ordineť in deū p v̄tutes theo
logicas rōne suoꝝ p̄mioꝝ. Necesse est q̄
etiā ordineť ad p̄ximū: qd̄ fit p iusticiā: et
ad seipm̄ qd̄ fit per alias tres v̄tutes car-
dinales. Beatitudo formalis cōiter di-
cta: diciť oīs remuneratio et premium re
spectu creature: excludēs oēm miseriam.
Et talis btitudo formalis cōiter dicta dr̄
btitudo accidētalis: comp̄hendēs p̄miuz
accidētale qd̄ est qd̄libet p̄mium ip̄i⁹ bea
ti supadditū p̄mio substātiali siue essenti
ali iam dicto: vt qd̄libet gaudium qd̄ hz
sctūs de aliquo bono creato. Et illud bo-
num creatum vel est intra se scz glorifica
tio corporis. Et hoc bonū sctūs Bonauē
tura in fine breuilo. nominat p̄miū ↄsub
stantiale. Nam consistit in glīa corpis qd̄
resumptū ab anima btā: erit in cōtēplati-
onis solacium et in eterne felicitatis au-
gmētū: et idcirco cooperādo p̄mio substā
tiali anime: recte p̄miū nominať consub-
stantiale. Gloria aūt corporis consistit
in. iiij. dotibus gloriosis corpis: de qb̄us
infra dr̄. Vn̄ ineffabile cōsurget gaudiuz
in beatitudine formali: pertinet etiam ad
p̄mium cōsubstātiale remuneratio: q̄nq̄
sensuum exterioꝝ. Nā oēs beatoꝝ sen-
sus exteriores (resumptis corporibus.)
erunt in actibus suis pfectissimis et p̄mi-
abunť cōuenientissima delectatione: pro
ut dictū est. j. tracta. ca. xvj. circa p̄ncipiū.
Et in. ij. tract. in fine. x. ca. Consistit etiā
btitudo accidentalis in gaudio creatura
rum: iuxta se in associatione oīm sctōrum
hoīm et angeloꝝ: sub se. Nam beati gau-
dent se penas eternas p dei misericordiā
euasisse: supra se: gaudent sancti de aspe-
ctu claritate humanitatis Jesu xp̄i: dei et
hoīs mediatoris: et de regine celi v̄ginis
matris glorifica claritate: de hoc in p̄mo

trac. c. j. habeť theorica vna deuotissima
et simil'r in fine huius trac. Premiū ac-
cidētale de q̄ nunc dictum est vocať Au-
reola diminutiue: q̄si parua aurea: q2 est
multominus p̄mio substātiali: et sic acci-
piť aureola cōiter p omni p̄mio acciden
tali supaddito substātiali. Alio mō aureo
la accipiť p̄prie p gaudio qd̄ habet sctūs
de operibus pfectis et p̄uilegiatis: q̄ hn̄t
rōnem excellētis victorie: et sic aureola est
p̄mium accidētale nō qd̄cunq̄: sed illud
qd̄ correspōdet operi excellēti et p̄uilegia
to scz martyrio v̄ginitati et p̄dicationi: vn̄
sicut ex gaudio essentialis p̄mii quod est
aurea: resultat quidā decor in corpore: q̄
est gloria corporis: ita ex gaudio aureole
resultat aliquis decor in corpe: sic aureo-
la p̄ncipaliter est in mente: sed p quandā
redundantiā fulget etiam in carne: vn̄ in
corpore v̄ginis quidā decor apparebit: p
hoc q̄ corruptionē p xp̄o seruauit. Pal-
ma est p̄mium accidentale qd̄ nec radici
nec operi debeť sed voluntati. Tale p̄mi
um habuit sctūs Martinus eo q̄ marty
rium desiderauit lz opus nō fuerit subse-
cutum. vnde caniť de eo. O sanctissima
anima quā et si gladius psecu. nō abstu. tn̄
palmā martyrij nō amisit. Sanctus aūt
Bonauētu. in. ij. dist. xl. dicit q̄ ibi palma
martyrij nō accipiť p premio accidētali
quod est aureola sed p p̄mio substantia-
li quod est aurea. Vtrūq̄ est martyrij pal
ma: sed vnū scz aurea r̄ndet martyrio q2
sustineť ex charitate. Alterum scz aureola
respōdet ei q2 est specialis p̄uilegij et pre-
rogatiue. Fructus gaudiū est accidenta-
le in gloria qd̄ attendiť s̄m vnam aureo-
lam scz cōtinentiam. Et accipiť aliter q̄
ad Gall. v. vbi enumeranť. xij. fructus: de
quibus dictū est capi. xxx. Hic em̄ accipi-
tur fructus p respectū ad semē ex q̄ con-
surgit. Sic fructus sp̄ualis est illa sp̄uali-
tas vite: ad quā homo ex virtute et effica
cia sp̄ualis seminis scz verbi dei pficit ce
dēdo a carnali vita. Et ille habeť in p̄nti
vita: sic accipiť Math. xiij. Vbi dn̄s fru-

M Aureo[la]
Palm[a]
M Fruct[us]

ctū diuidit in tricesimū. sexagesimū ⁊ centesimū. Dicit autē fructus sic trāsumptiue. Nā sicut fructus in corꝑalibꝰ dr̄ ꝑ respectū ad semen. s. inquantū ꝓdire ꝑt ex semine. cuius vis seminatiua ē efficax ad conuertendū humores terre ad suā naturā ⁊ quāto vis hec est efficacior tanto fructus sequit̄ vberior. sic spūale qḋ i nobis seminat̄ ē verbū dei. vn̄ quāto magis aliquis ex ꝟbis dei in spūalitatem conuertitur a carnali vita. tanto in eo ē maior fructus verbi. Et ita fructus spūalis in ꝓposito ē spūalitas vite. ⁊ ad quā hō ex ꝟtute ⁊ efficacia spūalis seminis. s. verbi dei ꝑficit recedēdo a carnali vita. ⁊ ille fructꝰ etiām habet̄ in ꝑsenti. Et cōsequēter fructꝰ vt ē ꝑmiū accidētale futur. s. illud gaudium qḋ hꝫ beatꝰ de dispositione sua ꝓpria scꝫ de certo gradu vite spūalis. ad quem recedēdo a vita carnali ꝑficit ex vi efficacia seminis verbi. s. dei. ⁊ amonitionis sacre scripture. Et fructus licet possit etiam alijs virtutibꝰ aliqualit̄ cōuenire. tamē principaliter cōuenit virtuti ꝯtinētie. qꝛ huic virtuti ꝑcipue debet̄ fructꝰ q̄ hominē maxime liberat a subiectiōe carnis vt possit trāsire in vitā spūalem. ꝫ hoc maxime facit virtus continentie ⁊ castitatis q̄ liberat hominē a delectationibꝰ venereis. ꝑ quas anima ꝑcipue carni subdit̄. intantū vt in actu carnali ꝫm Jeronimum Nec spūs ꝓphetie tangit corda ꝓphetantiū. Et dicit Aristo. ꝙ luxuria furat̄ intellectū ꝯspisse sapientie. Nūc secūdo dicēdū ē de dotibꝰ aureolis ⁊ fructibꝰ spūalibus specialiter. Dotes sunt duplices q̄dā sunt a ꝑte anime. quibꝰ deo tanq̄ ꝑncipio vite sue sine habitu medio ꝯiungitur vt sunt visio dilectio. tentio. Sunt tn̄ quedā dona patrie sicut ē sapiētia ⁊ intellectꝰ q̄ licet animā deo ꝯiungāt non tn̄ sine habitu medio. ⁊ ꝓpter hoc nō dicunt̄ dotes ꝫ anime ꝑmiationes. Quedā dotes sunt ex ꝑte corꝑis quibꝰ ipm̄ corpus subijcit̄ anime tanq̄ principio sue vite. ne ꝑ ipm̄ anima ab actu glorie retardetur. Dotes anime sunt de premio substantiali. dotes corporis de premio accidentali. Dotes anime sunt tres habitus ad facilꝰ eliciēdū actus gloriosos in patria. s. visionē dilectionē. fruitiuā. tentionē vel adherentē fruitionē correspondentē spei. iuxta illḋ Mihi autē adherere deo bonū ē. ⁊ h̄ ꝫm tres vires rōnalis ꝯcupiscibis ⁊ irascibil̄ quales theologi ponūt in suꝑiori portiōe rōnis. Ad cuiꝰ intelligentiā notandum vt dicit. s. Bona. in. iiij. dis. xlx. ꝙ actꝰ gloriosi nō tm̄ sunt in deū vt in obiectū ꝫ etiam in bona creata. Gaudebit enim hō et diligit ꝓximū in patria. vnde gloria totū perficit qḋ gr̄a disponit. ꝫ gratia disponit actus anime in deū ⁊ ꝓximū ergo gl̄ia ꝑficit actus anime. nō tm̄ que sunt in deuꝫ ꝫ etiā q̄ sunt in bonū creatū ꝑ ꝟtutes cardinales q̄ habebunt actus gloriosos i patria. Sed quia substantiale ꝑmium beatitudinis in deo consistit. Ideo actus glorie ꝑncipales sunt ꝫm q̄s anima cōuertit̄ in deū ⁊ ꝫm hos actus dotes anime assignant̄. qꝛ ꝫm hos anima vnit̄ deo tanq̄ sponsa sponso. ⁊ hijs dotat̄ replet̄ ⁊ vigoratur. Et ideo dicunt̄ dotes quasi diuitie anime desponsate Sponsus enim dotat sponsam suā. Unde quēadmodum in matrimonio tres succedunt gradus. Est em̄ matrimoniū iniciatū est ꝯsūmatū. est ratū. Juxta hunc triplicē statū aīa beata metaphorice suo sponso deo copulat̄ In baptismo iniciatū ē matrimoniū cū eterno sponso deo ꝑ actum fidei spei ⁊ charitatis. q̄ etiam paruulis nōdum rōne vtētibus infundūtur ꝫm habitū. Matrimonium anime plene ꝯsummatur. dum beata anima ad cubiculum sponsi recipitur ꝑ gloriam. Ibiq̄ ditatur tribus dotibus visione. fruitione ⁊ tentione. tunc anima fit vnus spiritus cum sponso ad actus q̄ beatitudinem constituunt qui sunt intuitiua visio ⁊ actualis fruitio cum eternitate. Matrimoniū tercio fit ratum ꝑ cōfirmantem gloriam. ne dissolui possit ꝑ peccatum. Nā anima tunc fit impeccabilis

Dotes sunt [du]plices.

Dotes aīe

Nam omne malum culpe pene et miserie ab ea remouetur. vt malū non solum facere vel pati velit sed nec omnino poterit. Ad quid valent dotes sane quatinus sponse suppetet vnde portet iugum suauissimum et onus leuissimum beati cōiugij. vbi sit mens suo modo parens verbi et sacrarium spiritussancti. Fitqz mens in vnum virgo mater et filia. quemadmodū verbigena sancta parens domini nostri iesu xpi maria. Mens namqz ratōnalis virgo nominatur propter sinderesim que nunqz violatur. Mater quia parit in se verbum rorante desuper patre luminum cuius est filia Cuius filio nuptialiter piuncta est in dei formitate glorie. per quā anima sancta deo effecta conformis. Et ratione ipm videat clare et voluntate ipsum diligat plene et memoria retineat ineternum. Sicqz tota anima dotatur tota in tribus viribus anime tota deo cōfiguratur tota illi vnitur tota requiescit in illo sicut in omni bono. Inueniens pacem. lucem sufficientiam sempiternam. per quam in statu omnium bonorum congregatione: perfecte constituta et eterna vita viuēs dicitur beata et etiā gloriosa. Anima etiam beata nuptiali i thalamo pleno toto quam cordis affectu laudat. psallat. iubilat. cantat canticum amoris canticum nuptiale quod dicitur Epithalamiuz. Canticū nouū propter illum qui fecit oia noua. Tenor huius cantici consistit in essenciali beatitudine visionis dilectionis et fruitionis dei que semper vno et inuariabili canore subsistit et resonat. Respectus vo creaturarum tam in verbo quam in proprio genere mouet ad canticum multiplici varietate decore tanqz p discantu. Necqz dubitaueris omnes et singulos in vnū concurrere mentalis spiritus affectiones (de quibus ij. tractatu. dictum est ca. xxxj. de psalterio mystico) formabitur enim melodia spiritus ad exēplar armonie siue melodie diuinalis que stabilis in se semper manens fastidiri non potest tanqz assidue renouetur. Hec Cancellarius. super magnificat

Epithalamium.

Nominantur autem dotes beatorum ad similitudinem dotis que datur sponse a sponso quādo nubit. Sic beatis quādo in gloriam transferantur aliqua diuinitus dantur ad eorum ornatum et hij ornatus a magistris dotes nominantur. Unde talis descriptio datur de dote tam anime quam corporis. Dos est perpetuus ornatus anime et corporis vite sufficiens in eterna beatitudine iugiter perseuerās. et sunt tres dotes anime. (vt etiam d. dictū est in. iiij. notabili quesito. vj. huius capi.) scilicet visio. dilectio et tentio siue comprehensio. Et has tangit magister in. ij. Sententiarū. dist. j. dicens. quod non valet dei beatitudinis particeps existere aliquis nisi per intelligentiam que quanto magis intelligitur tanto plenius habetur. Fecit enim deus rationalem creaturam que summū bonum intelligeret et intelligēdo amaret et amādo possideret et possidendo frueretur Et habent ista quatuor se sm ordinē. Intellectus sm apprehensionem boni gignit amorem. Amor vnit amatum et quodammodo illud suum esse facit possidendo. Et ex hac coniunctione sequitur delectatio que perficit rationem fruitionis. Nam fruitio est gaudium causatum in voluntate ex amore summi boni per claram visionem et securam tentionē seu comprehensionem put dictum est. j. tractatu. ca. xxxv. de fruitione.

Dotes corporis consueuerunt quatuor assignari. s. claritas. impassibilitas subtilitas et agilitas. Numerus dotiū siue qualitatum perficientium corpus accipitur ex Sap. iij. Fulgebunt iusti et tanqz scintille in arundineto discurrēt. Si fulgebunt ergo habebunt claritatem. Si iusti ergo habebunt impassibilitatem seu immortalitatem. Sapie. j. Iusticia est perpetua et immortalis. Si sunt scintille ergo habebunt subtilitatem. Si discurrēt ergo habebūt agilitatem. In his quatuor dotibus consistit glorificatio corporis Cuz enim (vt dicit

P Dotes corporis.

Bona.in.iiij.di.xlix.) quatuor dotes cor
poris sint q̄daꝫ dispositōes ⁊ q̄litates ab
solute corpis.danꝭ sibi a deo imediate in
eiꝰ reformatiōe. Si aūt ꝯsiderant q̄ꝫtum
ad ꝯsummationē sic sꝫ a glīa aīe.vn̄ sicut
in pn̄ti aīa in corpꝰ influit ⁊ p illā̄ influen
tiā corpꝰ est coloratiꝰ:est durabiliꝰ:est vir
tuosiꝰ ⁊ agiliꝰ q̄ꝫ cū aīa separaꝭ. Sic aīa
gloriosa influens in corpꝰ oēs dotes istas
ad q̄s dispositōnē habebat p sui reforma
Claritas tionē pficit ⁊ cōsummat. Claritas est pri
ma dos corpis. Aliqđ em̄ dꝛ clarū duplr
Aut qꝛ puium sicut vitrū dꝛ clarū.aut qꝛ
lucidum sicut stella dꝛ clara. Corpꝰ auteꝫ
glorificatū nō est puium ꝫ lucidū. Si em̄
essent puia:vt dicit.s.Bona.nō termina
rent visum.⁊ ita oculi non possent discer
ni a naso. Erūt etiā luminosa ⁊ colorata.
Colorata p naturā quatuor elementorū
⁊ earū q̄litatū ex q̄bꝰ cōstat corpꝰ hūanū
Sed luminosa ex lumine supaddito Cor
pus etiā gloriosum pōt suā claritatem ꝫꝫ
imperiū anime oculis nr̄is occultare. Si
cut xp̄s post resurrectionē apparuit disci
pulis in eadē effigie ⁊ colore in quo priꝰ:
Nā vt dicit Aug.in li.de ci.dei. Xp̄s sua
resurrectiōe ōn̄dit q̄le futurū sit corpꝰ no
Impassibilitas. strū. Impassibilitas scđa dos est corpis
q̄ resultat ex virtute aīe suū corpꝰ potē
ter ꝯtinentis ita q̄ a nullo exteriori agen
te valeat imutari securi vel cultello. Est
etiā impassibile ab intrinseco q̄ꝫuis enim
corpora beatoꝝ sint composita ex cōtra
rijs: illa tn̄ ꝯrietas ad oīmodā cōcordiā
est redacta. Subtilitas tercia dos ē cor
Subtilitas. poris glīficato ⁊ aufert grossitiem corpis
causatā ex materialitate ⁊ cōpositiōe ele
mentariū qualitatū. Notandū q̄ duplex
est subtilitas. Una ex charitate partium
distantium.⁊ ex tali subtilitate efficiꝭ cor
pus facile diuisibile.⁊ talis nō erit in cor
poribꝰ glīficatis. Alia ē ex pfecta victoria
forme sup materiā ⁊ hmōi subtilitas est
vnire. sic sol dicitur subtilis: ⁊ hoc modo
Agilitas corpora gloriosa sunt subtilia. Agilitas.
quarta dos ē corpis que tanta est vt dicit
Augꝰ. q̄ ꝓtinus vbi volet sp̄us erit ⁊ cor
pus. Uerūtamē sicut melior aīa corpꝰ
habebit lucidius sic ⁊ agiliꝰ Intm̄ q̄ vo
luntas sanctorum erit omnino coniun
cta rationi vt voluntas nunquā appetet
qđ non debet sed voluntas anime nobili
oris volet rationabiliter mouere corpus
suū citius q̄ꝫ alterius. Unde ptꝫ q̄ in om
nibus verificatur dictum Augustini. sci
licet vbi volet spiritus protinus erit ⁊ cor
pus. Sufficientia quatuor dotiuꝫ cor
poris gloriosi.ponit sanctus Bonauētu
ra in.iiij.in Centiloquio et Breuiloquio.
vbi dicit deus in productione corpus ani
me alligauit et naturali ⁊ mutuo appeti
tu inuicem copulauit.⁊ in statu meriti fe
cit.vt spiritus condescenderet ⁊ intende
ret corpori. Nec naturalis appetitus pa
titur q̄ anima plene sit beata nisi restitu
atur ei corpus ad quod resumendi habeꝭ
inclinationem naturaliter insertam. Nec
regiminis ordo sustinet q̄ restituatur cor
pus spiritui nisi per omnia illi conforme
et subiectum quantum potest corpus spi
ritui conformari. Hoc autem fit per qua
tuor dotes corporis que sic corpus perfi
ciunt q̄ ordinanꝭ ad anime actioneꝫ que
duplex est cognitio ⁊ dilectio. Ad cogniti
onē ordiat claritas: qꝛ sp̄us ē i visiōe luc̄
etne clarificatꝰ.iō dꝫ in eiꝰ corpe claritas
permaxima apparere. Dilectio est alia
actio aīe. Est em̄ dilectio delectatio mag̃.
⁊ cōsistit in ꝯiūctione ꝯuenientis cū ꝯue
niente rōne cuiꝰ in corpe glīoso ē. Impas
sibilitas vt nō retrahaꝭ sp̄us a deo. quia
tentione eternitatis spiritus factꝰ est om
nino impassibilis. Ideo in corpe debꝫ ēē
impassibilitas om̄imoda tam intra q̄ꝫ ex
tra. Quia vero in dilectione illius sum
mi boni sp̄us hūanus et effectus sp̄ualis
Ideo in corpe dꝫ hr̄e corr̄ndentē subtili
tatē ⁊ spiritualitatem. vt nihil interpona
tur inter diligens ⁊ dilectum. Quia vero
ex his oībꝰ spiritꝰ pmptissimꝰ ē attēdēdū

in deum. Jdeo in corpore glorioso vt cō-
iungat anima deo. debet summa agilitas
reperiri. Qm̄ igit̄ ꝑ has q̄tuor ꝓprietates
⁊ nobilissimas cōditiōes fit corpus spiri-
tui cōforme. Hinc est ꝙ in his quatuor ꝑ
cipue dotari dꝫ: rōne quarū idoneitatem
habet sequi spiritū ⁊ locari in regione ce-
lesti. que est regio beatoꝝ. Jn his eñ pro
prietatib⁹ corporibus celestib⁹ assimilat̄ ꝑ
quas quasi gradatim distat corp⁹ celeste
a quatuor elementis. ⁊ sic dos corpoꝝ q̄-
druplicata ⁊ corp⁹ in se ꝑfectum reddit ⁊
cōforme habitationi celesti ⁊ spiritui bea
to: ꝑ quē a summo capite deorsum vsqꝫ i
oram vestimēti scꝫ corpis: plenitudo dul

M
De aureolis

cedinis ⁊ beatitudinis ebrietas redūdat.
⁊ q̄ntum est possibile deriuat̄. De aure
olis. Jn diuersis xp̄i membris diuersa sīt
carismata gr̄aꝝ: nō solū q̄ntum ad interi-
ora dona: verū etiā q̄ntum ad exercicia ex
teriora: nō solū ad habit⁹ verū etiāꝫ q̄ ad
status. Nō solū quo ad ꝑfectionē chari-
tatis in mente: verū etiā quo ad ꝑfectōis
decorē ⁊ pulcritudinē in ope corpali. hic
est ꝙ aliq̄bus membris nō solū stola ani-
me cū trib⁹ ei⁹ dotib⁹ ⁊ stola corpis cuꝫ
quatuor: verū etiā ꝓpter excellentiā ꝑfe-
ctionis ⁊ decoris habiti in virtuoso ope.
debet̄ excellentia premij accidentalis. qd̄
aureola nuncupat̄. Aureola in centi-
loquio. s. Bonauen. sic describit̄. Est glo
ria incorruptiōis ꝫm ꝑfectū triū virium
anime in carne opantiū. Tres q̄ppe na-
turales potentie. s. rōnalis: irascibilis: cō
cupiscibilis. in actus ꝑfectissimos egredi
unt̄ respectu carnis: trib⁹ virtutib⁹ infor
mate. s. prudentia: temperantia: fortitudi
ne. Rōnalis vis informata prudentia. ha
bet actū difficilimū quē exercet in carneꝫ
q̄ aggrauat aiaꝫ. hoc ē docē alios in fide
⁊ morib⁹. qd̄ faciunt doctores. Rōne cu-
ius debet̄ eis aureola p̄dicatoꝝ. Et ē glo
ria de incorruptione doctrine ad alteruꝫ
ꝓlate verbo ⁊ mente ⁊ exemplo. De hac
aureola dicitur. j. thim̄. iiij. Que est spes
mea aut gaudium aut corona glorie: nō-
ne vos: ante deum. Jrascibilis vis infor
mata fortitudine habet suum actuꝫ diffi-
cilimū quem in carne transfigit ⁊ exercet
mediante carne: vti est sustinere mortem
pro iusticia. Ratione cuius debet̄ ei au-
reola martyrum. Et est glīa de inuicta su
stinentia mortis. vsqꝫ quo aliquis ꝑseue-
rauerit vsqꝫ ad mortem: ꝓ fide ⁊ iusticia
pacienter. Cōcupiscibilis vis informata
temperantiā habet suum ꝑfectū actum ⁊
difficilimū q̄ est semp seruare carnē suaꝫ
integrā absqꝫ omi cōtagione veneree acti
onis qd̄ faciunt ꝟgines. Rōne cui⁹ debe
tur eis aureola virginuꝫ. Et est gloria de
incorruptione carnis attestante incorru-
ptionem mentis. Jn signum hui⁹ tripli
cis aureole debite trib⁹ generibus saluā-
dorum. p̄mittunt̄ in aliquibus ecclesijs
versiculi antiphonis. Antiphonis beati
pauli apl̄i ꝓ p̄dicatorib⁹. Antiphonis bti
Laurentij martiris ꝓ martiribus. Anti-
phonis beati marie versiculi premittunt̄
in signum aureole ꝟginum. De imma-
culata cōceptiōe ꝟginis in officio matuti
nali p̄mittunt̄ versiculi singulis antipho
nis. Hoc officium Sixtus quartus con-
firmauit. tradiditqꝫ ordini minorum ad
obseruandum. Non enim illa sanctissi-
ma anima virginis virginum dei matris
vnqꝫ originali macula extitit scortata. ꝓ-
ut dicitur in dicto officio. Legatur figura
libri Leuitici. Summus sacerdos vidu-
am ⁊ repudiatam ⁊ sordidam atqꝫ mere
tricem non accipiat vxorem. Non ingre-
dietur ergo sacerdos ad maculataꝫ quo-
quo mō. ⁊ ingredietur dyaboli scortū ali
quando deus ⁊c̄. Null⁹ igitur sane men
tis in Marie laudes prorumpens: ma-
trem eam dicit dei. simul quoqꝫ quondā
fuisse filium dyaboli. Hec ibi. Si nan-
qꝫ virgo dei mater originali fuisset vicio
maculata: non posset dici simpliciter vir-
go. Quia sicut per luxuriosā cōmixtionē
corrumpitur caro. ita anima ꝑ pctm̄. Si

R
De imma[…]
lata cōcep[…]
ꝟginis

ergo originalis infectio gloriose dei genitricis animam fordidasset virgo nō esset simplr̄ s̄ s̄m quid tantūmō nuncupanda In contrariū canit ecclesia Sancta ⁊ immaculata virginitas. Itē nec virgo bn̄dicta puritate maiori sub deo niteret. quoniā ,pthoplasti creati sine originali macula puriores fuissent matre dei qd̄ ē cōtra An shel. Decuit virginē ea puritate nitere qua maior sub deo neqt intelligi. Nō solū purissima dei mater ab om̄i originali ⁊ actuali ruga imunis fuit. verūetiā a q̄litate illa morbida. affectu. s. fomite fedāte ⁊ inficiente humanā naturā piterq̄ p̄sonā. vn̄ nec fomes (q̄ materiale pena ⁊ sequela extat peccati original') in dei v̄gine fuit ligat⁹ sopitus ⁊ extinctus. q2 nūq̄ȝ infuit. vn̄ quēadmodum sancta Theotocos fuerit p̄seruata a pct̄ō originali pariformiter a morbido affectu fomitis. ,put j. tracta. ca. viij. extitit declaratū. Vnde **Nota.** in ,ptestatione immaculate ↄceptiōis nostre dn̄e in honorēq; sanctissime Anne genitricis eiusdē. nōnulli zelatos icorrupte virginis. In fine salutatiōis angelice subscriptā dicūt oratiunculā quā referūt cuidā deuotissimo a v̄gine dn̄i mr̄e e celo allatā. **Oratio.** Oratio. Bn̄dicta sit sancta mater Anna ex qua siue originali macula ,pcessit dulcissime marie intemerata caro virginea amen. Sup q̄ oroe cōposita ē Col'. v̄siculus. Ora ,p nobis dei innocentis genitricis genitrix beata Anna. Repetitio. vt digni efficiamur ,pmissionib⁹ xp̄i. Orō

Deus q̄ de beate anne matris vtero dulcissimā virginē Mariā vt dignuȝ filij tui habitaculū effici mereret (spūsancto p̄seruante) absq; macula originali carnē suscipere voluisti. presta quesum⁹ vt q̄ eā dignissimā matrē immaculate genitricis dei cognoscimus filie matrisq; pcib⁹ (cōcupiscentie diminuto fomite) ad declinādū a malo. ⁊ ad faciendū bonuȝ ,priores efficiamur. Per eundem In vni. ss. Amē

Nec quempiam moueat huiuscemodi digressio quoniā in gloriam theotocos di matris (cuius immaculate ↄceptōis pulcritudinē sol ⁊ luna mirant) a ,p̄posito digressum est. Redeundo ad ,p̄positū. nota q; ,p quatuor datis maximis q̄ dat homo iustus deo ab eo recipit quatuor dona maxima. Nam ,p bona voluntate charitate informata recipit auream. Pro bona doctrina fidei ⁊ morū recipiunt predicatores aureolam. Pro sustinentia mortē recipiunt martyres suā. Pro incorruptione carnis. virgines habent suam aureolam. **S**

¶ De triplici fructu. Premiū qd̄ dicitur fructus attenditur s̄m vnam p̄dictorum scȝ s̄m continentiam virginalem et diuersificatur fructus s̄m q; diuersificatur continentia. **De triplici fructu.** Est em̄ Continentia coniugalis abstinere se ab omni coitu illicito. non tamen ab omni coitu. Huic respondet fructus tricesimus. In quo est denarius qui eterna significat. ⁊ ternari⁹ trium bonorū coniugij. s. ,plis. fidei et sacramenti que ad denarium referuntur **Continentia coniugalis**

Est continentia Vidualis abstinens se ab omni coitu in carne corrupta respectu temporis ⁊ p̄sone a posteriori t̄m. cui respondet fructus sexagesimus In quo est denarius eterna significans ⁊ senari⁹ operum in quibus ,p̄pter denarium eternorū debent vidue in sex se exercere s̄m aplm. j. Thimo. v. Quorȝ primum operū ē reddere parentibus vicem. Secundū est instare obsecrationibus ⁊ orationib⁹. Tercium est filios educare. Quartum ē pauperes hospicio recipere. Quintuȝ sanctorum pedes lauare. Sextum est patientibus tribulationem subministrare. **Vidualis.**

Est et t̄cio Continētia Virginalis abstinēs se in carne incorrupta respectu cuiuslibȝ tēporis ⁊ persone ab omni coitu cui respondet fructus centesimus qui constat ex denario ī se ducto. Iste quidem cōpetit virginibus que in terra manentes angelicaȝ ducunt vitam. ⁊ tantū interius sibi vacāt ,p̄pter eternuȝ bonū. qd̄ ē denariū in se ducere Castitas coniugalis bene excolit terram, vidualis melius, virginalis optime. **Virginalis.**

Et nota q cum virginitas sit in carne corruptabili: ppetue incorruptionis meditatio .i. ppositū (vt dictū ē supra ca .xxiij.) virginitas tria dicit. Primū est abstinere ab omni coitu illicito. 7 q̄tum ad hoc dicit initium virtutis. huic debeť aurea. Secundū est ab omni coitu licito: q̄tum ad hoc dicit statum virtutis. huic debeť fructus centesimus. Tercium est integritas mentis 7 corporis q̄tum ad hoc dicit decorem. huic debeť aureola. Voluntati ei ppter deum cōtinendi debeť aurea. Sed cum addiť in carne corrupta superadditur ei aureola qr sic est continentia in suo summo. vlterius cum addiť respectu cuiuslibet temporis 7 psone: debeť ei fructus centesimus.

J Jam tercio iuxta premissa ad gaudij beatitudinis sufficientiā transeundum est. Circa quā breuiter est attendendum Qz gaudium sufficiens pficiť 7 compleť in tribus dotibus anime

Que sunt: Visio aperta. Tentio certa. Dilectio pfecta.

Visio aperta summi veri in quo pficitur rationalis. 7 est premiū fidei Nam beati deum videbunt facie ad faciem. Tentio certa summi ardui in quo perficiť irascibilis et est premiū spei. nam beati deū possidebunt sempiternaliter. Dilectio perfecta summi boni: in quo pficitur concupiscibilis: et est premiuz charitatis. nā beati deo fruentur delectabiliter.

Merita viator.

Sunt quidam ternarij in superiori facie anime: quibus ab ymo sui vsqz ad summū dei peruenit 7 quiescit. Sunt tria sbiecta. s. tres potentie naturales: videlicet

Potentie. Rationalis: irascibilis 7 concupiscibilis. Hec tanqz fundamenta bonis spiritualibus substernuntur. Sunt tres habitus

Habitus. virtutum theologicarum que a deo gratis infunduť. Ad informationem triuz virium predictarum quibus ipse potentie diriguntur. s. Fides Spes Charitas

Actus. Sunt tres actus qui a predictis potentijs mediantibus tribus habitib⁹ supradictis. s. tribus virtutibus theologicis eliciuntur. s. credere: sperare 7 diligere. Credere assentiendo summe veritati ppter se 7 super omnia. Sperare innitendo summe largitati propter se 7 sup omnia Diligere complectendo summā bonitatem propter se 7 super omnia. Sunt 7 tria

Obiec obiecta ad que tres actus egredientes a tribus potentijs virtute trium habituuz terminatur. scilicz Increata veritas Increata maiestas Increata bonitas. Increata veritas siue Summe verum sub ratione veri: 7 est obiectum fidei. Increata maiestas siue summe arduum sub ratione ardui: 7 est obiectum Spei. Increata bonitas siue summe bonum sub ratione boni: 7 est obiectum charitatis. Et hec respiciunt statum 7 meritum viatorum.

Merita comprehensor.

Sūt pterea tria pmia q̄ respiciūt statū cōprehensor scz: Cognitio. Possessio. Dilectio.

Cognitio siue intelligentia veritatis infallibilis: 7 est premium substantiale fidei. Possessio siue permanentia dignitatis inamissibilis. 7 est premium substātiale spei. Dilectio siue complacentia bonitatis infatigabilis: 7 est premium sbstantiale charitatis. Sūt preterea quatuor conditiones nobilissime que dotes dicuntur corporis quibus ordinatur ad anime actionem salicet cognitio ad quā ordinat claritas 7 Dilectio ad quam ordinat Agilitas Impassibilitas 7 Subtilitas. Sunt preterea tres aureole que consistunt in quodam decore que debentur triplici generi opez. s. pdicatiōi: martirio 7 vginitati. Sūt postremo tres fructus q̄ attenduť scdm vnam predictaruz scz scdm cōtinentiā cōiugalē cui debeť fruct⁹ tricesim⁹. Scdm cōtinentiā vidualē cui debeť fruct⁹ sexagesim⁹. Scdm cōtinentiā virginalē cui debeť fruct⁹ centesimus. His trib⁹ fructib⁹ 7 tribus aureo-

lis debet̄ premiū accidentale: Qd̄ rōne triplicis aureole ad decorē facit. non solum anime verū etiā corporis. q2 nō reddit̄ voluntati tm̄ s̄ etiā operi extrinseco: substernens sibi meritū ⁊ p̄miū charitat̄. Qd̄ ↄsistit in septiformi dote triplici anime (.Et hec est stola p̄ma cui dat̄ p̄miuz substātiale) ⁊ quadruplici corpis (Hec ē stola scd̄a cui debet̄ p̄mium cōsubstantiale) In his omnib⁹ s̄m grad⁹ ⁊ distinctiones ⁊ exigentiā; meritoꝝ claudit̄ Consummatio: integritas ⁊ plenitudo omnium bonoꝝ spectantiū ad glīe cōplementū. Deniqꝫ de p̄mio comprehensoꝝ substantiali ⁊ accidētali nota versus. Mens cognoscendo dotat̄: amando: fruendo. Est subtile: citum: clarū corp⁹ patiens nil Corpora sanctoꝝ cita: libera: fortia: sana Pulcra: voluptatis plena sed absqꝫ pati Sensus amicicia concordia plena potestas. Pax secura: decus ⁊ gaudiū sc̄ animabus Gaudia: pax requies: liber: secura iuuent⁹. Non peccat sapiens san⁹ diues redolens laus. Aureolā martir: doctor: virgoqꝫ meret̄. Fruct⁹ centesimus: sexagesimusqꝫ: tricenus Uirginib⁹: viduis ⁊ cōiugibus tribuet̄. Ex p̄dictis collige q̄dam spectare gaudia premioꝝ solam ad animā: q̄dam ad corp⁹: q̄dam ad coniunctum. Que tn̄ felici fine quisqꝫ beatus s̄m merita recipiet sine fine Amen.

A Epilog⁹ gaudioꝝ celestiū

Epilogus gaudioꝝ celestium.

Caplm xxxiiij.

V Ltimo celorum gaudia sub epilogo sunt enumeranda. Non q̄dez singula generum s̄ genera singulorum. Dilata igit̄ ⁊ expāde o anima (diuine contemplationis amore succensa) affectum: ⁊ intra gaudiuz domini tui. qd̄ nec oculus in hac vita p̄fecte vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Tot enim sunt gaudia particularia que quilibet beatus habet in se vel in alijs: q̄ ea solius dei notitia comprehendit: ⁊ illi quos summa sapientia voluerit scire. tot igit̄ ⁊ tanta sunt ibi gaudia q̄ ea hui⁹ mūdi omnes Arismetrici nō possunt numerare Geometrici nō p̄nt mensurare. Gramatici ⁊ dyaletici nō possunt sermonib⁹ explicare. Rethorici non possunt sermone ornare. tam multa q̄ nō possunt nūerari: tam magna q̄ nō possunt mensurari. tam preciosa q̄ non possunt estimari. Tam copiosa q̄ non possunt terminari: Ibi esset stulticia sapientia Salomonis. Deformitas pulcritudo Absalonis Tarditas velocitas Asaelis. Paupertas regnum Augusti. Mortalitas lōngeuitas Mathusalem. O anima illā vitam amplectere vbi vita sine morte Juuentus sine senectute Lux sine tenebris Gaudiuz sine tristicia Pax sine discordia Uoluntas sine iniuria Regnum sine cōmutatione. Ibi est actio nō operosa Requies nō tediosa Laus dei sine cessatione Esse nostrum nō habet mutationē Nosse nostrū nō habet errorem Amare nostrū non habet offensionē. Ibi erit candor lucis estiualis Amenitas vernalis Habundantia autumnalis Requies Hyemalis. Recedat ergo o aīa oīs amor presentis vite et accedat odor vite aduenientis vbi nulla aduersitas turbat Nulla necessitas grauat Nulla molestia inquietat. Ibi aberit omnis deformitas: infirmitas: tarditas: omnis corruptio. Ibi similes erimus angelis dei: ⁊ si non etate tamen felicitate: Qd̄ deus promittit fide non capit̄ Spe non attingitur Charitate non cōprehendit̄ Desideria transcendit: acquiri potest estimari non potest.

Ex theosophijs sancti Bonauenture

B Ex Theosophijs.s.Bonauenture.

E Xardesce o anima deuota amore ⁊ desiderio superne vite. Transi nunc anima mea a beneficijs primis ad vltimum. a magnis ad maximū. a multis ad id quod excedit numerum. Ascende gradatim a vita nature: per vitam gratie ad vitam glorie. Ascende interim mentaliter quo tandem ascendas substantialiter ascende corde ad id qd̄ in cor hominis nō ascendit que deus p̄parauit

diligentibus se in vita eterna. Hec vita eterna cognoscere te solum deum. et quem misisti Jesum christum.

In principio primi capituli hec habetur.

O vita beata consistens in dei noticia qui cognitus per intelligentiam necessario amatur. amatus per voluntatem necessario habetur. habitus per memoriam necessario delectat. delectans per fruitionem necessario quietat. Quietans per desideriorum impletionem necessario beatificat. beatificat autem per omnis mali absentiam et per omnis boni presentiam. Per mali absentiam. nam vita eterna sic omnis boni aggregatione perficitur quod nullius mali admixtione inficitur. nam per summum bonum extirpatum est omne malum. Generaliter vt culpa penam miseria et totaliter quia actus et potentia vt malum ibi facere vel pati non solum nolumus sed nec omnino possumus. O vita eterna huic vite misere dissimilis. quia sempiterni viuimus in regione vmbre mortis vbi tamplurimum mala et tam modicum est boni. nec idem modicum purum sed admixtione malicie fermentatum. Per boni presentiam dupliciter substantialiter et accidentaliter. Substantialiter quoniam hic sitit rationalis ignara veritatis in vita beata bene videbo quod sub enigmate credidi. Conticescit irascibilis formidulosa maiestatis in vita beata secure tenebo quod sub periculo speraui. Item sitit concupiscibilis penuriosa voluptatis in vita beata: perfecte amabo quod semiplene dilexi. Accidentaliter nam illi diuini et celestes spiritus radium contemplationis conuertunt gaudendo intra se. extra se. infra se. supra se. Intra se de glorificatione corporis et anime. Corporis glorificatione quia corpora beatorum sibi inuicem et claritate lucent et puritate translucent. ibi vniuscuiusque vultus conspicitur et conscientia penetratur ibi cuiuslibet mentem secundum Grego. ab alterius oculis corpulentia non abscondit ibi omnes sensus corporei erunt in actibus suis. Nam oculus videbit speciosissimum decorem. Auditus imutabitur per iocundissimum sonum. Olfactus odorabit suauissimum odorem. Gustus sapiet dulcissimum saporem. Tactus amplexabitur deliciosissimum obiectum. Anime glorificatione tunc secundum ysaiam O anima videbis regem in decore suo. Splendor namque eterne glorie est tante pulcritudinis vt etiam ipsi angeli qui sole sunt incompabiliter clariores eo non satiantur. Et affluens delicijs in stupenda diuine claritatis visione et miraberis in tuijpius deliciosa consideratione. et dilataberis in omnium creaturarum perfecta speculatione. Omnes enim sensus spirituales ineffabili delectatione reficiuntur nam deus est speculum visui. cytbara auditui. balsamus olfactui. mel gustui. flos tactui. Nam anime fulget quod non capit locus. sonat quod non capit tempus. olet quod non spargit. flatus sapit quod non minuit. edacitas heret quod non diuellit satietas. In aula namque celesti plenitudo omnis boni in omnibus perfecta est et nihil possidetur ibi singulariter. Omnia enim omnibus sunt communia propter eum qui in omnibus est omnia. Extra se de associatione omnium sanctorum ex parte charitatis merito quisque tantum gaudebit de bono alterius quantum de bono proprio (extensiue scilicet de numero gaudiorum sed non intensiue .i. eodem affectu) O anima ibi gaudebis. De beatorum seraphin ardore diuine charitatis. de beatorum cherubin splendore eterne claritatis. De thronorum equitate diuine maiestatis. De dominationum dominandi super eos excellentia. De principatuum. de percipiendi inferioribus magnificentia. De beatorum virtutum. De potestate miracula faciendi. De beatorum potestatum. de auctoritate malignos spiritus cohercendi. de beatorum archangelorum. de dignitate superiora nunciandi. de beatorum angelorum. de agilitate minora secreta nunciandi. de patriarcharum humilitate et simplicitate. de prophetarum credulitate et fidelitate. de apostolorum charitate et magna dilectione. de martyrum stabilitate et patientia. de confessorum pietate et clementia. de virginum castitate et continentia. de viduarum benignitate et abstinentia. Ibi namque virgo de sancte viduitatis merito gaude

bit. Et vidua de caste v͛ginitatis priuile-
gio gaudebit. Ibi cõfessor de martirũ tri
umpho iocundabit ꝛ martir de cõfessoꝝ
brauio iocũdabit. ꝓpheta de patriarcha-
rũ pia cõuersatione ꝛ patriarcha de pro
phetarũ fide ꝛ speculatõe exultabũt. apo
stoli ꝛ angeli de oĩm inferiorũ merito: et
inferiores de gloria ꝛ corona superioꝝ le
tabunt. Intra se gaudendo Qꝫ tã hor
ribiles impios ꝛ crudeles hostes inferna
les ꝑ diuinã clementiã supauerũt. Qꝫ tã
horrendũ chaos ꝛ tam lamentabiles ꝛ in
interminabiles cruciat⁹ ꝑ diuinã clemen
tiã euaserũt. Qꝫ oĩes defectus ꝛ pecca
ta ꝑ diuinã potentiã vitauerũt: vel iã du
dum cõmissa correxerũt. Supra se con
templando feminã ꝛ hominẽ. Feminam
omniũ cõditoris genitricẽ. Regine cele-
stis virginis matris deificam claritatem.
Que visio omniũ celestiũ spirituũ men-
tes mirabiliter letificat. que lingua dice-
re vel quis intellectus cogitare sufficiat?
Qũtum gaudiũ generat illã btãm matrem
misericordie ꝛ pietatis ꝛ clementie vide-
re Iam nõ recũbentẽ cum puulo vagien
ti in p̄sepio. Cui oĩes chori angeloꝝ fa-
mulant vt dño. Iam nõ turbat fugiens
cum eo in egyptũ. qꝛ ipse ascendit in celũ.
Herodes descendit in infernũ Certe iam
non eiulantem vociferantẽ clamantem.
Quis mihi det vt ego moriar ꝓ te fili⁹ mi
cũ staret ꝓpe vnigenitũ morientẽ ꝛ pen-
dentẽ in patibulo. Sꝫ hanc quondã ꝓpẽ
nos miseram meroribꝰ plenã Iam nũnc
sup omnẽ creaturam puram exaltatã in
trinitatis palacio. Hominẽ: dominis
conditorẽ: dei ꝛ hoĩem mediatorẽ in sua
clarificata humanitate Ihm fratrẽ nr̃m
quondam abiectũ ꝛ despectũ: nũc regnã-
tem ꝛ omnibus imperantẽ. Cuius ptãs
eterna q̃ nõ auferet ab eo. ꝛ iõ regnũ ipi
us nõ corrumpet. Hic aũt eñ rex habꝫ
in vestimento ꝛ in femore suo scriptum:
Rex regũ ꝛ dominus dñanciũ. O q̃ glo-
riosum illius excellentissimi regis regnũ:
In quo cum ipso regnant omnes sancti.
Cuius lex est veritas. pax charitas vita
eternitas. Quod nec pluralitate regnan-
tium diuidit. nec ꝑticipatiõe minuit. nec
numerositate cõfundit. nec inequalitate
deordinat. nec loco circũscribit. nec vari-
atur motibus. nec tpe mensurat. Hic fi-
nis optatus xp̄s iesus omniũ desideroꝝ.
in quo vera beatitudo cõsistit. q̃ est stat⁹
omniũ bonoꝝ cõgregatione ꝑfectus. Ad
quem statũ nullus ꝑuenit nisi ꝑ vltimam
resolutionẽ in eum qui fons ẽ ꝛ origo om
niũ bonoꝝ tam naturaliũ q̃ꝫ gratuitoruꝫ
tam corꝑalium q̃ꝫ spiritualium. tam tem
poralium q̃ꝫ eternoꝝ. Nam ip̄e de seip̄o
dicit. Ego sum alpha ꝛ o. principium et fi-
nis. quia sicut ꝑ verbum dei eternalit oĩa
ꝓducunt sic ꝑ verbũ carni vnitũ reparã
tur. ꝓmouent ꝛ finiunt. ac ꝑ hoc ipse ve-
re ꝛ ꝓprie dictus est Iesus. quia non ẽ ali
ud nomen sub celo datuꝫ hominibꝰ. in q̃
quis possit obtinere salutem. Conclusio
Iesum xp̄m dei virtutem ꝛ sapientiã ver
bũ incarnatũ plenũ gratie ꝛ veritatis. hu
militer ꝛ deuote imploremus quaten⁹ de
thesauris suis imittat in nos spiritũ gra-
tie septiformis per quam ad beatitudinẽ
supernã ꝑuenire mereamur. Beatitudo
nanq̃ꝫ nihil aliud ẽ q̃ꝫ summi boni fruitio
ꝛ summũ bonũ super nos est. nullꝰ potest
effici beatus nisi supra seip̄m ascẽdat. nõ
ascensu corꝑali sed ascensu cordiali. Sꝫ su-
pra nos leuari nõ possumus. nisi ꝑ virtu-
tẽ superiorem nos leuantem. Uirtus hec
diuinum est auxilium qđ comitat eos q̃
petunt ex corde. ꝛ hoc fit ꝑ feruentẽ orati
onem. Oratio igitur mater ꝛ origo est sur
sum ascẽdens in deum. ideo Dyonisius
in libro de mystica theologia volens nos
instruere ad excessus mentales. primo p̄-
mit orationem. Oremus igit cum san
cto Bonauẽ. ꝛ dicamus. Eya dulcissime
iesu fons vniuerse dulcedinis ꝛ suauitat⁹
Inaccessibilis decor dei excelsi. ꝛ purissi-
ma claritas lucis eterne. vita omnẽ vitaꝫ
viuificans. Lux eñ lumen illuminans ꝑ
te data optima ꝛ dona perfecta. a p̄re lu-

Conclusio

Orõ ꝓ septi formi spũssã cti ipetrãda.

minis in affluentia descendunt ꝛ in co- pia. In te igit̃ vt in finem oim credens: sperans ꝛ amans: ex toto corde: ex tota anima ex tota mente Ex omni virtute: fe roꝛ desiderate ihu. qꝛ tu solus sufficis. tu solus bon⁹ ac suauis es te querentib⁹ et diligentib⁹ nomen tuũ. Tu em̃ mi dñe ie sus es redemptoꝛ pditoꝝ. Spes exulum. Fortitudo laboꝛantiũ. anxiatoꝝ spirituũ dulce solaciũ. triumphantiũ coꝛona ꝛ im periale fastigium: vnica merces ꝛ leticia omniũ supnoꝝ ciuiũ: inclita ples summi dei ꝛ fruct⁹ sublimis vteri virginalis. vber rim⁹ quoqꝫ fons oim gratiarũ: de cui⁹ ple nitudine om̃s accepim⁹. Oꝛem⁹ igit̃ cle- mentissimũ patrẽ. p te vnigenitũ ei⁹ p no bis hoiem factũ crucifixũ ꝛ gloꝛificatũ. vt de thesauris suis immittat in nos spiritũ gratie septifoꝛmis q̇ sup te in om̃i pleni- tudine requieuit. Spiritũ inqꝫ sapientie quo fructũ ligni vite qd̃ tu vere es vicꝫ sa poꝛes viuificos pregustemus. Donũ etiã intellectus quo mentis nostre intuit⁹ illu stret̃. Donum consilij quo post tuoꝛum vestigia gressuũ rectarũ semitarum itine ribus incedamus. Donum foꝛtitudinis: quo impugnantiũ hostiũ violentias ener uare possumus. Donũ sciencie quo sacre scripture repleamur fulgoꝛib⁹ ad discre- tionẽ boni ꝛ mali. Donũ pietatis quo in- duamus viscera miscd̃ie. Donũ timoꝛis quo recedẽtes ab omni malo eterne ma- iestatis tue reuerentiali pondere tranqͥl- lemur. Hec enim nos dñe Jhesu in illa sa- cra quam nos docuisti oꝛone voluisti pe tere. Hec etiam nos p crucem tuam peti mus obtinere. Ad laudem sanctissimi no minis tui: cui cum patre sanctissimo spiri tu paraclito sit omnis gloꝛia ꝛ honoꝛ gra tiarum actio: decus ꝛ imperium p infini- ta seculoꝝ secula Amen.

Finit op⁹ insigne tripartitum De anime videlꝫ poten tijs passionib⁹ habitibusue Initiatũ: cõtinuatũ con- summatũ ad Theosebiã in deuotissimo scti Bernar- dini loco suburbij p̃clare cristianissime vrbis Brunnẽ sis marchionatus Moꝛauie: Currente anno. 1 4 9 5. ¶ Post hoc in impiali ciuitate Nurmberg ad preces fratrũ minoꝝ ibidẽ cõmoꝛantiũ: p Anthoniũ Kober- ger ad laudẽ dei impꝛessum ꝛ ad huc vsqꝫ finẽ feliciter pductũ Anno dñi. M.cccc.xcviij. xj. die Marcij.



